UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

urn:nbn:de:hbz:466:1-67633

Visual Library

Th. 5778.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CLAUDII FLEURII
ABBATIS
# HISTORIA ECCLESIASTICA
A
R. P. ALEXANDRO
A S. JOANNE DE CRUCE DEFINITORE PROVINCIALI
EX PROVINCIA BAVARICA CARMELITARUM
DISCALCEATORUM, OLIM S. THEOLOGIÆ
AC SS. CANONUM LECTORE
CONTINUATA.

---

CONTINUATIONIS
TOMUS
QUADRAGESIMUS TERTIUS,
SEU IN ORDINE
*TOMUS LXVII.*

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708.

Colleg Universit Paderborn 1788



*AUGUSTÆ VINDELICORUM,*
IMPENSIS OFFICINÆ LIBRARIÆ JOSEPHI WOLFF.
M DCCLXXXI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSPECTUS LIBRORUM.

## LIBER CCXIII.

§. 1. *Coddeus Sebastenus Archipræsul & Vicarius Apostolicus in Hollandia de Jansenii favore accusatus.* Pag. 1.

§. 2. *Idem Vicarius a sacris functionibus Romæ suspensus.* 5

§. 3. *Tumultus Cleri Batavi contra hoc Papæ decretum.* 10

§. 4. *Clementis XI. literæ ad fœderati Belgii Catholicos hac in cauſſa.* 14

§. 5. *Sectariorum furor contra haſce Pontificis literas.* 20

§. 6. *Cebennenſium Hugonotarum rebellio contra Franciæ Regem.* 32

§. 7. *Carolus Thomas de Tournon ad Sinarum Imperium a Papa decretus.* 38

§. 8. *Bellica expeditio Cæſaris contra Hiſpanos & Gallos.* 40

§. 9. *Ludovici de Souſa Cardinalis obitus.* 43

§. 10. *Franciſci Borgiæ Cardinalis deceſſus.* 45

§. 11. *Nicolai Rodolowichi Cardinalis extrema.* 46

§. 12. *Jacobi Cantelmi Cardinalis fata.* 47

§. 13. *Clementis XI. ſummi Pontificis colliſio cum Cæſare.* 49

§. 14. *Proteſtantium motus contra Catholicos.* 52

§. 15. *Clementis XI. Papæ Conſtitutiones ac literæ ad diverſos.* 54

§. 16. *Diverſæ Sacrarum Congregationum deciſiones.* 61

§. 17. *Monaſterienſis Synodi Diœceſanæ decreta.* 62

§. 18. *Principum atque Illuſtrium obitus.* 63

§. 19.

§. 19. *Scriptorum religione Catholicorum opera & deceſſus.* 65

§. 20. *Opera & mors ſcriptorum Acatholicorum.* 66

§. 21. *Præcipui Janſenianæ factionis Anteſignani in carceres conjecti.* 67

§. 22. *Quesnellus a ſuis Amicis e carcere ereptus.* 71

§. 23. *Varia ſcripta in Quesnelli cubiculo reperta.* 72

§. 24. *Simulata Brigodæi Palinodia.* 75

§. 25. *Quesnellus publico Archiepiſcopi edicto comparere juſſus.* 82

§. 26. *Archiepiſcopi ſententia contra Quesnellum.* 90

§. 27. *Quesnelli reflexiones morales in Novum Teſtamentum ab Aptenſi Epiſcopo damnatæ.* 97

§. 28. *Mechlinienſis Archiepiſcopi ſententia in Nicolaum Blancquaert de Janſenismo convictum.* 100

§. 29. *Franciſcus Pignatellus Neapolitanus Archipræſul a Pontifice Romana Purpura decoratus.* 103

§. 30. *Capitulorum Ultrajectenſis & Harlemenſis oppoſitio contra S. Congregationis decretum.* 104

§. 31. *Abyſſini unacum Rege ſuo Eccleſiæ Romanæ reconciliati.* 106

§. 32. *Bellicæ expeditiones pro vindicanda Hiſpaniæ Monarchia.* 113

§. 33. *Ragotſii rebellio in Hungaria.* 121

§. 34. *Tumultus Polonici.* 125

§. 35. *Diverſæ Clementis XI. Conſtitutiones & geſta.* 129

§. 36. *Plura Sacrarum Congregationum decreta.* 135

§. 37. *Concilii Provincialis Albani Statuta.* 137

§. 38. *Plures perverſæ doctrinæ libri ab Atrebatenſi Epiſcopo proſcripti.* 139

§. 39. *Petri Bonzii Cardinalis obitus.* 140

§. 40. *Principum atque Illuſtrium deceſſus.* 142

§. 41. *Scriptorum Catholicorum mors & opera.* 143

§. 42. *Proteſtantium ſcripta & obitus.* 145

§. 43. *Reſponſa S. Congregationis ad quæſita ex Maigroti decreto circa Ritus Sinenſes extracta.* 147

§. 44. *Decretum ſummi Pontificis, quo hæc reſponſa confirmantur.* 156

§. 45. *Duacenſis Univerſitatis Judicium ſuper libello, cui titulus:* Confidentia Chriſtiana. 160

§. 46.

§. 46. *Lanoy liber* de vera traditione *a Papa proscriptus.* 162

§. 47. *Leopoldi Josephi Lotharingiæ Ducis edictum contra Ecclesiasticos.* 165

§. 48. *Appellatio a Pontificis Constitutione a Lotharingicis interposita, & a Clemente XI. reprobata.* 168

§. 49. *Hujus controversiæ exitus.* 172

§. 50. *Libelli in causſa Sebasteni Archiepiscopi a S. Inquisitione proscripti.* 184

§. 51. *Theses Theologicæ P. Christophori Frenz Romæ, & a Lovanienſi Academia damnatæ.* 190

§. 52. *Franciæ Regis querelæ ad Pontificem contra Sabaudiæ Ducem.* 193

§. 53. *Bellum Gallo - Bavaris infaustum.* 195

§. 54. *Polonorum tumultuaria molimina contra Augustum Regem.* 201

§. 55. *Summi Pontificis anxietas & labor propter hosce motus.* 203

§. 56. *Electio Stanislai in Poloniæ Regem.* 207

§. 57. *Perfida Gallorum vindicta contra Saxo-Zeitsienſem Cardinalem.* 210

§. 58. *Clementis XI. Constitutiones & Epistolæ.* 212

§. 59. *Diversæ sacrarum Congregationum Constitutiones & decreta.* 219

§. 60. *Joannis Baptistæ Spinolæ Cardinalis obitus.* 221

§. 61. *Henrici Norisii Cardinalis extrema.* 223

§. 62. *Ejusdem Cardinalis scripta.* 227

§. 63. *Joannis Baptistæ Costagutti Cardinalis decessus.* 229

§. 64. *Guilielmi Egonis de Fürstenberg Cardinalis fata.* 230

§. 65. *Danielis Marci Delphini Cardinalis mors & elogium.* 233

§. 66. *Carolus Barberinus Cardinalis fatis functus.* 234

§. 67. *Principum atque Illustrium decessus.* 235

§. 68. *Jacobi Benigni Bossueti Meldensis Episcopi obitus.* 236

§. 69. *Ejusdem opera.* 239

§. 70. *Protestantium Scriptorum lucubrationes & decessus.* 243

§. 71. *Clementis XI. Constitutio contra externam obedientiæ Jansenianæ speciem.* 244

§. 72. *Ejusdem summi Pontificis epistola ad Franciæ Regem hac in caussa.* 254

§. 73.

§. 73. *Franciæ Regis epistola ad Cleri Comitia.* 257

§. 74. *Cleri Gallicani acta in causſa Constitutionis Pontificiæ.* 258

§. 75. *Regium diploma pro acceptanda Pontificis Constitutione.* 260

§. 76. *Cleri Gallicani literæ ad Papam.* 262

§. 77. *Epistola encyclica ad omnes Franciæ Præſules.* 266

§. 78. *Hæc Pontificis Constitutio a Facultate Parisiensi recepta.* 269

§. 79. *Eadem Constitutio in Belgio acceptata.* 276

§. 80. *Bellum contra Gallo - Hispanos a fœderatis continuatum.* 279

§. 81. *Stanislaus in Poloniæ Regem inauguratus.* 287

§. 82. *Leopoldi I. Cæſaris obitus.* 291

§. 83. *Urbani Saccheti Cardinalis extrema.* 295

§. 84. *Michael Radziejowskius Cardinalis fatis functus.* 296

§. 85. *Caroli de Turnon Legati Apoſtolici decretum contra Ritus Sinenſes.* 299

§. 86. *Hujus decreti fata.* 317

§. 87. *Ejusdem Legati adventus in Aula Imperatoris Sinenſis.* 321

§. 88. *Patris Laineſii liber, ejusque fata.* 327

§. 89. *Turnonius Patriarcha ad Imperatoris alloquium admiſſus.* 333

§. 90. *Summi Pontificis controverſiæ cum Joſepho I. Imperatore.* 337

§. 91. *Religionum diſſidia.* 339

§. 92. *Principum atque Illuſtrium obitus.* 344

§. 93. *Conſtitutiones Clementis XI. Papæ, ejusque epiſtolæ ad diverſos.* 347

§. 94. *Joannes Chriſtianus Auguſtus Holſatiæ Dux ad fidem Catholicam reverſus.* 358

§. 95. *Variæ Sacrarum Congregationum Conſtitutiones.* 359

§. 96. *Scriptorum Catholicorum opera & deceſſus.* 361

§. 97. *Opera & obitus Scriptorum Acatholicorum.* 363

§. 98. *Clementis XI. Pontificis querelæ ad Ludovicum Franciæ Regem contra Cleri Gallicani Præſules.* 364

§. 99. *Altera Archiepiſcopi Pariſienſis epiſtola ad Papam.* 374

§. 100. *Pontificis reſponſum ad eundem Archiepiſcopum.* 381

§. 101.

§. 101. *Caſpari Juenin Inſtitutiones Theologicæ proſcriptæ.* 384

§. 102. *Clementis XI. Pontificis querelæ contra Præſules in comitiis Cleri Gallicani Pariſiis congregatos.* 392

§. 103. *Novendecim Cardinales a Clemente XI. Papa Romana Purpura decorati.* 401

§. 104. *Gabriel Filipuccius Cardinalis mortuus.* 410

§. 105. *Petri Coaslin Cardinalis deceſſus.* 413

§. 106. *Marci Antonii Hiſpani Cardinalis obitus.* 414

§. 107. *Petri Salazar Barbarigo Cardinalis extrema.* 416

§. 108. *Ludovici Homodei Cardinalis mors.* 417

§. 109. *Gravis contentio in electione novi Epiſcopi Monaſterienſis.* 418

§. 110. *Nuntii Apoſtolici Colonienſis jurisdictio reſtricta.* 430

§. 111. *Portu - Regienſis Aſceterii deſtructio.* 432

§. 112. *Lutheranorum querelæ contra Calviniſtas in Ratisbonenſibus Imperii comitiis propoſitæ.* 435

§. 113. *Diſſidium Epiſcopi Baſileenſis cum Bernenſibus.* 438

§. 114.

§. 114. *Continuatio belli ob controverſam Hiſpanicæ Monarchiæ ſucceſſionem.* 441

§. 115. *Imperii ſententia contra Colonienſem & Bavarum Electores.* 446

§. 116. *Pontificis querelæ contra Cæſarem & Principem Eugenium.* 451

§. 117. *Auguſtus Poloniæ Rex Regni ſceptrum abdicare coactus.* 462

§. 118. *Bellum Hungaricum contra Ragotſianos rebelles.* 464

§. 119. *Ulterior progreſſus controverſiæ de Ritibus Sinenſibus.* 466

§. 120. *Turnonii Legati Apoſtolici geſta, & vexationes toleratæ.* 474

§. 121. *Maigrotus Turnonii Vicarius Generalis atque Epiſcopus Cononenſis in vincula conjectus.* 482

§. 122. *Turnonii epiſtola ad eundem Epiſcopum.* 484

§. 123. *Duo Jeſuitæ a Sinenſium Imperatore Romam ablegati.* 492

§. 124. *Imperatoris Sinenſis edictum contra Maigrotum & Turnonii Miniſtros.* 494

§. 125. *Clementis XI. Conſtitutiones & epiſtolæ ad diverſos.* 502

§. 126.

§. 126. *Variæ S. Congregationum deciſiones & ſtatuta.* 506
§. 127. *Principum atque Illuſtrium obitus.* 508
§. 128. *Deceſſus Scriptorum Catholicorum, eorum opera.* 509
§. 129. *Scriptorum quorumdam Acatholicorum obitus, & lucubrationes.* 513

## LIBER CCXIV.

§. 1. *Decretum Turnonii Patriarchæ Antiocheni circa Ritus Sinenſes.* Pag. 516.
§. 2. *Hujus edicti ſucceſſus.* 521
§. 3. *Quorumdam Epiſcoporum oppoſitio contra Turnonii edictum.* 527
§. 4. *Clementis XI. ſummi Pontificis literæ ad Turnonium Patriarcham.* 529
§. 5. *Ejusdem Pontificis epiſtola contra Archiepiſcopum Goanum.* 534
§. 6. *Turnonius Legatus Apoſtolicus Sinenſis Imperatoris juſſu Macaum relegatus.* 539
§. 7. *Idem Patriarcha & Legatus Apoſtolicus unacum Joſepho Vallemano Romana Purpura decoratus.* 553
§. 8. *Gravis contentio in Sabaudia ob edicta contra Clericos.* 555
§. 9. *Clementis XI. Pontificis literæ hac in cauſſa ad Victorem Amadæum Sabaudiæ Ducem.* 563

§. 10.

§. 10. *Aliæ lites in Neapolis Regno circa immunitatem Eccleſiaſticam.* 571

§. 11. *Pontificis Conſilium de adhibendis ſeverioribus remediis contra Immunitatis violatores.* 577

§. 12. *Diuturna lis inter Palatinum Electorem & Wormatienſem Epiſcopum compoſita.* 582

§. 13. *Catholici a Suecorum Rege in Sileſia inique vexati.* 585

§. 14. *Summi Pontificis & Catholicorum querelæ contra hæc pacta.* 589

§. 15. *Eliſabetha Chriſtina Brunsvicenſis Duciſſa Caroli III. Hiſpaniæ Regis conjux ad fidem Catholicam reverſa.* 592

§. 16. *Colonienſis Elector atque Archiepiſcopus Sacerdotio initiatus.* 596

§. 17. *Perverſa Ragotſianorum molimina.* 598

§. 18. *Graves tumultus in Polonia.* 601

§. 19. *Toggenburgenſium Calviniſtarum rebellio contra Abbatem Principem S. Galli.* 604

§. 20. *Hiſpanici belli continuatio.* 609

§. 21. *Calviniani Prophetæ in Anglia ignominioſe caſtigati.* 614

§. 22. *Leopoldi de Colonitſch Cardinalis extrema.* 615

§. 23. *Joannis Baptiſtæ Rubini Cardinalis deceſſus.* 618

§. 24. *Henrici de Arquien Cardinalis obitus.* 619

§. 25.

§. 25. *Stephanus Le Camus Cardinalis mortuus.* 620

§. 26. *Biſuntinæ Synodi decreta.* 627

§. 27. *Diverſæ Clementis XI. Conſtitutiones & epiſtolæ ad diverſos.* 628

§. 28. *Variæ SS. Congregationum deciſiones & decreta.* 640

§. 29. *Principum atque Illuſtrium obitus.* 642

§. 30. *Clementis XI. oppoſitio contra noni Electoratus conſtitutionem.* 644

§. 31. *Appellationes ad Papæ Nuntios Cæſareo edicto reſtrictæ.* 649

§. 32. *Scriptorum religione Catholicorum opera & deceſſus.* 651

§. 33. *Opera & obitus Scriptorum Acatholicorum.* 654

§. 34. *Colonienſium turbæ ob religionem.* 657

§. 35. *Hæc transactio a Clemente ſummo Pontifice reprobata.* 662

§. 36. *Novum Quesnelli teſtamentum ab eodem Pontifice proſcriptum.* 672

§. 37. *Turbæ Pontificios inter & Cæſareos.* 676

§. 38. *Pontificis querelæ contra Cæſarem.* 682

§. 39. *Ejusdem Pontificis apparatus bellicus.* 685

§. 40. *Pontificii belli initia.* 687

§. 41. *Actum de pace inter Papam & Cæſarem.* 689

§. 42. *Pontificis expoſtulatio cum Cardinale Grimano.* 693

§. 43.

§. 43. *Pax cum Pontifice confecta.* 700
§. 44. *Hujus pacti successus.* 703
§. 45. *Conjuratio Melitæ per Turcas tentata* 706
§. 46. *Periculosa Neapolitanorum conjuratio.* 708
§. 47. *Continuatio belli in Hispania.* 710
§. 48. *Ragotsiani rebelles iterata clade affecti* 713
§. 49. *Infausta Gallorum expeditio pro Jacobo III. in Scotiam transvehendo suscepta.* 717
§. 50. *Continuatæ Toggenburgensium turbæ.* 721
§. 51. *Pax Araviensis.* 735
§. 52. *Summi Pontificis querelæ contra hanc pacem.* 740
§. 53. *Literæ ejusdem Pontificis ad Abbatem Principem S. Galli.* 747
§. 54. *Clementis XI. Papæ Constitutiones & epistolæ ad diversos.* 751
§. 55. *Diversæ SS. Congregationum decisiones.* 762
§. 56. *Diœcesanæ Synodi Monasteriensis decreta.* 764
§. 57. *Tournonius Cardinalis & Missionarii Sinensium ritibus adversantes diversimode vexati.* 765
§. 58. *Principum atque Illustrium obitus.* 769
§. 59. *Quorumdam Scriptorum Catholicorum decessus & opera.* 771
§. 60. *Acatholicorum Scriptorum lucubrationes & fata.* 773

HISTO-



*Aethiopiæ Rex una cum populo Rom. Ecclesiæ reconciliatus.*

*Klauber Sc. A.V.*

# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

## CONTINUATÆ.

## *LIBER CCXIII.*

INNOCENT. XII. PONTIF. MAXIM.
LEOPOLDUS I. ROM. IMP.

### §. I.

### *Coddeus Sebastenus Archipræsul & Vicarius Apostolicus in Hollandia de Jansenii favore accusatus.*

Sæc. XVII. A. C. 1702.

Postquam Joannes Neercassélius Castorienſis Episcopus, qui per fœderatum Belgium Vicarii Apostolici munere

*Argentre Coll. jud. tom. p. 413. Causſa p. 113.*

Sæc. XVII. A. C. 1702

nere fungebatur, anno prioris fæculi octogeſimo ſexto e vivis exceſſerat, eidem in Vicariatu Apoſtolico per unitas Batavorum Provincias Petrus Coddeus Oratorii Berulliani Presbyter Sebaſtenus Archiepiſcopus ſub finem anni octogeſimi octavi ſuffectus eſt, non ſine maximo Janſeniſtarum jubilo, & Catholicorum mærore: Hic enim Archipræſul Janſenii doctrinæ addictus credebatur, eoquod pridie quam initiaretur, a Davia Bruxellenſi Internuntio ſollicitatus, ut pure & ſimpliciter Alexandri VII. formulæ ſubſcriberet, reſponderit, ſe jam olim hanc formulam quoad quæſtionem juris ſignaſſe: Præterea Coddeus Janſenii Diſcipulos, hujusque factionis Principes ſingulari amicitia honorabat, ac Quesnelli aliorumque libros Janſenianæ hæreſis veneno conſperſos ſibique ſubmiſſos ſollicite per Hollandiam diſſeminabat, quinimo aperte novellas eorum opiniones propagare omni ope nitebatur, ac Quesnellum, Gerberonium, Bontium, aliosque inquietos Batavicæ vineæ perturbatores benevolentia, ac beneficiis cumulabat: Sub tali Paſtore aut potius lupo oves Chriſti in medio hæreticorum degentes pene diſpergebantur: Sacerdotum non pauci aut ventri ſervientes, aut Janſenii erroribus infecti ad-

administrabant Sacramenta, & Ecclesiæ preces recitabant linqua vernacula, necnon catechismis Romæ proscriptis utentes, pueritiam suspectæ doctrinæ præceptis imbuebant, aut verius inficiebant: Jam ante quinquennium Archiepiscopus Ancyranus Mogolanæ Missionis Vicarius Apostolicus, ut iter suum in Persidem expeditius redderet, apud Fœderati Belgii Ordines aliquamdiu moratus, deplorandum Batavicæ Missionis statum edocebatur; quocirca datis die vigesima sexta Novembris literis summi Pontificis opem enixe implorabat: Huic sese junxerant quamplurimi puræ Religionis pacisque amantes Catholici, pluresque alii utriusque Cleri spectabiles Viri, necnon ipsi Cæsaris Regumque Oratores, qui Hagæ Comitum agentes, suis ad Papam literis periculosas hujus Missionis turbas, atque invalescentem Jansenii sectam ob oculos eidem ponebant: Igitur Innocentius XII. Vaucelium, qui Romæ Janseniſtarum causſam agebat, accersivit, eique communes Catholicorum querelas exposuit. Hic vero cunctas hasce accusationes præfracte rejecerat in æmulorum invidiam, ac calumnias adversantium, qui sub vaga Jansenismi vel rigorismi nota proborum famam lacessere assueti essent. Nihilominus

Sæc. XVII. A. C. 1702.

Sæc. XVII. A. C. 1702.

minus Pontifex hujus Eccleſiæ periculum a plurimis fide dignis plene edoctus, ne hæc Petri navicula fluctibus operiretur, hos nulla mora componere ſtatuit, hancque in rem quatuor Cardinales ex Congregatione S. Officii, & totidem ex illa de Propaganda fide (*) præter alios duos nominabat, qui hanc cauſſam ſedulo diſcuterent.

His Vaucellius Sebaſteni Procurator adhuc alios duos Cardinales adjungi petiit, quod etiam ejus precibus datum eſt: interim vero idem Procurator Quesnello ſuggeſſerat, qua via in Sebaſteni Archiepiſcopi favorem a quodam potentiſſimi Principis Oratore literas ad Papam commendatitias obtinere poſſet: Tandem vero Cardinales re diu ac mature perpenſa ſcriptum ſub hoc titulo (**): *Breve memoriale extractum ex prolixiore de ſtatu & progreſſu Janſenismi in Hollandia* Coddeo tradi, eumque pronuntiata ſententia Romam venire

(*) Hi erant Mareſcottus, Albanus, Tanara, Ferrarius, Noris, Sacripante, Imperiale, Barberinus, Carpegna & Pamphilus.

(**) Hoc memoriale compoſuit P. Doucinus Jeſuita, qui cum Comite Verius de Crequi Hagam delatus illud ubique divulgari ac Romam transmitti curavit.

venire jusserunt, ut per seipsum accu- Sæc. XVII.
sationibus responderet: re comperta A. C. 1702.
Sebastenus Archipræsul Quesnellum impense rogabat, ut ei in concinnanda hac responsione auxiliares manus præberet. Nec suis partibus defuit Quesnellus, qui conductitio suo calamo mox hujus Brevis confutationem Romam misit, ex qua postmodum confectæ sunt annotationes seu responsiones, quas Procurator Romæ typis Cameræ Apostolicæ edi ac distribui curavit: insuper etiam nullum non movit lapidem, ut præfatam Congregationem aut disturbaret, aut differri impetraret, fulmenque averteret: cum autem illa omnino immote denuntiaret, nisi Coddeus veniret, alium Vicarium suffectum iri, Procurator hanc Congregationis sententiam sua censura perstrinxit, edito hoc libello: *elegans Congregationis sententia directe Tridentino Sess. 13. cap. 6. de reformat. contraria.*

## §. II.

## *Coddeus Vicarius a Sacris functionibus Romæ suspensus.*

Perspecta hac Patrum constantia Cod- *Epist. Proc.*
deus suggerente suo Procuratore *ad Quesn.*
apud S. Congregationem literis die vi- 3. *Octobr.*
gesima sexta Octobris anno evoluti 1699.

Sæc. XVII. A. C. 1702. sæculi nonagesimo nono datis, & apud Daviam Bruxellensem Sedis Apostolicæ Internuntium die vigesima nona ejusdem Mensis instituit, ut sibi saltem liceret Romanum iter usque ad Autumnum sequentis anni differre, eo quod (ut ipse scripserat) Missio Belgica *sat magna* tum temporis *gauderet tranquillitate, imo tam magna, ut dudum majori gavisa non fuisset:* Obtinuit etiam Coddeus, ut usque ad Mensem Septembrem iter suum differre valeret: Sperabat equidem Sebastenus, mortuo Innocentio novum Pontificem sibi magis propitium fore: cum autem spe sua se delusum cerneret, suadente Quesnello, ejusque lucubrationibus in sui defensionem conscriptis munitus, comitantibus eum P. Delbecque Dominicano, & Krysio, qui ob distractos Baij & Jansenii libros ex Rectoris mandato Lovanio secedere compulsus erat, anno Christi millesimo septingentesimo iter Romam versus ingressus est. Bruxellas transiens, studiose cum Gerberonio conferre recusabat, ut eo liberius coram Cardinalibus asserere posset, nullum sibi cum illo commercium esse. Igitur Sebastenus die undecima Decembris Romam venit, a Clemente XI. summa humanitate habitus. Die vigesima ejusdem Mensis a Prælato Ruffo Pon-

Pontificii Cubiculi Magiſtro ad Pontificis alloquium adductus, ſingulari Benevolentia excipiebatur, ſpondente Papa, ſe effecturum, ut ejus cauſſa quantocyus decideretur: parem gratiæ teſtificationem experiebatur Sebaſtenus die trigeſima prima Januarii cum Papa collocutus, vehementer tamen verebatur, ne illum Papa ad ſubſcribendum Alexandri VII. formulare adigeret. Habebantur Menſe Martio hac in cauſſa quinque Cardinalium Congregationes, in quibus Sebaſtenus ad propoſita accuſationum capita reſpondere juſſus, ægerrime ſeſe extricare poterat, ac mordente conſcientia territus, ne vix quidem, quod reſponderet, paratum promptumque habebat, quocirca ut ejus verecundiæ parceretur, Congregationis Patres ad eum viginti accuſationum capita transmiſere, ut deſuper ſcriptotenus reſponderet: Tandem vero Sebaſtenus Menſe Novembri ſuas reſponſiones & declarationem, quæ prius Vaucellii limam tranſierat, paratas habebat, easque die decima ſeptima ejusdem Menſis ſummo Pontifici tradebat. Die autem decima octava Decembris in Collegio de propaganda fide Congregatio decem Cardinalium habebatur, in qua reſponſa Sebaſteni nuper poſt impigrum ſtudium

Sæc. XVII. A. C. 1702.

*Epiſt. ejusd. ad Quesn. die 19. Martii 1701.*

Sæc. XVII A. C. 1702.

prælo ſubmiſſa, necnon alia in quinque Congregationibus oretenus data mature diſcuſſa fuere, in quibus Cardinales manifeſte deprehenderunt, Coddeo firmum fixumque eſſe, præfatæ formulæ juxta Eccleſiæ mentem nunquam ſubſcribere: tandem vero die ſeptima Maij hoc anno præſente ipſo ſummo Pontifice proſtrema habebatur Congregatio, ex cujus ſententia unanimi omnium ſuffragio ſequens decretum, die vigeſima ſecunda Junii Sebaſteno tradebatur.

„Sanctitas ſua de conſilio hujuſce „S. Congregationis Sebaſtenum ab omni „exercitio & adminiſtratione Vicariatus Hollandiæ auctoritate Apoſtolica „ſuſpendit, & in ejus locum D. Theodorum de Cock Provicarium Apoſtolicum eadem auctoritate ad SS. & „Sedis Apoſtolicæ beneplacitum fecit, „conſtituit, & deputavit cum omnibus „& ſingulis facultatibus, privilegiis & „indultis Sebaſteno ratione dicti Vicariatus alias a Sede Apoſtolica conceſſis, & quomodolibet competentibus „iis exceptis, quæ Epiſcopalem requirunt ordinem, & ſignanter cum poteſtate inſtituendi, & deſtituendi, ubi „& quoties opportunum duxerit, alios „Provicarios. „

Per-

Percepta hac ſententia Sebaſtenus in ſimulata ſubmiſſione pro more ſuo opem quærebat, ac ſummo Pontifici libellum ſupplicem offerebat, inter alia hæc addens: „Ceterum Beatiſſime „Pater, ut Orator ſuam erga S. Sedem „obedientiam magis magisque teſtatam „faciat, S. Veſtræ declarat, quod ſi „ab ipſo ſubſcriptio Formularii Ale„xandri VII. exigenda ſit, paratus eſt „illud ſubſcribere, & jurare, præfa„tasque Propoſitiones ſincere, atque „ex animo cum Apoſtolica Sede dam„nare. Quod vero ſpectat ad librum „Janſenii, unde excerptæ dicuntur illæ „Propoſitiones, necnon ſenſum ab Au„thore intentum, cujus mentio habe„tur in Formulario, Orator inhærendo „doctrinæ traditæ ab Eminentiſſimis „C. C. Baronio, Bellarmino, Palavi„cino, aliisque celeberrimis Theologis, „ubi agunt de ſimilibus facti quæſtioni„bus ad ſenſum authorum ſpectantibus, „declarat ſubſcriptionem ſuam ac jura„mentum ita intelligi a ſe, ac præſtari, „ut circa hujusmodi quæſtiones in for„mulario comprehenſas fidem ſpondere „non intendat, ſed eam tantum reve„rentiam, & obedientiam, quæ circa „facta non revelata exigi poteſt.„

Sæc. XVII. A. C. 1701.

Firmabatur etiam Sebaſtenus a Quesnello in perverſo ſuo puram &

Sæc. XVII. A. C. 1702.

simplicem subscriptionem detrectandi proposito, quod tamen Papam fallendi spe fretus, promissa & ad quæstionem juris restricta obedientia occultare adlaborabat, eapropter ejusdem anni Mense Octobri rursus Sacræ Congregationi alium porrexit libellum supplicem, in quo profitebatur, *se paratum esse, si ita juberetur, formularium Alexandri VII. subscribere ac jurare, juxta præmissam in eodem supplice libello declarationem de mente ac sensu tum subscriptionis suæ tum juramenti*, cum ergo Cardinales probe prospicerent, quod Coddeus verbis luderet, nec a suo proposito recedere vellet, Papa quoque ac Cardinales a sua sententia nil remittendum censebant.

## §. III.

## *Tumultus Cleri Batavici contra hoc Papæ decretum.*

*Epist. Vaucell. ad Quesn. 1. Jul. 1702. Epist. Hussen. ad Gerb. 13. Jun.*

Quamprimum ea, quæ circa Sebastenum Archiepiscopum Romæ contigerant, per ejusdem Procuratorem in Hollandiam perscripta fuere, mox illi, qui e Clero Batavico Quesnelli partes tenebant, ad præpediendam Pontificiæ sententiæ executionem nil opportunius fore, communi consilio censebant, quam ut novas in fœderato Belgio

Belgio turbas commoverent; haud enim ignorabant, quod Calviniani fœderatarum Provinciarum Ordines decretum Pontificium tanquam neceſſariæ correctionis ac diſciplinæ caput ſine ulla repugnantia toleraturi eſſent, ſi illud Clerus Catholicus pacifice acceptaſſet, & Theodorum Cockium ſine turbis tanquam Provicarium Apoſtolicum a Papa conſtitutum agnoſceret, neceſſe igitur cenſebant, ut hujus Archiepiſcopi ſuſpenſio velut negotium ſumme periculoſum, ac Reipublicæ bono quietique oppido adverſum fœderatis Ordinibus depingeretur, proin per turbas ex condicto ſuſcitatas, perque importunas ſollicitationes contra Papæ ſententiam Ordinum decreta extorquerentur: quapropter ex Clero Catholico potiſſimi profanam Ordinum poteſtatem, opemque contra Pontificii decreti executionem implorarunt, Hagæ Miniſtros, Hulſtium, qui Bruxellis Ordinum Legatum agebat, & præcipue Heinſium celebratiſſimum Reipublicæ Oratorem, necnon Amſtellodamenſes Conſules, quorum tres erant Nepotes Sebaſteni, convenerunt, ut hi Buſſio Bruxellenſi Pontificis Internuntio exponerent, quod tam diuturna Sebaſteni abſentia præſertim in præſenti rerum viciſſitudine acerbis querelis, motibus-

Sæc. XVII. A. C. 1702.

Sæc. XVII A. C. 1702. tibusque anſam præberet, & turbæ in Belgio indies augerentur, niſi excluſo Cockio Sebaſtenus ad Eccleſiæ ſuæ clavum reponeretur, eoquod Clero Batavo nil deliberatius ſit, quam adverſus Papæ decretum aperte, conſtantique Marte ſeſe opponere. Ceſſere Hollandiæ ac Weſtfriſiæ Ordines ſupplicum votis, ſuumque decretum die decima ſeptima Auguſti ad generales fœderatorum Ordines transmiſerunt, qui Menſe Septembri edictum promulgarunt, vi cujus eorum ſubditos Romam evocari prohibentes, Sebaſtenum revocarunt, & Cochio, quem Pontifex die decima nona Junii interim Vicarium ſubſtituerat, aliisque Vicariis, qui non rite electi ab eorum Deputatis admiſſi non eſſent, omni functione & adminiſtratione Sacra interdixerunt & Cochium in ædibus ſuis detinuere, donec Coddeus in patriam reverſus priſtinæ ſuæ dignitati reſtitutus eſſet: e contrario autem Hugonem Huſſenum a Coddeo in Provicarium conſtitutum, licet a Papa ſuſpenſus eſſet, Officio fungi voluere. Paulopoſt ipſemet Sebaſtenus, cum interdicto a Papa ſolvi deſperaret, an ſententia jure lata eſſet, ac ipſe ea teneretur, ſe dubitare ſimulabat, hac in re Quesnellum, oraculum ſuum in conſilium adhibens. Hic vero

vero ſacra Vaticani fulmina, omnemque Eccleſiæ auctoritatem cachinanti ſibilo explodere aſſuetus, velut ex tripode Delphico reſpondit, pergeret ire vias ſuas, nulla habita Pontificii interdicti ratione, eoquod ipſe contra omnes æquitatis regulas eſſet condemnatus, ac judicium hac de cauſſa ad Generales Provinciarum Ordines pertineret, Roma vero majorem dominationis amplificandæ, quam Religionis rationem haberet, ac propterea unus ex Romanis Antichriſtus eſſet futurus. Inſuper Harlemenſe & Ultrajectenſe Capitulum ac Canonicos inſtigabat Quesnellus, ut Cockium inſuperhabito Bruxellenſis Internuntii Apoſtolici iterato mandato, excluderent, & Sebaſtenum denuo in Epiſcopi Ultrajectenſis Vicarium nominarent: Inde Coddeus ad novam ſpem erectus, Papæ mandatis apertius reſiſtere ſtatuit, cauſſatus, quod ad Provinciam Epiſcopi Ultrajectenſis obeundam a Canonicis ejusdem Eccleſiæ ipſam Eccleſiam Cathedralem vacante Sede repræſentantibus delegatus eſſet. Verum ad hæc repoſuit Pontifex, *quod, quamvis in Ultrajectenſi Eccleſia quidam Canonici eſſent, neſas tamen foret, ut Epiſcopus alienæ Eccleſiæ, dum omni Provincia a ſummo*

Sæc. XVII. A. C. 1702.

Sæc. XVII. A. C. 1702. *mo Pontifice interdiceretur, vicem Episcopi apud Ultrajectenses ageret.*

## §. IV.

## *Clementis XI. literæ ad Belgii fœderati Catholicos.*

*Epist. & Brev. Clem. XI. pag. 15.*

Cum vero Clemens XI. summus Pontifex haud temere vereretur, ne Catholici in Hollandia, & finitimis Provinciis agentes, seditiosis rumoribus, ac libellis, quos Coddei fautores magno numero disseminarunt, a debito obsequio averterentur, hinc ad eos die septima Aprilis anno sequenti has dedit literas: „Illius vices, licet „immeriti gerentes in terris, qui transi„turus ex hoc mundo ad Patrem, pa„cem, quam nascendo nuntiaverat, „Ecclesiæ suæ, veluti testamento, re„liquit; in eam maxime curam incum„bimus, ut Catholici omnes, iique „præsertim, qui in sejunctis ab hac S. „Sede Regionibus constituti, ab omni „specie mali cavere diligentius debent, „remotis dissensionum fomentis, ea, „quæ pacis sunt, studiose sectentur, „quive in unitate ejusdem fidei con„sentiunt, concordiæ quoque, & Cha„ritatis vinculo conjungantur. Quam „ob rem turbarum, ac dissidiorum mala „germina, quæ in Hollandicis Missio-

„nibus

„nibus jam pridem exorta, quotidie „ſuccreſcere, non ſine gravi Paterni „noſtri cordis amaritudine, deprehen- „dimus, reſecare, atque etiam, fa- „vente Domino, prorſus eradicare cu- „pientes, Venerabili Fratre Petro Ar- „chiepiſcopo Sebaſteno, juſtis gravi- „busque de cauſſis, a Vicariatus Apo- „ſtolici officio, quod obtinebat, ſu- „ſpenſo, Pro - vicarioque interim, do- „nec ab eadem Sede aliter providere- „tur, in ejus locum ſubrogato, nulli „alteri, Provicariatus, Archipresbyte- „ratus, aut aſſertorum Capitulorum, „ut vocantur, Aſſeſſoratus, ſeu cujus- „vis alterius muneris, aut officii ob- „tentu, Paſtores, Miſſionarios, deſer- „vitores, aut alios quoscunque ad ani- „marum curam ſacramentorumque ad- „miniſtrationem, etiam prætextu ne- „ceſſitatis, conſtituendi, ſeu deputandi „facultatem ullam competere declara- „vimus, & nihilominus ad abundan- „tiorem cautelam, & quatenus opus „eſſet, omnes, & ſingulas deputatio- „nes ſupradictorum officiorum nomine „forſitan, ut ſupra, factas, cum om- „nibus inde ſecutis, prorſus irritas, „ac nullius roboris, vel momenti eſſe „decrevimus. Omnibus propterea Cle- „ricis Miſſionum præfatorum Apoſtolica „authoritate, & ſub excommunicatio- „nis,

Sæc. XVII. A. C. 1702.

Sæc. XVII. A. C. 1702.

„nis, ipso facto, & absque alia declaratione, incurrendæ pœna, districtius inhibentes, ne in illarum spirituali regimine se ingerere quovis pacto auderent, vel præsumerent. Nunc vero ut, quod paucis denuntiatum est, omnibus istarum regionum catholicis plenius innotescat, nullusque amplius de Pontificia voluntate nostra ambigendi superfit locus, ea de re vos omnes, dilecti Filii, per præsentes literas duximus admonendos; de vestra quidem eximia pietate, constantique erga Apostolicam sedem obedientia plane confisi, nullam imposterum apud vos fidem, aut aditum inventuros paucos illos Ecclesiæ, simul atque Reipublicæ turbatores, qui subdolis artibus, falsisque narrationibus candidos animos vestros decipere, aut etiam, si possent, in errorem abducere conati sunt. Sinite illos, dilecti Filii, quia cæci sunt; atque utinam non excæcaverit illos malitia eorum? ostendite vos veras Christi oves esse, quæ supremi in terris Pastoris ab eodem Domino constituti monitis obsequuntur, & non audiunt vocem alienorum. Alieni profecto sunt, qui, dum gregem Dei dividere tentant, mactare potius, ac perdere, quam custodire velle deprehenduntur: Obten-

„tendunt illi quidem exactioris disci- Sæc. XVII.
„plinæ speciem, ac de rigidioris Theo- A.C. 1702.
„logiæ sibi fama blandiuntur; quales
„vero animo sensus foveant, quove
„mente colliment, quicunque sapiens
„rerum æstimator facile judicabit, cer-
„tissima illa, qua nos, ad eos, qui ve-
„niunt in vestimentis ovium dignoscen-
„dos, Salvator noster instruxit, ad-
„hibita regula: a fructibus eorum co-
„gnoscetis eos. Quis enim, ut cæ-
„tera taceamus, tot hac in caussa ab
„iis editos libellos videat injuriis, ma-
„ledictis, mendaciis, calumniis, aper-
„taque in Apostolicam sedem irreve-
„rentia, ac temeritate undequaque sca-
„tentes, quos, magno vel ipsis Hete-
„rodoxis scandalo fuisse comperimus;
„quin statim agnoscat, quam longe
„illorum authores, defensoresque a
„Spiritu Dei absint, qui non est dissensio-
„nis Deus, sed Pacis, quam longe a
„sincera Christi charitate, quam adeo
„verbis prædicant, factis destruunt,
„quam longe demum a veræ humilita-
„tis, & obedientiæ, quæ cæterarum
„virtutum fundamenta sunt, tramite;
„dum adversus ipsam B. Petri sedem,
„Christianorum omnium Matrem &
„Magistram Caput attollere, ejusque
„mandatis obviam ire, quin imo, &
„potestatem convellere, ac palam im-

Sæc. XVII. A. C. 1702

„petere non erubescunt. Vos autem „dilecti Filii non sic, sed in accepto a „Majoribus Vestris pietatis instituto per„severantes, quem religione profite„mini Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ „Principatum prompta, ut Catholicos „decet, obedientia comprobate; neque „enim vobis, nisi pro vestra utilitate „præcipimus, nec temporalia vestra „quærimus, sed spiritualia vobis cha„rismata comparamus. Quod vero ad „præfatum Archiepiscopum Sebastenum „attinet, cum repetitis multorum offi„ciis, atque etiam enixis dilecti Filii „Theodori de Cock a Nobis, ut præ„fertur, Provicarii constituti precibus „urgeremur, ut illi in Hollandiam red„eundi potestas fieret; asserentibus „cunctis, id quoque a sæcularibus Ma„gistratibus de restituendo, ut ajebant, „in Patriam proprio cive sollicitis ve„hementer optari, Apostolica potius „indulgentia, quam districtiori Cano„num Censura usi, discedendi non mo„do veniam, sed & mandatum ante „duos fere menses ultro dedimus: ei„dem vero, cum se pararet itineri, ad „Nos nuperrime venienti Paterne simul, „ac perspicue animi nostri sensus ita „explicavimus, ut licet novi istarum „partium Vicarii Apostolici deputatio„nem diutius adhuc nos differre con„tinge-

„tingeret, ipse tamen spem omnem, Sæc. XVII.
„ejusmodi munus, quod ei nonnisi ad A.C. 1702.
„hujus S. Sedis beneplacitum deman-
„datum fuisse reperiebatur, & a quo
„subinde, sicut præmittitur, suspensus
„fuerat, imposterum exercendi sibi pe-
„nitus sublatam esse non obscure intel-
„ligeret: ita siquidem re satis super-
„que discussa, auditoque plurium Ve-
„nerabilium Fratrum nostrorum S. R. E.
„Cardinalium consilio, spirituali ista-
„rum Missionum bono magis congruere
„in Domino censuimus. Præterea ei-
„dem injunximus, ut fautores suos ab
„omni contentione & æmulatione sui
„potissimum caussa suscitatis curaret a-
„vertere, offensiones omnes, querelas,
„cæterasque terrenas sapientium ratio-
„nes ingenito hominibus proprii com-
„modi studio jugiter suggerente mini-
„me defuturas, uno hoc effato Apostoli
„compescendo, obedite præpositis ve-
„stris, & subjacete eis, ipsi enim per-
„vigilant quasi rationem pro anima-
„bus vestris reddituri. Hæc omnia
„dilecti Filii, vobis similiter innotesce-
„re necessarium duximus, ut quicun-
„que apud vos Catholicorum nomine
„censeri volunt, non sint sicut parvuli
„fluctuantes, sed sciant, quem Pasto-
„rem in via Domini sequi, & cujus
„mandatis parere teneantur. Satagite

Sæc. XVII. A.C. 1702.

„igitur, ut qui rectè credendi gratiam „a Domino consecuti estis, bonorum „operum, & præcipue charitatis, hu„militatis, & obedientiæ fructibus ei„dem Domino respondeatis: frustra e„nim fuerit, Catholice credidisse, nisi „cæterarum quoque virtutum suffragio „reportetis finem fidei Vestræ, salutem „animarum; idque, ut facilius asse„quamini, supremum misericordiarum „Patrem pro muneris nostri debito, Pa„ternoque, quo vos omnes complecti„mur, amore precari non desistemus; „& Apostolicam interim Benedictionem „Vobis ex animo impertimur.„

## §. V.

## *Sectariorum furor contra has Pontificis literas.*

*Brauw. Epist. ad Quesn. secret.* 28. *Maij* 1703.

Hanc Clementis Papæ epistolam Bruxellensibus literis excusam Bussius Apostolicus Internuntius ad præcipuos Fœderati Belgii Catholicos transmisit, illamque Regulares ubique palam fecere: Aft quam indomitis impotentibusque furiis Sectarii in has Papæ literas tumultuari cæperint, vix calamo assequi valemus: non Religionis Sanctitati, non Pontificis honori, non Catholicorum saluti parcebant, apud Hollandiæ Ordines instabant, ut hoc Breve tanquam seditiosum & infamem libellum

lum ſupprimerent, & ubique per ſuos ſatellites illius exemplaria conquiri juberent, & Cockio omni Provicariatus functione interdicerent: acerbiora adhuc decreta ab Ordinibus promulganda ſignificabat Prauwellius Amſtelodamenſis Parochus, *ſortiores*, reſcripſerat ipſe ad Quesnelli Secretarium, *in adventum Coddei reſervantur, omnes indignantur adverſus Miniſtros Romanæ Aulæ, qui talia in Patria acatholica audent, aulici omnes id interpretantur, quaſi P. La Chaiſe juſſu Ludovici XIV. turbas in hac patria excitare voluerit, vident etiam ad oculum, quid palpones Pontificis non poſſent, facileque talibus decretis ſubditos a juramento, quo ſeſe Principibus aſtringunt, abſolverent . . . Papæ Internuntius nunquam majus obſequium reddere potuiſſet, quam ſuo Brevi præſtitit, etiam Catholici audax hoc facinus indignantur, Monachi palam faciunt Breve, ſed Clerus ut obreptitium reſpicit, Ordines ut ſeditioſum:* Inſuper innumeri pene, ac petulantiſſimi mox in publicam lucem protruſi ſunt libelli, quibus absque pudore decidebatur, Coddeum inſuperhabita Romana depoſitione pollere plena, eademque poteſtate, quam ab Innocentio XI. accepiſſet in Vicarium Apoſtolicum Anno 1688. renuntiatus: Aſt triginta & unum ejusmodi infames libellos latine, Gallice & Belgice con- Sæc. XVII. A. C. 1702.

Sæc. XVII A. C. 1702.

scriptos Clemens XI. die quarta Octobris Anno hujus Sæculi septimo damnavit: ipsi etiam Calviniani Magistratus tam probrosa scripta indignati in ea animadverterunt. Tandem vero idem Pontifex armatis pene Ordinum precibus, & Cleri Hollandici turbis expugnatus Mense Februario per Pauluccium Cardinalem Sebasteno significari jussit, quod Pontifex *Apostolica potius indulgentia, quam districtiori censura usus in gratiam Provicarii sui* Cockii & ad vota Belgii Moderatorum eidem permitteret, ut in Hollandiam quidem, penitus tamen a Vicariatus officio amotus redire posset. Hic ergo die decima Aprilis anno currentis sæculi tertio Roma cum suis in Hollandiam profectus est, ejus fautoribus tam *strenui veritatis Defensoris* adventum anxie præstolantibus: Nondum comperto illius reditu Hollandiæ Ordines in pleno Senatu Cockium acriter objurgantes, rursus eidem omnem officii sui administrationem inhibuerunt, gravissimas interminati pœnas, nisi Coddeus intra trimestre in patriam suam reverti permitteretur: Quamprimum Sebastenus advenerat, instigantibus Sectariis, Hollandiæ Magistratus Cockium in vincula conjici jussit, & fuga elapsum perpetuo a patria sua extorrem fecerunt, aliosque Vicarios a

*Epist. D. La Noie 6. Maij 1703.*

Papa conſtitutos ſuo munere & ſta- Sæc. XVII.
tione deturbarunt, necnon Catholicos, A. C. 1702.
Paſtores, & Sacerdotes, qui Apoſto-
lico Vicario obedientiam præſtarunt,
ſacris muneribus prohibitos in exilium
deturbarunt: Horum igitur calamita-
tes miſertus Pontifex Leopoldi Cæſa-
ris opem implorabat, die nona Auguſti
datis ad eum hiſce literis:

„Catholicorum Hollandiæ res novis
„indies prodeuntibus adverſus eos Ma-
„giſtratuum Edictis, ac pœnis, eo jam
„loco poſitas eſſe videmus, ut niſi effi-
„caci ac præſenti aliquo patrocinio ju-
„ventur, ad extremam timeri poſſint
„perniciem adducendæ. Nos itaque
„de ipſorum gravi periculo jure ſolli-
„citi, poſtquam aſſiduis apud Deum
„precibus eorumdem cauſſam agere non
„deſtitimus, nihil Nobis conſultius,
„aut opportunius agendum ſupereſſe
„putavimus, quam ut Majeſtatis tuæ
„perſpectam, celebratiſſimamque pie-
„tatem conveniremus, ac Dei ipſius,
„& Domini Noſtri Jeſu Chriſti, cujus
„vices immeriti ſuſtinemus, Nomine
„interpellaremus, ut pro eximio, quo
„præſtas, Catholicæ fidei Zelo, apud
„eosdem Magiſtratus officia omnia,
„ſtudiaque ſedulo, atque conſtanter ad-
„hibeas, quo Catholicis eorum ditioni
„ſubditis liceat, ut hactenus licuit,

Sæc. XVII. A. C. 1702.

„pacifice vivere, nec eorum Paſtores, „ut jam contra omnem æquitatem fieri „cæptum eſt, exilio, mulctisque ple„ctantur. Sane poſtquam Archiepiſco„pum Sebaſtenum, quem pluribus, „gravibusque de cauſſis, ac præcipue „ob non ſanam doctrinam a munere, „quod ad hujus ſanctæ Sedis beneplacitum obtinebat, removere compulſi „fuimus, & ex hac alma urbe, ut iidem „Magiſtratus vehementer optare vi„debantur, & quidem absque alia pœna ex Paterna indulgentia dimiſimus, „unde Nobis ab Hollandi regiminis „æquitate quietem pollicebamur, majorem inde vexationem, injuriamque „reportavimus. Nam & Provicarium „a Nobis deputatum, Virum probum, „ejusdemque Patriæ civem, a pluribus „annis ibidem ſine querela verſatum, „publico ſtatim Edicto proſcriptum au„divimus, & alios deinde Sacerdotes, „eosque potiſſimum, qui debita Nobis „obedientia magis præſtare videban„tur, vel in exilium actos, vel ſacris „muneribus prohibitos, aut etiam car„ceribus mancipatos. Declarant qui„dem iidem Hollandiæ Magiſtratus, „palamque omnibus conteſtantur, nolle „ſe de ſpirituali Catholicorum regimine „quidquam aſſumere, ſed illud Romano „Pontifici, ut antea, liberum, expedi„tum-

„tumque relinquere, quod & ipsis Pa- Sæc. XVII.
„triæ legibus consentaneum esse pro- A.C. 1702.
„fitentur: sed reipsa Ecclesiæ Ministros
„a Nobis constitutos munere, ac sta-
„tione deturbant: Nostris vero man-
„datis contumaces, ac refractarios sub
„catholico nomine apertum schisma
„meditantes fovent, atque tuentur,
„ita ut in extremum Romanæ fidei ex-
„cidium lento quidem, & occultiore,
„sed eo deteriore consilio intendere vi-
„deantur. Id vero quanta cum divi-
„ni nominis injuria, quanto Religio-
„nis Catholicæ detrimento in totius
„Ecclesiæ Dei conspectu accidat, su-
„pervacaneum est, ut pluribus expli-
„cemus. Nimis enim æquitati abso-
„num, & a reverentia, quam erga Ma-
„jestatem tuam profitentur, alienum
„esse dignoscitur, quod illius Reipublicæ
„moderatores nihil prorsus sanctæ ipsi
„religioni, quæ tantæ Tibi curæ est,
„non modo indulgere in tui gratiam
„velint, sed ne ab hac quidem turban-
„da, ut hactenus nullo publicæ rei in-
„commodo factum est, abstinere. Quid
„enim magnum, insolens, aut ipsorum
„rationibus officiens tandem foret, si
„Provicarium ante dictum, vel nullius
„revera criminis reum, vel si qua in
„re offenderit, abunde satisfacere pa-
„ratissimum, ipsa Majestate tua Reli-

Sæc. XVII. A. C. 1702

„gionis cauſſa intercedente, in gratiam „reciperent, atque in ſpirituali anima„rum regimine exercendo tacita ſaltem „conniventia tolerarent: Quid ſi reli„quos animarum Rectores Nobis obſe„quentes, Viros innoxios, ac pacis „amatores, munere ſuo, ut antea, „fungi permitterent, contumaces vero, „ac publicæ non minus, quam Eccle„ſiaſticæ quietis perturbatores, infa„miumque libellorum, quibus Noſtra „ſimul, & Apoſtolicæ Sedis dignitas „per ſummam impudentiam impetitur, „Evulgatores, gratum Majeſtati tuæ „facturi, compeſcerent? Quamobrem, „chariſſime Fili Noſter, ut huic rei ob„tinendæ, ſine qua catholica, & qui„dem plurium centenorum millium ho„minum fides ſalva eſſe non poteſt, ve„hementer inſiſtas, Majeſtatem tuam „etiam hortamur, & obſecramus in „Domino, ante cujus conſpectum rei „profecto omnes, ac Debitores pereun„tium tot millium animarum poſtulabi„mur, ſi humanis quibusque ducti ra„tionibus, manum iis omnem, quam „poſſumus, adjutricem porrigere ne„gligamus; id enim tandem, chariſſi„me in Chriſto Filii Noſter, pro Pa„terna, quam erga te gerimus, cha„ritate, Majeſtatem tuam mente, quam „Tibi piiſſimam Altiſſimus indidit, re„colere

„colere cupimus, ac ſerio cogitare, „impoſitum Tibi ſanctæ Religionis tuen- „dæ onus,' cum Imperii gubernacula „ſuſcepiſti, ſummam poteſtatem Tibi, „non ſolum ad terrenum regimen, ſed „maxime ad Eccleſiæ præſidium eſſe „collatam.„ Sæc. XVII. A. C. 1702.

Easdem etiam preces Pontifex apud Joannem Guilielmum Electorem Palatinum, Lotharium Moguntinum, & Hugonem Trevirenſem, Archiepiſcopos & Electores interpoſuit. Pariter S. Congregationis Præfectus Sebaſtenum ad debitam obedientiam, turbasque ſedandas hortabatur, dum ad ejus literas, quibus hic ſuum in Hollandiam adventum eidem ſignificabat, hæc reſcripſit. „Perlectis in S. Congrega- „tione literis Amplitudinis tuæ gaviſi „quidem ſunt Emi. Patres de felici tuo „in Patriam reditu, ſed de gravibus, „quibus Catholici per Hollandiam ve- „xantur, ærumnis doluerunt magis. „Quibus vero potiſſimum authoribus, „impulſoribus, atque inſtigatoribus in „tantum diſcrimen adductæ res veſtræ „ſint, cum omnibus pateat, ipſis quo- „que acatholicis palam fatentibus, pro- „fecto ignorare non potes. Mirantur „equidem Patres Emi. & pro Paterna, „qua vos omnes in Chriſto diligunt, „charitate ingemiſcunt, Viros Catho- „licos,

Sæc. XVII. A. C. 1702.

„licos, Sacerdotes, Paſtores, qui bo-„nitatem & diſciplinam & ſcientiam „profitentur, eo ſe partium ſtudiis ab-„duci paſſos, ut dummodo tuerentur „tuam, Catholicæ fidei cauſſam pro-„dere non erubuerint. Quodque mi-„randum magis, iidem ipſi ſunt, quos „Amp. tua, & arcta ſibi præ cæteris „neceſſitudine junctos voluit, & bene-„ficiis ornavit, & accuſatos pluries „apud ſanctam hanc Sedem defendit „acerrime, utque ſtrenuos Vineæ Do-„mini, & inconfuſibiles operarios, ipſi-„que S. Sedi obſequentiſſimos prædi-„cavit, atque præcipuos in regenda „Miſſione ſibi ſocios & adjutores adhi-„buit, ut vel ex hoc uno (etiamſi cæ-„tera plurima defuiſſent) agnoſcere „debeat Amp. tua, quam juſte, „quam neceſſario de mutando Miſ-„ſionum iſtarum regimine, earum-„que adminiſtratione in alium trans-„ferenda, hic cogitandum fuerit. Id „vero, cum jam debita maturitate pla-„ne conſtitutum, ac rite peractum ſit, „& Sanctiſſimus Dominus Noſter ea de „re datis ad omnes Hollandiæ Catho-„licos Apoſtolicis literis mentem ſuam „abunde explicaverit, ſupereſt, ut, „quicunque Chriſti Vicario ſubeſſe, ac „Beati Petri Cathedræ voluerint Com-„munione ſociari, Sanctitatis ſuæ man-„datis

„datis reverenter obediant, si qui vero „(quod absit) obdurato animo reluctari „pergant, velut Ethnici & Publicani „tandem juxta Evangelii monitum ha- „beantur. Reliquum Deo committen- „dum, qui sperantes in se confundi non „patitur, & servos quidem suos tan- „quam aurum probat in camino tribu- „lationis, nec tamen deserit, sed bra- „chio sancto suo defendit illos, & sua- vibus iis vocibus consolatur, & reficit: „*si me persecuti sunt, & vos persequentur.* „Propterea non concidendum est ani- „mis, sed fortiter sustinendum; non „enim vincitur persecutionibus Eccle- „sia, sed augetur; quod ipsimet Pa- „tres Vestri, quorum virtutis, & in „asserenda Romana fide constantiæ æ- „mulatores vos esse decet, toties ex- „perti sunt; oportet autem & hære- „ses esse, ut qui probati sunt, fideles „inveniantur. Tibi vero, si tuos, si „Patriam, si fidem Catholicam cordi „habes, & quod Caput est, etsi in con- „spectu superni Judicis, qui scrutatur „renes & corda, tantorum Ecclesiæ „malorum culpam subire velis, adni- „tendum est maxime, ut tempestatem, „quæ nonnisi propter te exorta est, to- „tis viribus sedare contendas; idque non „ægre admodum assequeris, si amicis „omnibus, & clientibus tuis denun- „ties

Sæc. XVII. A. C. 1702.

Sæc. XVII. A. C. 1702.

„ties ex animo, nullo te ambitionis „æstu abripi, nec primos recubitus af„fectare, satis propterea Tibi fore, ut „supremi in terris Ecclesiæ Pastoris „voluntati obsequendo, tibimet impo„sterum pacifice vivas, quod quidem „& animæ tuæ tutius fuerit, & Chri„stianæ Sapientiæ, quæ magis subesse „appetit, quam præesse, institutis con„formius; ne alias videaris, quæ tua „potius, quam quæ Jesu Christi sunt, „in Evangelico Ministerio quæsiviſſe. „Tuarum quoque partium fuerit, eos„dem sedulo admonere, ut conscientiæ „suæ consulant, & Ecclesiasticas cen„suras, quibus non pauci juxta Cano„nicas sanctiones irretiti sunt, minime „parvi pendant, Dominus enim est pa„tiens redditor; tu vero (quidquid ipsi „demum acturi sunt) prorsus noli ipso„rum culpis involvi, ne tremendæ ni„mis Christi sententiæ obnoxius fias: *Væ homini illi, per quem scandalum venit.* „Et ista quidem, cum S. Congregatio„nis, tum etiam Sanctitatis suæ no„mine Amp. tuæ significanda habui, „teque interim paratissimam exequen„dis Apostolicæ Sedis mandatis volun„tatem serio promittentem laudamus „omnes, impensius laudaturi, cum id„ipsum, ut Deo dante confidimus, ope„re comprobaveris.„ Attamen insti„gante

gante Coddeo ejusque fautoribus, Ordinum fœderatorum Deputati edictum promulgarunt, vi cujus illi, qui Cockium judicibus vivum sisteret, trium millium florenorum pretium constituerunt: Equidem summus Pontifex omnem movit lapidem, ut Cockius ad obeundas muneris sui functiones a Batavo Clero reciperetur, cum vero refractarii continuo obsisterent, Pontifex datis die decima tertia Octobris anno hujus sæculi tertio literis Joannem Guilielmum Palatinum Electorem enixe rogabat, ut hunc Vicarium ab improbis hisce abscedere coactum ejus clientela dignari, atque in locis Belgio vicinis eum recipere velit, ut interim partes demandati sibi muneris, ibidem obire, & Missionum opus, cui præest, promovere valeret. Postea vero Cockius Romam venit, ubi Clemens XI. eundem Canonicum S. Laurentii in Damaso nominavit: Ceterum in hanc usque diem omnis sollicitudo, summorumque Pontificum labor pro Batava hac vinea impensus, omni ferme fructu caruit, Sectariis non uvas, sed dissidiorum labruscas facientibus. Sæc. XVII. A. C. 1702.

§. VI.

Sæc. XVII. A. C. 1702.

## §. VI.

## *Cebenenſium Hugonotarum rebellio contra Franciæ Regem.*

*Calmet hiſt. Univ. l. 155. pag. 171. Hode Hiſt. de Louis XIV. l. 55. Vid. ſupra l. 210. §. 44. pag. 523. tom. 65. & l. 209. §. 46. pag. 220.*

Recruduit hoc anno Cebenenſium Calviniſtarum rebellio, cujus Authores a Galliarum Rege oppreſſos, jam alibi memoravimus: cum autem Calvinianæ ſectæ hydra nil ſolemnius habeat, quam, dum ejus capita per partes reſecta mox renaſcuntur, ipſa tum rictus ſuos eo atrocius exerat, ita etiam Cebennenſes Occitaniæ populi, infauſtæ Albigenſium & Waldenſium reliquiæ, ferme ad incitas redacti, poſtquam ad Calvini caſtra tranſierunt, identidem ſeditioſis motibus in Regem & Catholicos ſævire cæperunt. Equidem revocato Nannetenſi edicto eorum nonnulli, potius pœnarum metu, quam agnitæ veritatis amore fidem Catholicam amplectebantur, aut potius amplecti ſimulabant; ſecreto enim ſectæ Calvinianæ exercitiis conſuetisque deliriis ſuis fanaticis vacabant; avide præſtolantes propitium temporis momentum, quo palam hæreſis ſuæ libertatem armis vindicare poſſent: Peropportunum eis acciderat bellum exterum, quod Gallis infauſtum fore præſagiebant fœdera potentiſſimorum Prin-

Principum contra Ludovicum Franciæ Regem inita: infelices quoque Cebennenſes ad arma capeſſenda ſtimulabant Angli & Batavi, qui hoſce fanaticos rebelles fratrum nomine honorabant, eorumque ſeditione ac bello domeſtico Gallicas vires diſtractum iri ſperabant: Ut vero apertæ rebellionis calumniam a ſe amolirentur, pro more ſuo ſeditioſos motus ſpecioſo neceſſariæ defenſionis obtentu honeſtare, die decima quinta Martii edito ſcripto ſatagebant; cauſſabantur igitur, quod ipſis Neoconverſis graviora, quam ceteris Catholicis imponerentur tributa, & Præfecti regii eos in adoptata religione Catholica perſiſtere cogerent, necnon Chaylanus Abbas duas cujusdam Nobilis filias de hæreſi ſuſpectas non ad Monaſterium, uti conventum fuiſſet, ſed ad arces ſuas detruſerit. Hæc prima erant innovatæ rebellionis argumenta: Poſtquam vero Menſe Junio quidam regii tributorum exactores hoc anno in Cebennenſium pagis nonnullos, qui tributum ſolvere præfracte recuſabant, capite damnarunt, hi fanatici apertæ rebellionis vexillum attollere ſtatuerunt: primo igitur hoſce exactores inſano furore in eorum ædibus noctu invadunt, eosque unacum exactionum ſchedis ad collum appenſis

Sæc. XVII. A C. 1702.

Sæc. XVII A.C. 1702. ex arboribus vicinis ſuſpendunt, poſtea conſractis, crematisque ſacris imaginibus, vaſis ſacris proſanatis, incenſis Catholicorum Eccleſiis, ſacerdotibus ad Altare jugulatis ubique cruenta Calvinianæ crudelitatis veſtigia relinquunt. Ut ergo hiſce violentiis tempeſtive repagulum objiceretur, Broglius Comes ſupremus Provinciæ Præfectus copias ſuas unacum Montpeſſulanis Satellitibus in hoſce rebelles emiſit, qui etiam, quos deprehendere poterant, promeritis pœnis plectebant. Verum condigna hæc ſeveritas ceteros adeo non ad criminis deteſtationem permoverat, ut etiam efferatiores effecti, magno numero confluerent, & ſpurio ſectæ Zelo animati, totam alpium regionem, pagos & oppida rapinis, incendiis, omnique crudelitatum genere vaſtarent, ac obvios quosque Parochos, Sacerdotes & Religioſos miſere trucidarent: Poſtea continuato violentiæ curſu eorum ferme quingenti usque ad Aleſianæ Provinciæ fines excurrerunt, qui tamen aucto regii militis numero ad inacceſſas alpes receſſerunt, tres vero eorum deprehenſi, capitali rota interempti ſunt: cum horum rebellio tam violentiarum enormitate, quam confluentium Calviniſtarum numero indies magis magisque invaleſceret,

ret, Ludovicus Rex Montrevellium Mareſcallum cum valido agmine emiſit, ut hoſce furioſos ad officium redigeret: Hic die decima Februarii anni ſequentis ad Pontem S. Spiritus penetrans, cunctis rebellibus (exceptis tamen præcipuis ſeditionis Authoribus) delicti veniam obtulit, ſi poſitis armis ad obſequium reverſuri eſſent. Verum hi quosdam excludi indignantes, bellum proſequi ſtatuerunt, Anglico Batavoque auro & armis ſuffulti, necnon rebellionis mox in toto Regno erupturæ, ac divini auxilii, quod Enthuſiaſtæ quidam eis pollicebantur, ſpe ac fiducia excitati: Animis igitur ad novas crudelitates reſtauratis ipſam quoque patriam cæde, incendio, rapinis & clade vaſtant, diripiunt Catholicorum ædes, agreſtium vicos & villas exſcindunt, agros exurunt, ac præcipue Catholicos, Sacerdotes & Religioſos barbara crudelitate interficiunt: ſæpe cum regio milite confligunt, infauſto plerumque ſucceſſu; unde incenſis eorum pagis non pauci aut gladiis aut laqueo periere: nihilominus tantopere eorum excreverat numerus, ut in decem agmina diviſi præcipuas Languedociæ Urbes inſiderent, ac publico proclamate ſuam ſeditionem honeſtare præſumerent. Aucta demum audacia

Sæc. XVII. A. C. 1702.

Sæc. XVII. A. C. 1702.

suis copiis Præfectum nomine Cavalierum jam olim suæ factionis Ductorem præfecere, ac die decima tertia Aprilis anno hujus sæculi quarto ad S. Genesii oppidum penetrantes, urbem omni commeatu spoliarunt, incensoque Templo, & Catholicorum ædibus non paucos, imo ipsum quoque Parochum trucidarunt, pari immanitate Calvisonenses Catholicos oppressuri: ast a regiis copiis invasi, in fugam acti sunt, trucidatis eorum sexcentis, ceterisque ad alpes retrusis. Revocato Montreveillio, Villarsius Marescallus eidem subrogatus, ex rebellibus Primores convocari jussit, eisque Regis nomine pollicitus est, cunctis præteritorum oblivionem indultum, captis proscriptisque libertatem, bonaque ærario addicta restitutum iri, dummodo sincere ad Regis obsequium reverti vellent, liberum etiam Cavaliero sibique adhærentibus fore, ut Regno excedere possent. Oblatis cessit Cavalierus, quem tamen rebelles præcipui tanquam proditorem, ac perfidum fratrem execrabantur, atque a Rolando novo Ductore animati, rebellionis telam pertexere cæperant: quo tamen trucidato, & quinque aliis seditionis Authoribus captis, ac rotæ supplicio mulctatis, cæteri bina clade protriti amissis suorum

*Vid. l. c. pag. 257.*

rum ferme bis mille, oblatæ veniæ gratiam acceptarunt, eorumque non pauci regiis publicæ ſecuritatis literis muniti venditis ſuis bonis e Regno in Angliam, aliasque regiones emigrarunt. Hic demum exitus fuit Calvinianæ rebellionis noviſſimæ, qua tamen Hugonotæ ipſimet comprobatum reddebant, quam æqua & neceſſaria fuerit revocatio Nannetenſis edicti, quo vigente, & paucis licet Calviniſtis etiamnum toleratis, nunquam Franciæ Regnum ab inteſtino tumultu quietem ſperare potuit: quapropter quamvis horum rebellium manipulus ſæpius poſtea ſeditiones ciere tentaret, ſemper tamen Ludovicus eos tanquam Regni perturbatores repreſſit, maluitque in exſcindenda hac peſte vires ſuas atteri, quam eos tolerando Religionis officiis deeſſe: Ea etiam de cauſſa in Arauſionenſi Principatu, quem a Contio Principe receperat, Calviniſtarum Templa occludi ac denuntiari juſſit, ſe nonniſi religionem Catholicam in Regno ſuo permiſſurum, qui ergo eam amplecti renuerent, divenditis bonis ſuis Regno excederent: quapropter Calviniſtarum non pauci relictis etiam bonis ſuis clam aufugere, & navibus, quas Tulonii & Maſſiliæ ad eos deportandos Rex paratas haberi præcepit, uti de-

Sæc. XVII. A.C. 1702.

Sæc. XVII. A. C. 1702.

dignabantur. Ita nempe omnis sectæ comes individuus est insana pertinacia.

## §. VII.

## *Carolus Thomas Turnonius ad Sinarum Imperium missus.*

*Clem. XI. Brev. & Epist. p. 132.*

Jam anno priori summus Pontifex Carolum Thomam Turnonium Patriarcham Antiochenum unacum aliquot pietate & doctrina probatis Viris tanquam Visitatorem Apostolicum in Sinas mittere decreverat, ut de controversis Sinensium ritibus referret, & summi Pontificis, necnon Sacræ Congregationis decreta desuper condenda executioni daret. Hic igitur die duodecima Julii hoc anno perarduum hoc iter aggressus est, Pontifex vero jam die septima Januarii ad Franciæ & Hispaniæ Reges literas dabat, enixe rogans, ut eundem hunc Vicarium, ejusque expeditionem juvare ac fovere velint. Pariter utriusque Tartariæ & Sinarum Imperatorem datis die vigesima Junii literis rogabat, ut pro ea, qua ab omnibus commendatur, animi magnitudine Turnonium Præsulem tot tantisque dotibus exornatum liberaliter recipere, eidemque plenam fidem in iis, quæ Pontificis nomine explicaturus

turus esset, adhibere, & munuscula, quæ eidem deferenda commisisset, potius tanquam paterni affectus, & egregiæ erga Imperatorem voluntatis signum, quam censum gratanter acceptare velit. Eadem ferme Pontifex ad Goanum, Manilanum Archiepiscopum, Meliaporensem, aliosque Apostolicos in Indiis Orientalibus Vicarios, necnon ad Goannæ Urbis Inquisitores perscripsit. Interea Papa gravissimam de Sinicis ritibus controversiam, quamvis sub Innocentio XII. mature expensam, ut eam tandem definire posset, ulteriori adhuc examini subjecit, prout in literis die nona Decembris ad Petrum Lusitaniæ Regem datis testabatur, his verbis: „Confidere omnino debet Ma„jestas tua, Nos in caussa, quæ agitur „circa Sinensium ritus, nullo modo „recessuros esse ab instituto Prædeces„sorum nostrorum Romanorum Pontifi„cum, qui in similibus controversiis „nullam, quoad maturam rei inspectio„nem, diligentiam prætermittere con„sueverunt: ferendi vero judicii ratio„nem a Patre luminum sæpius consulto, „ac exorato expetendam, expectandam„que esse intellexerunt. Quod quam „Nobis propositum sit, vel ex eo facile „constare potest, quod quamvis satis „compertum haberemus, quam accu-

Sæc. XVII. A.C. 1702.

Sæc. XVII. A. C. 1702.

„rato examine hæc ipsa causſa sub fel. „rec. Innocentio XII. Prædeceſſore no„ſtro expensa fuerit, Nobis tamen ad „Apoſtolicum munus ſubinde evocatis „visum eſt, cogitationes, atque consi„filia noſtra in eundem ſcopum con„ferre, ipſamque controverſiam ulte„riori disquiſitioni ſubjicere, ut demum, „Deo authore, cujus opem humiliter „expoſcimus, & præſtolamur, id, quod „Eccleſiæ bono, animarumque Saluti „expedire docebimur, perficere valea„mus. Majeſtati itaque Tuæ, quam „in ſollicitudine noſtra conquieturam „eſſe non ambigimus, in hoc præſer„tim negotio, quod nullo partium ſtu„dio, nullo officiorum genere, urgeri „poteſt, auſpicium uberis felicitatis „deferimus.„

## §. VIII.

## *Bellica expeditio Cæſaris contra Hiſpanos & Gallos.*

*Hiſt. du Prince. Eug. tom. 1. Mem. Hiſt. & Chron.*

Cum bellum hoc anno ad vicinas Pontificiæ ditionis regiones conſiſtere videretur, Pontifex Cæſarem, ac Franciæ Regem datis die ſeptima Januarii literis enixe rogabat, quatenus eas inire vellent rationes, quibus Eccleſiaſticæ ditionis immunitati, & præſervationi a bellicis calamitatibus conſultum

tum foret: Verum fervente bello ejus- Sæc. XVII.
modi monitis prævalet aut proprii com- A. C. 1702.
modi, aut hoſtilis damni ratio: Jam-jam media adhuc hyeme Eugenius Gallos ex Italia proturbare intentus, die decima Februarii per occultum Urbis meatum, quem Parochus B. Mariæ Novæ domui ſuæ, urbisque mœnibus adjacentem monſtraverat, Cremonam ſubintravit & quamvis ſemi-capta jam urbe Gallis numero longe majoribus cedere coactus eſſet, ſecum tamen quadringentos gregarios, octoginta tribunos, & præter quingentos equos & ſeptem vexilla, ipſum Villaregium Franciæ Mareſcallum captum abduxit, trucidatis Gallorum mille trecentis: Die autem nona ejusdem Menſis Imperator promulgato edicto Electorem Colonienſem unacum Barone de Karig Cancellario ſuo Viennam venire juſſit, ut de violato juramento, fœdere cum Gallis inito, Cæſarei mandati contemptu, Capituli Decano Gallis tradito, receptisque in urbem copiis rationem redderet: Inſuper Cæſar Electoris milites ſacramento ſolvit, & decima quinta Maij pacto cum Anglis Batavis aliisque Imperii Principibus fœdere Franciæ & Hiſpaniæ Reges Imperii hoſtes dixit, eisque bellum denuntiavit: viciſſim die octava Junii

Sæc. XVII. A. C. 1702. Madriti contra Cæsarem, Anglos, & Batavos, & die septima Julii Parisiis bellum publicatum est. Tum vero utrinque exarsere contendentium studia, ac Vindocinensis Gallici exercitus Dux Mutinam & Regium occupavit, necnon Philippus V. celebratis cum Maria Ludovica Sabaudiæ Ducis Filia nuptiis, Neapolin contendit, inde vero Mediolanum venit, atque ad oppidum S. Victoriæ tres legiones Cæsareas improviso aggressus, strage pene æquali Luzaram usque processit, ubi cum Cæsareis pugnam iniit, cujus tamen victoriam sibi utraque pars attribuit: intercepta autem Luzara Vindocinensis Guastallam urbem ad deditionem compulit: Querebatur vehementer apud Mariam Casimiram Poloni Regis Viduam Pontifex, quod hæretici milites exercitus Cæsarei in finibus Mantuanæ Urbis Sacras Hostias detestando sacrilegio profanarint. Postmodum Batavi sub Tyllii & Athlonii Imperio Ruremundam & Leodium occuparunt, ipsum Bufflerium, qui per strategma Noviomagum intercipere parabat, in fugam egerunt, trucidatis Gallorum tribus, & sauciis duobus millibus: Anglica vero classis Batavicæ juncta Gades tentabat, sed Catholicorum animis ob petulantem Templorum expilationem exulceratis irrito

irrito effectu iter relegere coacta est, Sæc. XVII. A. C. 1702. Gallicam tamen in portu Vigos simul & argenteam Hispanorum classem auro argentoque prædivitem die trigesima Novembris diripuit, incenditque.

Haud segnius ad supremum Rhenum a fœderatis bellum gerebatur; jam enim exeunte Mense Aprili Josephus Romanorum Rex Landaviam cinxerat, quam urbem unacum arce die septima Septembris deditione cepit, vicissim vero Ludovicus Rex Lotharingiæ Ducatum occupavit, & Maximilianus Emanuel Bavariæ Elector Gallorum partes secutus, Ulmam ductore Bechmanno prætoriæ legionis Tribuno densæ nebulæ beneficio per stratagema intercepit, simulque Memminga, Biberaco, aliisque oppidis potitus est: Badensis vero Marchio ad Fredelingam, cum Villario certamen iniit, ancipiti utrinque victoria: Ingruente demum hyemis rigore Bavarus occupatis Burgovia, aliisque quamplurimis oppidis milites suos in hybernis collocavit.

## §. IX.

## *Ludovici de Sousa Cardinalis obitus.*

Ex

Sæc. XVII. A. C. 1702.

Ex quatuor Cardinalibus hoc anno denatis primus occurrit Ludovicus de Souſa Ulyſſipone ex pervetuſta familia ortus. Hic juvenis in Hiſpani Regis Aula enutritus emenſo ſtudiorum curriculo nobiliſſimas Europæ urbes pervagatus, Romam venit; brevi tamen a Bragantino Duce, qui Regni ſolium occupaverat, in Luſitaniam revocatus, Oportuenſis Eccleſiæ Canonicus renuntiabatur: Erat Vir oris majeſtate gravis, animo excelſus, benignus tamen, ac præcipue erga pauperes liberalis & munificus: inclaruit quoque eruditionis, ac multiplicis ſcientiæ fama, quapropter a Petro Rege non modo intimi conſilii arbiter, atque Ulyſſiponenſis Archiepiſcopus nominabatur, ſed etiam ad ejusdem Regis preces ad Romanam Purpuram ab Innocentio XII. vocatus eſt: Incidit hoc anno in gravem morbum, quo pene confectus, teſtamento cavit, ut Aronchius Marchio ejus hæres decem Imperialium millia in mendicos, & totidem in pauperes Eccleſias erogaret. Obiit tandem die vigeſima ſecunda Januarii anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo primo.

*Vit. Card.*

§. X.

Sæc. XVII.
A C. 1702.

## §. X.

## *Franciſci Borgiæ Cardinalis deceſſus.*

Alter ex Cardinalibus defunctis erat Franciſcus Borgia ex nobiliſſima Gandiæ Ducum proſapia natus, qui a teneris Eccleſiaſticæ militiæ addictus, in complutenſi Academia utriusque Jurisprudentiæ lauream emeruit. Poſtea Calatravæ Archidiaconus, & Toleti Canonicus, probata virtutum laude, morumque integritate adeo ſeſe Hiſpano Regi commendatum reddidit, ut Arragoniæ Senatoribus aggregatus, necnon Calaguritano Epiſcopatu auctus, ab Innocentio XII. Purpuratorum Collegio urgente Rege accenſeretur. Mortuo Pontifice ad ſacra comitia profectus, Romam contendit, accepto autem Regiæ mortis nuntio, a Regni Adminiſtratoribus in Hiſpaniam iter relegere compellebatur, quamvis aliunde quietis, ac tranquillæ vitæ ſtudioſus, parum Aulæ negotiis ſeſe implicare conſuetus eſſet: Favebat nihilominus factioni Gallorum, quorum votis conſpiraſſe, atque in ſuppoſiti teſtamenti tabulis partem habuiſſe dicitur: utut autem ſit, id tamen certum eſt, quod Philippum V. pro legitimo

Sæc. XVII timo Rege ſtatim agnoverit. Obiit
A.C. 1702. die quarta Aprilis annos natus duntaxat quadraginta tres.

## §. XI.

## *Nicolai Rodolowichi Cardinalis extrema.*

*Palat. faſt. tom. 5.*

Tertius erat Nicolaus Rodolowichus Raguſæ in Dalmatia natus. Hic teneram juventutem ſuam politioribus literis excolere intentus, anno ætatis ſuæ vigeſimo ſecundo Romam venit, ubi ab Urbano VIII. Prælatis Domeſticis aggregatus, variis urbibus ac poſtremo Reatinæ Gubernator præficiebatur: Poſtea meritis clarus, ab Innocentio XII. utriusque ſignaturæ Referendarius, ac demum Theatinus Archipræſul renuntiatus, pluribus S. Congregationibus a ſecretis fuerat. Eminuit utriusque jurisprudentiæ præſtantia, aliarumque virtutum laude; quapropter ab eodem ſummo Pontifice in Purpuratorum Collegium cooptatus, ſupremi Pontificatus honores adeptus fuiſſet, niſi Auſtriacæ Domus commoda ſtudio nimis manifeſto procuraſſet: Obiit denique Romæ die vigeſima tertia Octobris anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſexto.

§. XII.

Sæc. XVII.
A. C. 1702.

## §. XII.

## *Jacobi Cantelmi Cardinalis fata.*

Hunc paulopoſt morte ſequebatur Jacobus Cantelmus patria Neapolitanus ex Ducali Principum Popolienſium genere ſatus. Hic militiæ Sacræ dicatus, atque omnibus ſcientiis huic ſtatui congruis uberrime excultus, patrocinante Franciſco Barberino Cardinale Romam evocabatur, ubi Romanis Prælatis accenſitus, virtutum ac meritorum fama Odeſcalchi Cardinalis amicitiam ſibi conciliabat, a quo, quamprimum ſub Innocentii XI. nomine Petri Cathedram conſcenderat, pinquiſſima S. Antonii Abbatia auctus, per plures annos Melitæ Inquiſitoris munere fungebatur: Inde reverſus Venetam, Helveticam & Polonicam legationem obibat, atque ab Alexandro VII. ad Joſephi Romanorum Regis inaugurationem Auguſtam Vindelicorum decretus, ab eodem Pontifice Romanam Purpuram, & Capuanum Archiepiſcopatum obtinuit: Mortuo autem hoc Pontifice Innocentius XII. ejusdem Succeſſor Cantelmo Neapolitanum Archiepiſcopatum ceſſit, cui etiam Eccleſiæ hic Cardinalis per undecim omnino annos præfuit, & graviſſimas pertulit mole-

*Vid. ſupra l. 211. §. 24. pag. 73.*

Sæc. XVII. A. C. 1702.

molestias, exorto sæpius Procerum, populique tumultu contra S. Inquisitionis tribunal, uti supra memoravimus; Collidebatur insuper cum ipso summi Pontificis Nuntio propter Regium Monasterium sanctæ Claræ: Postremo quoque vitæ suæ anno minus sibi propitium experiebatur summum Pontificem; cum enim Andegavensem Ducem primus Neapoli tanquam legitimum Hispanicæ Monarchiæ hæredem, ac Neapolis Regem proclamaret, eique tecto capite ipsius S. Evangelium deosculandum præberet, imo etiam prandenti aquam lavandis manibus affunderet, id tanquam præcox, nimisque abjectum obsequium Cardinalitio honore indignum a Papa, & Purpuratorum Collegio habebatur, quapropter a summo Pontifice objurgatus, declarare coactus est, hoc obsequii genus deinceps Cardinalitiæ dignitati nequaquam noxæ fore: Hæc tamen submissio Cantelmum minime ab Aulicorum infectatione immunem reddiderat; cum enim Escalonæ Dux Neapolitani Regni Prorex quemdam Austriacis partibus addictum vi ex Ecclesia extrahi jussisset, Cantelmus læsam immunitatem vindicans, Proregem, cunctosque hujus violentiæ participes diris devovit, ipso summo Pontifice potius Cardinalis, quam

quam Proregis cauſſæ patrocinante: inde vero Dux ira commotior, Cardinalem tanquam juratum Hiſpaniæ hoſtem apud Regem accuſavit, tantumque effecit, ut Cantelmus Regiæ indignationis ſeveritatem declinaturus Neapolin deſerere ſtatueret; priusquam vero ſuum exequeretur propoſitum, Monialem, Machiæ Principiſſam, quæ cum ſua Sorore in eodem Aſceterio capitali odio diſſidebat, armata vi ex monaſterio rapi, atque in aliud detrudi juſſit, inde vero, aliisque ex cauſſis tam fatale ſibi faceſſivit negotium, ut tædio conſumptus, die undecima Decembris inopina morte decederet, poſtquam ſexageſimum ætatis ſuæ annum emenſus erat. Sæc. XVII. A. C. 1702.

## §. XIII.

## *Clementis XI. ſummi Pontificis colliſio cum Cæſare.*

Principum de Hiſpanica Monarchia contendentium diſſidia haud parum Clementis XI. Pontificatum aggravabant; quamvis enim communis Patris officia palam adimplere, ſummopere ſollicitus eſſet, eorum tamen, qui alterutrius partis commoda præcipue circa Neapolitanum Regnum Sedi Apoſtolicæ clientelari jure obnoxium promovere *Lettr. Hiſt. Mars pag. 236. Vit. Clem. XI. tom. 1. pag. 381.*

Sæc. XVII. A. C. 1702.

certabant, importunitas, ne dicam audacia ſummum Pontificem gravibus implicabat moleſtiis: Cardinales enim & Proceres Gallo - Hiſpanis addicti haud contenti, quod Papa per Cardinalem Barbarinum Legatum ſuum Philippo Andegavenſi Duci de Hiſpaniæ ſolio gratulatus eſſet, ſeque magis Galliarum & Hiſpaniæ regibus, quam Cæſari addictum, haud obſcuris teſtaretur indiciis, inſuper ſummis precibus, poſtulatis ac minis inſtabant, urgebantque, ut eidem quoque Pontifex utriusque Siciliæ Regnum jure beneficiario conferret: id nomine Regis Gallici Furbinus Cardinalis vehementius poſtulabat, comminatus, ni ſubito hoc regnum beneficiaria lege in Hiſpaniæ Regem transferretur, hic præfati Regni poſſeſſionem, inconſulto atque invito Papa ſibimetipſi aſſerturus eſſet, haud ultra illius inaugurationem a Papa petiturus. E contrario Leopoldus Cæſar nullum non movit lapidem, ut ab hoc conſilio Papam abſterreret, jusque ſuum in Neapolis regnum ſartum ſervaret; hanc in rem Cæſarem Michaelem D'Avalos Marchionem de Vaſto Romam ablegabat, eumque, poſtquam unacum Conjuge ſua anno priori Neapoli Viennam profugerat, magnum præfati Regni Camerarium, ac perpetuum Iſciæ Inſu-

Sæc. XVII. A. C. 1702.

Insulæ Gubernatorem constituit. Hic igitur amplissimis donis & promissis Purpuratos, & præcipue Nicolaum Rodolowichum, aliosque sibi devincire satagebat, cum autem Gallis & potissimum Furbino Cardinali nimium infestus esset, huncque cujusdam criminis palam insimulasset, hic cum ceteris eundem tanquam læsæ Majestatis reum apud Pontificem accusabat, & tam improbe illum insectabatur, ut Pontifex Marchionem bonis omnibus fisco addictis, ad mortem condemnaret, eumque, ubicunque intra ditionis Pontificiæ fines deprehenderetur, capite plecti juberet. Tam vehementi iracundia ob hujus sententiæ severitatem exardescebat Imperator, ut violatum gentium jus reparari per Lambertum Comitem Legatum suum a Papa peteret, simulque postularet, ut sententiæ contra Marchionem latæ decreto, ubi affixum fuerat, mox detracto, illius loco Marchionis innocentia publicis scriptis declararetur, Cardinalis, & Romanæ Urbis Gubernator, necnon Pallavicinus Marchioni potissimum contrarius suo officio amoverentur, & Gambius Fisci Præfectus exilio, Venturinus vero Judex laqueo plecterentur, ac denique judicii acta per carnificem rogo addicerentur: Hæc, cum Pontifex exequi

Sæc. XVII. A. C. 1702. cunctaretur, Lambertus insalutato Papa Roma excessit, milites vero Cæsarei Ferrarienſem ditionem mox invasere, brevi tamen tempore ibidem commorantes ad Padum ducebantur.

## §. XIV.

## *Protestantium motus contra Catholicos.*

*Gottfrid. cont. Hist. Chron. pag. 579. Theatr. Europ. t. 16. pag. 500.*

Interea in Ratisbonenſibus comitiis omnia diſſidiis, altercationibus, ac tumultibus perſtrepebant, & Galli Imperii Circulos a Cæſaris partibus abſtrahere, ſibique devincire, tanta impotentia certabant, ut Ricourtium Franciæ Oratorem, eoquod Cæſarem *publicæ quietis perturbatorem* vocare non erubuiſſet, & Chamoyum itidem Gallicum Legatum nil niſi diſſenſionum ſemina ſpargere intentum Imperio proſcribere oporteret: Porro Proteſtantes in turbido piſcandum rati, ſectam ſuam a Palatino Electore oppreſſam queſti, ceterorum Auguſtanæ Confeſſionis Principum opem implorarunt, ſimulque Comitem de Lippa in uſurpatione Monaſterii Falckenhagenſis contra Jeſuitas tueri ſatagerunt: Verum ab Aulico Imperii Senatu hæc flocci habebantur, ac Comiti militaris exactio interminata eſt. Acrius autem Proteſtantes inſtabant,

bant, ut quartus Riswicenſis pacis ar- Sæc. XVII.
ticulus religioni Catholicæ favens ab- A. C. 1702.
rogaretur: in irritum tamen cecidere eorum molimina, ac ipſemet Pontifex Moguntinum, Trevirenſem, Salisburgenſem Archiepiſcopos, Electorem Palatinum & Alexandrum Sigismundum Auguſtanum Epiſcopum, aliosque Præſules & Abbatem Fuldenſem datis literis impenſe hortabatur, ut nulli operæ, labori, ac diligentiæ parcerent, curentque, ne *Germaniæ Proteſtantes Cæſaris animum inducant ad ſuſcipiendas, probandasque eas conditiones, quas ipſi (ne ulterius ullum ſupereſſet veſtigium qualiscunque rationis habitæ in pace Riswicenſi Catholicæ Religionis) excogitarunt, diu acriterque tanquam eidem religioni adverſantes atque perniciosas, opportunam votis ſuis ex luctuoſo hoc tempore occaſionem affulgere rati, promoverunt.* Inſuper ad Colonitzium & Lambertum Cardinales hanc in rem die decima ſexta Decembris hæc perſcripſit Pontifex: *Cruciant nos intime, quæ de aucta ſupra modum adverſus res Sacras, verumque Dei cultum, Hæreticorum licentia atque audacia ad Nos identidem perferuntur; nam hi veteri odio contra Eccleſiam incitati, hanc iniquam temporum conditionem* usque adeo in rem ſuam vertunt, *ut fas ſibi eſſe putent jura omnia in orthodoxæ Religionis perniciem*

Sæc. XVII. A. C. 1702.

*pro libitu violare, proin occupatis alicubi Catholicorum Ecclesiis per suæ pravitatis Ministros exercitia in eis suo more palam habere, magno fidelium scandalo, atque animarum periculo, non dubitant, & sedulo contendunt, ne quæ in tractatu Riswicensi favore Catholicorum statuta sunt, effectum suum sortiantur, deteriora in Ecclesiæ præjudicium extorsuri, nisi sit, qui pro Domo Dei murum opponat.*

## §. XV.

## *Clementis XI. Papæ Constitutiones ac literæ ad diversos.*

*Bull. magn. Const. Clem. Const.* 10.

Hoc item anno Clemens XI. Pontifex Maximus occurrentibus variis negotiis ac dubiis plures Constitutiones atque epistolas perscripsit, ac primo quidem declaravit, quod, quotiescunque Festum S. Xaverii inciderit in primam Dominicam Adventus, illud in proximam feriam secundam unacum indulgentia transferatur: Statuit etiam facultatem erigendi Confraternitates S. Mariæ de Monte Carmelo duntaxat competere Superioribus Generalibus tam Calceatis quam Discalceatis, & ab aliis erectas non esse legitimas. Die autem sexta Januarii Leopoldum Cæsarem & Ludovicum Franciæ Regem datis literis enixe rogabat, ut a suis mili-

militaribus copiis ditionem Eccleſiaſticam intactam haberi, atque a bellicis calamitatibus præſervari mandarent; ipſus vero Franciſco Farneſio Parmæ Duci die decima octava Februarii ſignificabat, quod Parmæ & Placentiæ urbes militari præſidio munire decreviſſet, ut *inviolatum ab extero milite ſupremum Dominium, quod in utraque urbe ad Apoſtolicam Sedem pertinet, cuſtodiat*, & Duci luculentum Pontificii amoris teſtimonium præbeat. Die autem decima Februarii Silveſtrum Berytenſem Græci Ritus Epiſcopum, qui rejecto ſchismate ad gremium Eccleſiæ Romanæ rediit, impenſe hortabatur, ut in vocatione perſeveret, & alios quoque ad eandem veritatis ſemitam revocare ſatagat: alia autem epiſtola die octavo Aprilis data rurſus Venetos rogabat, quatenus Orientalibus Catholicis, Armenis præcipue, in ditione Turcica ſummopere afflictis opem ferre, & Davidi a S. Carolo Carmelitæ Excalceato, *quem ſingulari pietate & prudentia, necnon opportunis ad promovenda ibi fidelium ſolatia & commoda dotibus inſtructum* Conſtantinopolin miſit, præſto eſſe, eique opportunam opem præbere velint: Pariter die vigeſima quarta Junii Leopoldo Colonitſio Cardinali expoſuit, quod quidem

Sæc. XVII. A. C. 1702.

Sæc. XVII. A. C. 1702. Cæsar post inducias Turcis indultas in illis partibus mandatum publicum edi curarit, vi cujus perpetuo Patriarcha Nationis Syriacæ suæ Sedi, & Christiani omnes pristinæ libertati restituerentur, idque Turcæ executuros se polliciti essent, nihilominus idem Patriarcha sua Sede depulsus, tanquam mancipium fædissime vapularit, ac in tetrum carcerem unacum ejusdem Nationis Archiepiscopo, aliisque Ecclesiasticis detrusus fuerit, moxque etsi ætate confectus, longo itinere exilii locum adire, plerumque pedes, aut equo transversum alligatus, compulsus sit, altera autem, qua advenerat; hora Archiepiscopus obierit: reliqui vero Christiani inflictis atrociſſimis malis a Catholica fide ad partes infidelium transire compellantur, ac propterea Pontifex præfatum P. Davidem, eoquod præter probatam pietatem, & in rebus agendis dexteritatem, optime harum gentium mores noscat, utpote apud eos natus & enutritus, eo mittere decreverit, hinc Colonitsium rogabat, ut præfato Patri Cæsareum patrocinium conciliaret: cum vero schismatici Catholicos nationis Chaldeæ ab Ecclesia Catholico - Romana avertere, eisque hæreticos Sacerdotes obtrudere moliti essent, hi autem pravis

vis eorum consiliis fortiter restitis- Sæc. XVII.
sent, hinc Pontifex datis literis eorum A.C. 1702.
constantiam commendans, eos ad pium propositum perpetuo retinendum hortatus est. Ut vero de Pontificis mente circa Regaliam, necnon de Apamiensis Ecclesiæ statu post invectum hoc jus, plenius constet, haud injucundum erit, adjungere præfati Pontificis epistolam die octava Aprilis ad Joannem Baptistam Apamiensem Episcopum datam, hujus tenoris: „Dolori, „quem sane maximum in hoc gravissi„ma rerum ac temporum perturbatione „quotidie magis experimur, non parum „acerbitatis addiderunt Fraternitatis „tuæ ad Nos literæ quarto Kalendas „Januarii proxime præteriti datæ, qui„bus Nos fuse certiores reddidisti de „corrupta, & penitus subversa disci„plina istius tuæ cathedralis Ecclesiæ, „quæ ab ipso suo ortu sub instituto Ca„nonicorum Regularium S. Augustini „superioribus sæculis erecta, cum an„norum decursu a primæva sanctimo„nia excidisset, ad pristinam observan„tiam non minus sapienter, quam sa„lubriter revocata fuerat a piæ memo„riæ Francisco Episcopo Apamiensi „prædecessore tuo, cujus eximiam pie„tatem, (*) ac virtutem Nobis, atque



(*) En! Papa Franciscum Stephanum Apamien-

Sæc. XVII. A. C. 1702.

„huic S. Sedi perſpectam, merito in iis-
„dem tuis literis laudas, ac extollis.
„Quamvis enim paſtoralis ſollicitudo
„noſtra ad omnes æque Eccleſias ex-
„tendi debeat, Apamienſem tamen
„peculiari quodam ſenſu intuemur ob
„ingentia mala, quibus, ſicut Tibi probe
„compertum eſt, fuit miſere afflicta,
„obtentu illius Juris, quod vocant,
„*Regaliæ*, quodque ad ipſam, & ad
„quamplurimas alias Galliarum Eccle-
„ſias, quæ eidem nunquam fuerant
„obnoxiæ, contra omnes humani, Di-
„vinique Juris Regulas, ac veterem,
„inconcuſſam obſervantiam, præten-
„ſum conſtantiſſime impugnarunt tam
„præfatus Epiſcopus prædeceſſor tuus,
„qui forti, magnoque animo ad
„ſupremum usque vitæ ſpiritum huic
„novo oneri reſtitit, quam ejus Cano-
„nici, qui plura propterea, & acerbiſ-
„ſima incommoda, ærumnasque per-
„ferre ſunt coacti: aliis ſcilicet ex eis-
„dem Canonicis in carcerem detruſis,
„aliis in exilium ejectis, & ipſorum in
„lo-

mienſem Epiſcopum ob eximiam ejus pietatem ac virtutem S. Sedi perſpectam commendat, non quod juramento ſubſcribere recuſarit, ſed quod reconciliatus Eccleſiæ Regaliæ extenſioni ſtrenue obſtiterit. Vid. ſupra lib. 312. pag. 671.

„locum ſuffectis iis hominibus, quos „Fraternitas Tua ob ipſorum perditos „mores *Conventum malignantium, cœtum prævaricatorum, gentem non ſanctam, homines iniquos, & doloſos, jugum Domini neſcientes, Filios Deſertores, & Filios Belial* merito appellat. Cum autem „abominationem hanc in loco ſancto „pro muneris tui debito ad Nos mærens detuleris, conſilium, & opem petiturus, declarandum Tibi duximus, Nos „œcumenici Concilii Lugdunenſis ſecun„di conſtitutioni, ac prædeceſſorum no„ſtrorum decretis & veſtigiis firmiter „inhærentes, Regaliæ prætenſum Jus „in Apamienſem, aliasque iſtius Regni „Eccleſias oneri illi non aſſuetas in„vectum, tanquam Juſtitiæ Regulis, „& Eccleſiaſticæ libertatis, ac diſci„plinæ rationibus prorſus injurioſum, „improbaſſe ſemper, & improbare, at„que ob id hujusmodi homines nullo „titulo, nullaque canonica translatione „ex aliis Ordinibus Regularibus in Ca„pitulum Cathedralis Eccleſiæ tuæ in„truſas eſſe, adeoque cenſuris a præ„fato Concilio Lugdunenſi latis inno„datos, & quamdiu Canonicatus dictæ „Eccleſiæ retinuerint, beneficio abſo„lutionis indignos cenſemus. Interim, „ut ſcandalum auferri poſſit, nullum „nobis remedium oportunius videtur, quam

Sæc. XVII. A. C. 1702.

Sæc. XVII. A. C. 1702.

„quam ut eos, quos non Canonicos „Regulares, ſed *Canonicorum Regularium larvas, & phantasmata* jure nun„cupas, a capitulo expelli, & ad ſua „clauſtra pœnitentiam in iis acturos re„verti cures, ſimulque adlabores, ut „ſuperſtites adhuc Canonici a præde„ceſſore tuo rite promoti ab exilio re„vocentur, qui una cum aliis a Te pro„batis & delectis veteri inſtaurata di„ſciplina, priſtinam Eccleſiæ tuæ tran„quilitatem ac decus reddere valeant: „& ſane de Chriſtianiſſimi Regis pietate, „religione, & animi magnitudine tam „præclare ſentimus, ut, ſi hæc ad no„titiam ejus perferas, & remedium, „quod ab ipſo potiſſimum dependet, „enixe poſtules, nullum nobis dubium „ſit, quin tuis precibus ac votis pro„pitius ſit futurus. Ad Nos vero, quod „attinet, omne tibi hac in re a ponti„ficia auctoritate, & a paterna caritate „noſtra præſidium polliceri debes.

Denique Venetorum Reipublicæ Pontifex indulſit, ut ab ipſa præſentati ad Metropolitanas vel Cathedrales Eccleſias in Regno Peloponeſi, examen Romæ ſubire, ibidemque conſecrationis munus ſuſcipere minime teneantur.

§. XVI.

Sæc. XVII. A. C. 1702.

## §. XVI.

## *Diverſæ Sacrarum Congregationum deciſiones.*

Inter varias S. Congregationum deciſiones a S. Rituum Congregatione die undecima Februarii declaratum legimus, quod Regulares, & nequidem Moniales Ordinariis ſubjectæ poſſint recitare Officium de octava Patroni principalis ſine ſpeciali indulto, ſicut nec officium de octava Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis, ſed duntaxat teneantur illud recitare ſub ritu duplici ſecundæ claſſis ſine octava. Ad dubium vero, ad quem ſpectet miniſtrare ſacramenta Epiſcopo infirmo, eoque defuncto Officia celebrare? eadem Congregatio reſpondit: ſervandum eſſe cæremoniale in omnibus. Enata erat gravis contentio inter Dominicanos & Patres Conventuales in urbe Aliphana circa proceſſiones eorum, unde eadem S. Congregatio die decima octava Martii reſpondit, quod P. Dominicani poſſint prohibere aliis Religioſis, ne in die Dominica infra Octavam SS. Sacram. peragant proceſſionem ejusdem Sacram. non tamen valeant prohibere ſupplicationem S. Antonii Patavini (ſi dicto die occurreret) Patri-

*Deciſ. S. Congreg. Rit, Immun. Bull. magn. Clem. XI. part. 2. fol. 243.*

Sæc. XVII. A. C. 1702.

Patribus Conventualibus, dummodo fiat diversa hora, & data prælatione temporis Dominicanis de mane vel vespere. Die autem nona Maij a S. Congregatione Immunitatis decisum, quod absolutio vigore Jubilæi non suffragetur censuratis ex caussa violatæ Immunitatis Ecclesiæ, sed reaffigi possint ac debeant schedæ. Denique a S. Rituum Congregatione die nona & decima octava Decembris decretum, quod fœminis quantumvis Nobilibus, nisi sint Reginæ vel magnæ Principissæ, non detur per Ministros Ecclesiæ solemniter celebrantes Thuris & Pacis honor, non obstante consuetudine contraria, & quod, cum in nocte Nativitatis Dominicæ non sit administranda fidelibus Eucharistia, neque post primam Missam celebrandæ sint duæ aliæ Missæ.

## §. XVII.

## *Monasterienſis Synodi Diœcesanæ decreta.*

*Concil. German. t. 10. pag. 277.*

Rursus hoc anno Fridericus Christianus de Plettenberg Monasterienſis Episcopus die decima septima Octobris Monasterii Diœcesanam celebravit Synodum, in qua Clericis suis ad officium in Choro decantandum designatis inhi-

inhibuit, ne clausa teneant labia, aut expositio etiam SS. Sacramento inter se de profanis rebus tractent, atque in circulum coeuntes, terga Sanctissimo vertant, & de novellis colloquia, risus, & cachinnos misceant: idque vetuit sub pœna arbitraria citra ullam conniventiam infligenda. Sæc. XVII. A.C. 1702.

## §. XVIII.

## *Principum atque Illustrium obitus,*

Inter Principes hoc anno denatos primo loco recensemus Jodocum Baronem de Brabeck Hildesheimensem Episcopum, qui decima tertia Augusti fatis cessit. Habuit quidem Ecclesiæ suæ Coadjutorem Josephum Clementem Electorem & Archiepiscopum Colonienſem, qui tamen, utpote Gallis fœdere junctus, possessionem adire haud præsumebat; Comes enim ab Eck Cæsaris Legatus cum Canonicis jamjam concluserat, ut excluso Coadjutore interim hujus Episcopatus administratio ad Capitulum devolveretur: quamvis ergo Colonienſis Archiepiscopus Fratris sui, necnon Gallorum potentiæ confisus, sese intrudere moliretur, postquam tamen ab Imperio proscriptus erat, Capitulum usque ad Badenſem pacem hanc Ecclesiam rexit. *Wo. Larray hist. d'Angl. Wagner Hist. Leop. pag. 655.*

Decessit

Sæc. XVII. A. C. 1702. Deceſſit quoque die decima octava Martii Guilielmus Princeps Auriacus, dictus Angliæ Rex; cum enim Hamptoncuriæ die vigeſima Februarii equo delapſus, crus frangeret, accedente febre, anno ætatis ſuæ quinquageſimo ſecundo vivere deſiit, poſtea autem Anna Jacobi Regis exulis Soror, Georgio Dano Principi nupta a Senatu in Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ Reginam proclamata erat: Oppido mirum eſt, quod ipſimet Scriptores Angli fateantur, hunc Principem omnium ſcientiarum omnino ignarum fuiſſe, & tamen Oxoniæ Anno 1670. die vigeſima Decembris Juris Doctorem ſolemniter fuiſſe creatum: Adſcribunt etiam eidem octo opuſcula, quæ ipſum compoſuiſſe, referunt: Hunc Martio furore ſublatus ſequebatur Fridericus IV. Holſatiæ Gottorpienſis Dux, qui in prælio inter Suecos & Saxones commiſſo glande plumbea percuſſus, die decima nona Julii anno ætatis trigeſimo primo obiit. Pari fato deceſſere die decima quarta Octobris Fridericus Guilielmus Hohenzolleranus Princeps ſupremus Cæſarei exercitus Mareſcallus in pugna Friedlingana, & die decima ſeptima Novembris Carolus Haſſo-Caſſelenſis Princeps in Leodienſi conflictu trucidati. His accenſemus

Chri-

Christianum Adolphum Holsato-Sonderburgensem Ducem, & Fridericum Carolum Regis Dani Filium, quorum prior quinta, & posterior septima Januarii mortalitatem exuerunt. Sæc. XVII. A. C. 1702.

## §. XIX.

## *Scriptorum Catholicorum opera & obitus.*

Nec invida mors pepercit Viris ob eruditionis famam longiore vita dignissimis, ex quibus celebratur Claudius Nicasius Abbas, qui dissertationem ad Norisium Cardinalem scripsit sub titulo: *Minerva Arnalia.* Edidit quoque notitias literarias, dissertationem de Sirenibus, earumque forma, aliam de nummo Pantheo Adriani Imperatoris, & dilucidationem cujusdam monumenti marmorei. II. Dominicus Bouhours Jesuita, qui Maimburgum, Menagium & Jansenistas acriter insectatus, posteris reliquit colloquia inter Aristum & Eugenium, epistolam ad Portu-Regienses, veritatem Religionis Christianæ, Historiam Petri Aubussonii supremi Rhodiorum Magistri, Vitas S. Ignatii & Franc. Xaverii, sententiam Jesuitarum circa peccatum Philosophicum, reflexiones criticas & morales, ingeniosos conceptus Patrum

*Niceron Vir. erud. t. 3. pag. 236. Mem. des Hom. Illustr. t. 2. p. 274.*

Sæc. XVII. A. C. 1702.

Ecclesiæ, doctrinas Christianas & plura alia. III. Jacobus Sortinus Sacerdos Panormitanus, scripsit cantilenas sacras, & flammas spirituales &c. IV. Franciscus Privitera Ord. S. Aug. edidit manuale Antistitum, tragœdias, & diversorum vitas. V. Laurentius D'Arvieux conscripsit iter, Ludovici XIV. Regis jussu in Palæstinam ad Magnum Emirium Arabiæ desertæ Principem. VI. Prudentius Maran Benedictinus Congr. S. Mauri publici juris fecit Opera S. Cyrilli Jerosolymitani, & S. Justini, Dissertationem de Semi-Arianis pro defensione novæ editionis S. Cyrilli contra Trivoltienses Scriptores; denique absolvit editionem operum Cypriani a Baluzio inchoatam.

## §. XX.

## *Opera & decessus Scriptorum Acatholicorum.*

*Piping mem. Theol.*

Paucos ex Protestantibus adjungimus, qui hoc anno denati varias posteris reliquere lucubrationes, & primo quidem Jacobus Wæchtlerus scripsit contra Spenerum Chiliasticæ vanitatis demonstrationem, Arcana chiliasmi moderni contra eundem, Harmoniam Sacram Paracleticam & disputationes quasdam. II. Joannes Cra-

Cramer posteritati sacravit disputationem de *ubi Angelorum*, de promissionibus vitæ æternæ in V. T. de syllogismo Christi in Joan. VIII. v. 47. de caussis & mediis propagatæ Mahometanæ religionis, & de vocatione Messiæ ad Sacerdotium. III. Andreas Kühn publici juris fecit dissertationes de jure Dei in creaturas, de ordine Divinorum decretorum, de origine schismatis contra Walenburchios, vindicias pacis Religiosæ, discretum Catholicum autocatacritum, Cuneum contra cuneum, tractatus de mysticorum quietismo contemplativo, de concordia Ecclesiastica, de puncto & momento discrepantiæ inter Lutheranos & reformatos, præter alia quædam IV. David Caspari elucubravit Collegium ethicum & Politicum, necnon varias disputationes. Sæc. XVII. A. C. 1703.

## §. XXI.

### *Præcipui Jansenianæ factionis Antesignani in carceres conjecti.*

Annum hujus sæculi tertium Jansenianæ factionis Antesignani oppido sibi funestum habebant: Jam dudum Paschasius Quesnellus Berulliani Oratorii Presbyter, Gabriel Gerberonus Benedictinus Congregationis S. Mauri *Causſa Quesnell. p. VII.*

Sæc. XVII. A. C. 1703. & Arnoldus Josephus Brigodæus Presbyter sæcularis Bruxellis in quadam æde delitescebant, quorum primi duo e suis latebris contra Pontificum, ac Præsulum Constitutiones & decreta quamplurimos libellos ac scripta publici juris fecerunt, suisque captiosis commentis universam Franciam, Belgiumque inundarunt, quamvis ejusmodi librorum potissimi Romæ, in Gallia & Belgio damnati, plures etiam per carnificem igni addicti fuissent: ne ergo tot libellorum Zizania agrum Dominicum penitus devastarent, præter Franciæ Præsules præcipue Humbertus a Præcipiano Mechlinienſis Archiepiscopus denuo nocivos hosce libellos Diæceſi suæ interdixit, alios Romam apud S. Congregationes anno priori denuntiavit, & iterato querelas suas contra effrænem & petulantem ejusmodi scribillatornm licentiam in sinum summorum Pontificum effudit: cum autem paternæ hæ admonitiones, Pastorales curæ, & leniora Sedis Apostolicæ remedia nihil proficerent, atque Quesnellus, & Gerberonus, etsi desuper apud summum Pontificem delati fuissent, cum apertis Jansenistis commercium foverent, & per Brigodæum ab universitate Lovanienſi jamjam proscriptum integras ejusmodi librorum sarcinas

cinas per universam pene Europam non sine maximo fidelium damno & offensione disseminarent, Mechlinien-sis Archiepiscopus severiora remedia adhibere compulsus, tres hosce infamium scriptorum Auctores in Palatio Archiepiscopali captos detineri jussit, edito desuper decreto, cujus executio ut validior, certiorque esset, Archiepiscopus Philippi V. Hispaniarum Regis opem implorabat. Hic ergo pro avita sua pietate, ac Religionis studio ad reddendam Ecclesiæ & patriæ tranquillitatem & præcavendam animarum ruinam mandatum plane efficax propria sua manu exaratum ad Marchionem de Bedmar Belgii Gubernatorem expedivit, eidem injungens, ut omnes tres turbarum Auctores comprehendi curaret. Dies illuxerat decima Mensis Maij, qua Gerberonus in Urbe sub ficto nomine & laica veste latitans, Archiepiscopali custodiæ primus mancipabatur: Die autem trigesima ejusdem Mensis satellites ad Forestense, ut vocant, Refugium, cujus posterius, abditumque cubiculum Quesnellus ultra annum incoluerat, contendunt, foresque pulsant: aperit ostium Brigodæus, scisscitantur Satellites, ubinam esset Pater Quesnell? Brigodæus tamen illud indicare renuens, cunctaque cubicula

Sæc. XVII. A. C. 1703.

Sæc. XVII. A. C. 1703.

aperire jussus tantos excitavit clamores ac strepitus, ut Quesnellus, quid rerum agatur, certior redditus, evadendi spatium nanciscceretur, laicamque vestem indutus, per occultas ejusdem domus vias ad proximas ædes feliciter perveniret, nemine eum præter cauteriatæ conscientiæ carnificem insequente. Paulopost Regios satellites jamjam abiisse ratus, ut epistolas, aliaque scripta sibi, suisque maxime nocitura auferre posset, per easdem vias ad refugii sui locum eo temporis articulo reversus est, quo Brigodæus ad Archiepiscopales carceres captus abducebatur: Attamen ibi præter omnem expectationem Quesnellus Curiæ Archiepiscopalis Ministros, qui illic remanserant, obvios habuit; mox ergo huc illucque discurrens, locum, in quo sese justitiæ posset subducere, anxie exquirit, lucisque timidus tandem in tenebroso angulo retro quoddam dolium sese abscondit: inde vero extractus, atque a Ministris interrogatus, an ipse esset P. Quesnellus reposuit, se vocari Rebeckium, & quantumcunque premeretur, ut verum patefaceret nomen suum, non aliud tamen quam fictum illud nomen ab eo extundi poterat; nihilominus rhedam conscendere jussus, ad Archiepiscopale Palatium deducebatur.

§. XXII.

Sæc. XVII. A. C. 1703.

## §. XXII.

## *Quesnellus a ſuis Amicis e cuſtodia ereptus.*

Hærebat Quesnellus per integrum bimeſtre in Archiepiſcopali carcere, ubi tamen nullum reſipiſcendi propoſitum, ſed unice elabendi ſollicitudinem fovebat, haud ignarus, quod ejus amici extrema quæque pro ejus liberatione tentaturi eſſent: ut vero eisdem cubiculi, in quo detinebatur, ſitum indicaret, ex plumbo feneſtris abſtracto calamum ſibi confecit, & ſchedulam linteaminibus involutam ad Erneſtum S. Gundulæ Canonicum perſcripſit hujus tenoris: *de me non ſis ſollicitus, cubiculum meum proſpicit ad aream ſtabuli, una feneſtra vergit ad hortum illius popinæ, quæ inter Palatium Archiepiſcopale, & PP. Dominicanos interjacet.* Hæc quidem ſchedula a Miniſtris reperta Erneſto nullatenus reddita eſt: eadem vero rurſus Quesnellum ad ſuos amicos perſcripſiſſe, inde patet, quod in eadem taberna effractionis negotium fuiſſet peractum; nam quidam Nobilis Gallus ſumma inopia preſſus, & opifex quidam a Quesnelli amicis conducti noctu inter undecimam & duodecimam Septembris diem in præfatæ popinæ ſtabulo

Sæc. XVII. A.C. 1703. Palatii Archiepiscopalis parietem perforarunt, ac foramen adeo amplum fecere, ut postera nocte continuato opere per illud Quesnellus facile extrahi potuerit: Ita ergo circa horam primam præfatæ noctis evasit, erupit, nil nisi plurima epistolarum, quas in hoc carcere a suis receperat, in minutissimas partes discerptarum fragmenta relinquens. Delituit Bruxellis per aliquot dies, tandem vero clam Namurcum, inde Huyum, ac demum Amstellodamum contendit: Enimvero Quesnelli fautores sparsis per urbem literis eum velut alterum Paulum deprædicabant, & ipse Quesnellus in epistola ad Vicarium Generalem Bruxellensem data jactitabat, se ab Angelo Dei velut alterum Petrum e carcere eductum fuisse, neuter tamen ex his Apostolis ficti nominis mendacio, quæsitisque latebris, suos hostes effugere, aut carceris effractione libertatem redimere intenti erant.

## §. XXIII.

## *Varia scripta in Quesnelli cubiculo reperta.*

Quamvis violenta hæc carceris effractio ac fuga Quesnellum condemnet, ac flagitii convictum probet, luculen-

culentius tamen ex scriptis, quæ in ejus cubiculo a Ministris reperta fuere, cunctis patuit, horum societatem nonnisi pernicioſam fuisse factionem: Reperiebatur nominum cifra, per quam iniquitatis mysteria occultabant, detegebantur literaria eorum commercia cum Jansenistis per varias in Europæ Urbes, Aulas, Universitates, Ordines Religioſos, & profanas societates dispersis, nomina quoque eorum Præsulum fuere detecta, qui arctioris amicitiæ vinculo Quesnello adhærebant, & largiora pecuniarum subsidia ad promovendam hanc factionem conferebant, quinimo manifestata etiam fuere clandestina eorum consilia prorsus singularia, omnemque expectationem longe superantia: Inter alia reperiebatur epistola ad Avausium Comitem scripta, quo induciis vicennalibus, quas Ludovicus Rex anno hujus sæculi octogesimo quarto præcipuis offerebat Principibus, comprehendi audacter petebant, ut hac ratione sibi magis diuturnam, quam non erat illa Clementis IX. pacem procurare possent, cum ipsis persuasum esset, quod Rex Christianissimus S. Augustini Discipulos pejus, quam Piratas haberi, eosque a gratia cunctis Nationibus sine Religionis discrimine oblata excludi nolit: In fine

Sæc. XVII. A. C. 1703.

Sæc. XVII. A. C. 1703. hujus epiſtolæ ſeſe ſubſcribebant, *humillimos & obſequentiſſimos Servos, D. Auguſtini diſcipulos.* Proponebant vero hujus pacis conditiones ſequentes. I. Illi, qui Regi Chriſtianiſſimo diſplicent, ſuam agendi rationem validis vindicent apologiis, & contra eorum vitam & doctrinam objecta diluant. II. Humillime ſupplicatur Regi, ne deinceps via facti contra eos agi permittat, nec adverſus eos Regias literas expediat, eoquod ejusmodi mandatis Regis juſtitia tam intra quam extra Regnum imminuatur, cum hæ literæ non raro contra viros probatæ virtutis & innocentiæ expediantur. III. Rex libertatem concedat illis, qui vel decretorum ſeveritatem experti, vel eam declinantes, in carceribus detinentur, vel nulla ætatis, infirmitatis, pauperatisque ratione habita extra patriam morari coguntur. IV. Nunquam a Rege beneficia petituri ſint, illis vero proviſi, omni functiones ſuas exercendi libertate gaudeant. V. Quod Regi opem ferre, parati ſint ad reducendos hæreticos, & ad illos convincendos ſcripta & libros edere velint, dummodo Rex ſuis quoque decretis præſto ſit. VI. Quod ſemper Gratiæ Chriſti veritates a D. Paulo prædicatas, & a S. Auguſtino explicatas contra novas

in

in unius hominis (Molinæ) cerebro recens natas defensuri, ac pro iis, si opus foret, sanguinem effundere, omniaque vitæ incommoda potius perpeti, quam ut eæ ullo pacto labefactentur, consentire velint. VII. Quod semper doctrinæ moralis Christianæ corruptores insectaturi, præcipue doctrinam Regum parricidalem, & seditiosam opinionem de Regum depositione exterminaturi sint. VIII. Quoniam vero etiam inculpatissimi, ac prudentissimi quique a calumniis nunquam sat tuti sunt, hinc supplicetur Regi, ut eorum accusatores adstringantur legitime probare ea, de quibus eos accusant, & si defecerint, calumniatorum pœnis punirentur. Sæc. XVII. A. C. 1703.

Hæc scripta transferebantur ad Regem Christianissimum, qui summa admiratione defixus, aperte cognovit, Jansenistas conflare factionem non modo Ecclesiæ, sed & Regno summopere nocivam, & publicæ quieti adversam, quocirca illos deinceps pari ferme severitate ac Hugonotas insectatus est.

## §. XXIV.

## *Simulata Brigodæi Palinodia.*

Quoniam vero Brigodæus e carcere suo, in quo jamjam per semestre hæsit, *Causſa Quesnel. p.* 451.

Sæc. XVII. A. C. 1703

hæsit, per Gallicum ejusmodi Angelum educi desperaret, dolo, ac simulata submissione viam sibi aperire statuit: igitur Mense Novembri libellum supplicem ad Mechlinienſem Archiepiscopum transmisit, in quo crimina sua velut alter Filius prodigus in se reversus, suaque crimina confessus, veniam clementiamque exoravit. Hujus libelli summa erat hæc:

„Postquam Divinæ Providentiæ placuit, me Reverendissimæ Dominationis vestræ manibus tradi, ut eidem de mea agendi ratione, quam per plures annos in hac patria moratus tenui, rationem redderem, profiteor, quod libellum sub titulo: *Motivum juris pro D. Opstraeto* imprimi curaverim, eumque pluribus eo fine consignaverim, ut æquitas sententiæ per Rectorem latæ, & a pluribus damnatæ pateat, ac præclari hujus Collegii Doctores ad corrigendos suos excessus, de quibus convicti, indies in graviores ruunt, inducantur.„

„Lovanii existens, observationes Huygenii, jus Ecclesiasticum Van-Espenii, Compendium Moralis Evangelicæ, Paradisum animæ Merlo-Horstii, & Laconani cogitationes correxerim.„

„A non-

„A nonnullis Bibliopolis aliisque „libros indies evulgatos emere, aut „transmittere rogatus, iis inſerviendi „animo transmiſi: *Expoſitionem fidei, Nicolei Syſtema, ſpirituale Teſtamentum Arnaldi, collectionem Sfondrati, literas Provinciales, Opera Baij & Janſenii, Disquiſitiones duas, binos tractatus Hiſtoricos, Hiſtoriam ſuccinctam & generalem Janſenismi, Panegyrin Janſenianam, ejusque apologias, Cauſſam Janſenianam, Epiſtolas, & Phantasma Janſenii, gratiam triumphatam, opera S. Auguſtini, Ambroſii, Bernardi, Leonis a P. Quesnello edita, innocentiam oppreſſam, confidentiam Chriſtianam* &c. Fateor, quod iisdem „quoque Typographis tradiderim libros „a me conſcriptos, ut eos iterato præ„lo ſubjicerent: edi etiam curaverim *Memoriale, Rigorismum, innocentiam & fidem Cleri Batavici*, pluraque ſcripta „facta in cauſſa Seminarii Leodienſis, „Apologiam epiſtolarum Provincialium, „pluriumque aliorum librorum.„ Sæc. XVII. A. C. 1703.

„Fateor, quod in meis literis ad „amicos ſæpe verbis charitatem & re„verentiam Superioribus debitam læ„dentibus uſus fuerim, nos quoque „non raro ſignis occultis ſeu cifris uſi „fuerimus, easque auctoritate S. Scri„pturæ, & exemplo Sanctorum firmare „conati ſimus, quod inter meos libros „ha-

Sæc. XVII. A. C. 1703. „habuerim plurimos legi prohibitos, „partim ad me, partim ad meum fratrem Anſelmum pertinentes, quod „Quesnello, dicenti, ſe a RR. Prædeceſſore veſtro Miſſam celebrandi licentiam habenti, inſervierim, diebus „tamen Dominicis & feſtivis alibi „Miſſæ interfuerim.„

„Toto ſemeſtri captivitatis meæ „nunquam ceſſavi, rogare Dominum „Deum meum, quatenus omnia mea „peccata, & defectus hac in re & per „totam vitam meam commiſſos condonare velit, eosque mihi condonatos eſſe confiſus, ac in magnam „ejus miſericordiam, & per ſanguinis „Chriſti pro me Patri æterno in Cruce „oblati pretium ſperans dixi: *in die tribulationis meæ clamavi ad te: quoniam exaudiſti me.* Hæc fiducia miſericordiæ „a Deo obtentæ mihi animum addit, „ut & ad RR. Dominationis veſtræ pedes me confidenter projiciam, humillime ſupplicans, quatenus pariter „cuncta in me ſibi diſplicentia condonare velit: Eam hæc verba S. Jacobi „conſideraturam confido: *Superexaltat miſericordia judicium*, atque in mei favorem applicare velit illa D. Auguſtini verba: *Cur adhuc reputamus peccatores, quos pœnitentia credimus ſanatos?* „& illa: *Quis non intelligat debere ignoſcere*

*scere Maritum, quod videt ignovisse Dominum amborum, nec jam se debere adulteram dicere, cujus pœnitentis crimen divina credit miseratione deletum?* Spero igitur, „quod Deus, qui in me conversionis „opus incæpit, usque ad diem Jesu „Christi perficiet, quodque ego ubi„cunque fuero, nec RR. Dominationi „vestræ, nec aliis meis Superioribus „offensioni unquam sim futurus: Pro„fiteor, me nunquam cessare, nec per „totam vitam meam cessaturum, pro „ejus incolumitate Deum implorare, „ad id eo magis obstrictus, quo cer„tius agnosco, quod Deus ad miseri„cordiam mihi impendendam ejus mi„nisterio usus sit: Sum cum omni ve„neratione, submissione, possibili gra„titudine &c.„ Sæc. XVII. A. C. 1703.

Hujus libelli supplicis verba ac rei confessionem Mechlinienſis Archiepiscopus serio ponderabat, & Brigodæum victrici gratia expugnatum, vereque pœnitentem credens, omnium delictorum veniam eidem tribuit, libertatemque reddidit, adjectis quibusdam conditionibus, ut liquet ex ejusdem decreto:

„Viso hoc libello supplice, & de„super habito judicio D. Advocati no„stri fiscalis, adscribentes supplicanti „in pœnas detentionem sex mensium, „jeju-

Sæc. XVII. A. C. 1703.

„jejunium voluntarium, & alia opera „pœnitentialia, quæ ſuſcepit, ac at„tentis promiſſionibus in hoc libello „factis, præferentes miſericordiam ju„dicio, concedimus ſupplicanti gratiam „hic petitam, ſub conditionibus ſequen„tibus, primo, ut ſupplicans in manibus „noſtris, aut Vicarii Generalis emit„tat fidei profeſſionem, & præſtet ju„ramentum juxta formulam Alexan„drinam, ſincere, absque ulla diſtin„ctione, reſtrictione, ſeu expoſitione, „& habito reſpectu obvii ſenſus dictæ „formulæ: eoque facto abſolvimus ſup„plicantem a cenſuris, quas incurrit „diſtribuendo, & edendo libros reſpe„ctive famoſos, anonymos, injurios, „ſcandaloſos, manu tortoris combu„ſtos, prohibitos a S. Sede, & conti„nentes Doctrinam in Janſenio con„demnatam.„

„Secundo, ut ſupplicans ultra ex„penſas dari curet in Eleemoſynam „Monaſteriis Carmelitarum diſcalcea„tarum *Vilvordiæ*, Brigittinarum, ac „Magdalenarum, ac Domui S. Crucis „in hoc oppido, ſingulis quinquaginta „florenos monetæ currentis, de qua „datione, priusquam relaxetur, nobis „faciet conſtare.„

„Tertio, ut ſupplicans poſt quinque „dies ab acceptatione hujus gratiæ,

„quos

„quos ipsi concedimus ad negotia sua, Sæc. XVII.
„quæ forte habet, in Palatio nostro li- A.C. 1703.
„bere ac modeste componenda, se con-
„ferat ad Carthusiam Herinienſem,
„ibique obeat per quindenam exerci-
„tia spiritualia, & emittat Confessio-
„nem generalem, quod per testimo-
„nium Superioris nobis probabit, &
„dein ad diæcesin nostram non amplius
„revertatur sub pœna incarcerationis
„sine ulteriori decreto. Datum *Bruxel-*
„*lis* in Palatio nostro Archiepiscopali
„hac die prima Decembris Anno Christi
„millesimo septingentesimo tertio.„

Equidem Brigodæus concessam hanc gratiam avide amplexatus, cuncta se integra fide adimpleturum, ore & calamo professus est. Aſt libertati redditus, ad vomitum rediit: Gerberonus quoque, licet Archiepiscopi sententiæ lubenter sese submisſisset, atque ad omnes, quas irrogare placuerit pœnas, paratum se diceret, instituto tamen juris processu ad revocandos suos errores & formulare sine limitatione subscribendum haud induci poterat, hinc ejus causſa diu agitata, tandem pronuntiata sententia damnatus est, ut emissa fidei professione, formulario subscriberet, quinque propositionum doctrinam ejuraret, & demum ad suam Abbatiam remissus, a suis

Sæc. XVII. A. C. 1703

Superioribus incluſus teneretur, donec Sacræ Sedi circa ſuam doctrinam plene ſatisfeciſſet. Verum Franciæ Rex eundem ceu ſibi ſubditum extradi juſſit, unde in Franciam delatus, primo in Ambianenſi arce, poſtea in Vincennarum carcere incluſus, per integros quinque ac ferme ſex annos hæſit, & demum octogenario major die decima octava Aprilis anno hujus ſæculi decimo cunctos errores ſuos retractavit, ſuamque palinodiam trigeſima ejusdem Menſis die ratam habuit, poſtquam ex Vicennarum cuſtodia in Monaſterium S. Germani translatus fuerat.

## §. XXV.

## *Quesnellus publico Archiepiſcopi edicto comparere juſſus.*

*Cauſſa Quesnel. pag. 1.*

Quamprimum Quesnellus e carcere profugus, Amſtellodami ſuæ ſecuritati ſat proſpectum crediderat, mox calamum ſuum, quo antea nec tiaræ nec ſceptris nec Purpuræ pepercerat, contra Archiepiſcopum Mechlinienſem, ſibique adverſantes acuere, inque eum denſam injuriarum nubem effundere cæpit: præprimis vero libellum, ſub titulo: *motiva Juris* edidit, in quo rationes expoſuit, ob quas tam Archiepiſcopum ſuum, quam ejus judicium pro-

probrosa fuga declinarit, simulque crimina sibi ab Advocato objecta diluere conatus est: cum ergo Archiepiscopus de Quesnelli pœnitentia desperaret, judicii acta in eum, absentem licet, instruere statuit; præprimis igitur publico edicto eundem in jus vocavit, die decima tertia Mensis Februarii anni sequentis Bruxellis promulgato hoc edicto. Sæc. XVII. A. C. 1703.

„Exposuit nobis Procurator officii „Curiæ nostræ Ecclesiasticæ *Bruxellis*, „quod Pater Paschasius Quesnel Pres„byter, origine Parisiensis, antehac „detentus, ac sequestratus in Palatio „nostro Archiepiscopali hujus oppidi, „postquam citatus fuisset, ut personali„ter responderet ad Libellum conven„tionalem exponentis, sequestrum suum „violaverit, & effracto de nocte, opera „nonnullarum personarum, carcere, „eruperit, & hactenus latitet; cum„que publici interfit dictum profugum, „& latitantem via juris adigi ad hoc, „ut personaliter respondeat ad præfa„tum Libellum, Vobis, & singulis ve„strum mandamus, ut ad instantiam „præfati exponentis citetis coram No„bis personaliter, & peremptorie ad „certum diem juridicum per vos de„signandum, (intra quem & diem ci„tationis vestræ sint ad minus quatuor „Septimanæ intermediæ) aut si ille

Sæc. XVII. A.C. 1703

„juridicus non fuerit, ad alium tunc „immediate sequentem, præfatum Pa„trem Paschasium Quesnel, antehac „detentum & sequestratum in Palatio „nostro Archiepiscopali *Bruxellis* dicto „Procuratori officii responsurum super „sequentibus:

I. „Quod postquam Anno 1678. in „Comitiis Oratorii *Berulliani* omnibus „& singulis ejusdem Congregationis „injunctum fuisset subscribere Formulæ, „rejiciendi in Scholis *Hæresin Janse„nianam*, & ipse pertinaciter recusasset „subscribere, *Galliam* deseruerit, & „quamvis Presbyter, latitaverit in *Bel„gio Catholico* sub veste laica.„

II. „Quod ibidem, & in vicinis „Provinciis plures turbas, & dissidia „excitarit, Presbyteros commoverit „adversus proprios Episcopos, *Clerum „Batavicum* impulerit adversus sum„mum Pontificem.„

III. „Quod damnatam in *Michaele „Bajo* Doctrinam renovaverit, atque „laudaverit novam operum ejusdem „*Baij* editionem.„

IV. „Quod proscriptam *Jansenii* „doctrinam extulerit passim, ac propu„gnarit, & damnatas *Jansenii* hæ„reses suis passim scriptis inseruerit.„

V. „Quod Pontificiis Decretis, in „Caussa *Jansenii* latis, liberaliter de„traxe-

„traxerit, quasi iisdem aliquid per frau- Sæc. XVII.
„dem, & citra Pontificum voluntatem A.C. 1703.
„fuisset insertum.„

VI. „Quod scripserit, esse sacrile-
„gum, & toti Ecclesiæ injuriosum exi-
„gere subscriptionem, & juramentum
„facti, ut ajunt, *Janseniani*, quod For-
„mulario Alexandri VII. continetur.„

VII. „Quod post Breve & Decre-
„tum Innocentii XII. de Anno 1694.
„contenderit sensum obvium Formu-
„larii non requirere, ut Propositiones
„damnentur *in sensu ab Authore intento*,
„edideritque, & omnium suorum no-
„mine editam declaraverit Formularii
„explicationem, in qua protestatur,
„quod per Formularii subscriptionem
„non subscribatur condemnationi Libri
„*Jansenii*.„

VIII. „Quod, quamvis Alexan-
„der VII. declaraverit, esse falsum, pa-
„tensque mendacium, quod sub Inno-
„centio X. non fuerit examinatum id,
„quod vocatur *factum Jansenii*, nihilo-
„minus præfatus P. Quesnel ausus fue-
„rit palam asserere, & scriptis suis
„propalare, non fuisse sub Innocen-
„tio X. examinatum id, quod vocatur
„*factum Jansenii*.„

IX. „Quod dixerit publice, non-
„dum adveniisse tempus reddendi Ju-
„stitiam *Jansenio*, & illatam ipsi inju-

Sæc. XVII. A. C. 1703. „riam reparandi, & interim ipſe per „minaces literas jactaverit, ſe aliquando *Janſenii* defenſionem ſuſcepturum „contra *Clerum Gallicanum*. „

X. „Quod pertinaciter adhæſerit „factioni eorum, qui adverſus Eccleſiæ Decreta, & adverſus Edicta Principum conjurarunt, Librum, & Doctrinam *Janſenii* tueri: quod illa factio „late per *Galliam*, *Belgium & Hollandiam* ſit diffuſa, & a factioſis appelletur *Ordo*, quod illa factio habeat ſuas, „uti vocant, Abbatias, Prioratus, „Collegia, Domos, Hoſpitia, & Eremos, quod illa factio plures complectatur Sæculares & Regulares, quorum alios Viſitatores, alios Priores, „alios ſimpliciter Patres, alios Fratres „appellant, quod a morte Dni. Arnaldi, „quem *Patrem Abbatem* nuncupabant, „P. Quesnel factionem hanc conſiliis „ſuis rexerit ſub titulo *Patris Prioris*. „Quod varias inſtituerit viſitationes, „exigens a præcipuis, ut ad ipſum „referrent, quæcunque poſſent promovere dictam factionem, quod ad eum „effectum procuraverit diſtributiones „pecuniarum, quibus Procuratores factionis, tam *Romæ*, quam *Pariſiis*, „& alibi exiſtentes poſſent cauſſas factionis ſuſtinere. „

XI.

Sæc. XVII. A.C. 1703.

XI. „Quod in literis factionem con-
„cernentibus passim usus fuerit Cifra
„fictorum nominum, ne celata Myste-
„ria & Conspirationes possent, eve-
„niente casu interceptionis literarum,
„detegi.„

XII. „Quod ad novam Editionem
„correxerit Libellum, cui titulus *Phan-*
„*tasma Jansenismi*, dum ipse ejusmodi
„prætensi Phantasmatis erat Dux &
„Antesignanus.„

XIII. „Quod, cum *Romæ* damna-
„tum fuerat opus ab ipso *Parisiis* edi-
„tum, cui titulus *Dissertationes, Notæ, observationes, Emendationes, Interpretationes, Annotationes, Apostillæ ad S. Leonis Magni opera, & ad Codicem Canonum Constitutionum Sedis Apostolicæ*, ausus
„sit adversus decretum desuper latum
„scribere plurima infamia, & Sacræ
„Congregationi summe injuriosa.„

XIV. „Quod tam scripserit, quam
„ab intimis suis receperit literas Regi
„nostro Catholico, Regi etiam Chri-
„stianissimo, & præcipuis utriusque
„Regis Ministris, imo & summis Pon-
„tificibus, Cardinalibus, & Episcopis
„graviter obtrectantes, quodque illos,
„a quibus ejusmodi literas accepit,
„continuaverit colere uti intimos.„

XV. „Quod indigno modo perstrin-
„xerit Regium Senatum *Montibus Ha-*

Sæc. XVII. A. C. 1703.

*noniæ* reſidentem, uti & Montenſem „Magiſtratum.„

XVI. „Quod literis ſuis laudaverit, „& probaverit plura Opuſcula Patris „*Gabrielis Gerberon*, quæ a Sede Apo„ſtolica ſunt proſcripta, quodque ei„dem ſubminiſtraverit varia manu„ſcripta, ex quibus dicta opuſcula „conficeret.„

XVII. „Quod limaverit plura ſcripta „ſeditioſa, & pernitioſa exarata manu *D. Erneſti Ruth D'Ans.*„

XVIII. „Quod acriter invectus ſit „in eos, qui damnarent quadraginta „Doctores Sorbonicos; propter reſolu„tionem famoſi Caſus Conſcientiæ, per„fidiam objecerit iis ex quadraginta „Doctoribus, qui ad ſaniorem men„tem reverſi, ſe Eminentiſſimo Cardi„nali de Noyailles, Archiepiſcopo ſuo „ſubjecerunt.„

XIX. „Quod, poſtquam ipſemet „erga Eminentiſſimum Cardinalem „Noyaillium, ſuum Archiepiſcopum, „ſummam publice profeſſus eſſet Vene„rationem, ſuosque Libros illius e„mendationi abſolute ſubjeciſſet, in„terim dictum Eminentiſſimum Domi„num literis ſuis ad amicos ſcriptis in„dignis modis perſtrinxerit, & dum „libellum eidem Eminentiſſimo Domino „ſumme injurioſum deteſtari ſimularet, „eun-

„eundem ad familiares suos scribens, Sæc. XVII.
„summe laudaverit tanquam modera- A. C. 1703.
„tissime, & nervosissime scriptum.„

XX. „Quod in hoc *Belgio*, & sub „Archi - Diæcesi nostra reimprimi, & „distrahi curaverit varia scripta jam „antea a Sede Apostolica prohibita, „ac ediderit plurima anonyma, uti & „varia, non solum carentia Approba- „tione Censoris, sed & Authorem, & „Typographum mentientia.„

XXI. „Quod ob scandala inde orta, „& errores, falsitates, ac injurias in „illis contentas, jam nunc aliqua ex „dictis scriptis, Decretis Sedis Apostо- „licæ fuerint condemnata, & etiam in „*Belgio* manu tortoris combusta.„

XXII. „Quod *Bruxellis* absque ulla „Approbatione Censoris ordinarii loci, „curarit imprimi *Historiam Congregatio- num de Auxiliis*, postquam petitum de- „super Privilegium Regium ipsi fuerat „denegatum.„

XXIII. „Quod illo ipso tempore, „quo ductus fuit ad locum sequestri, „actualiter incumberet edendis variis „libris & scriptis absque ulla Appro- „batione, aut Privilegio Regio, & „signanter: Lettre d'un Evèque a un „Evèque, & l'Année chrétienne, operi „bis a Sede Apostolica condemnato.„

Sæc. XVII. A. C. 1703.

XXIV. „Quod etiam præparaverit „compilationem centum quinquaginta „ſex opuſculorum, a nata Hæreſi *Janſeniana* in publicum editorum, quorum „etiam plurima a ſancta ſede ſunt dam„nata: illaque omnia perpetraverit cum „magno Chriſti fidelium ſcandalo & „obloquio; & ſuper aliis de jure, con„ſuetudine, concordatis, ac alias ad „cognitionem noſtram pertinentibus die „prima ſequente latius deducendis, „quod videbitur reſponſurum; & cum „præfatus Paſchaſius Quesnel, ut di„ctum eſt, ſit profugus, ac latitet, „volumus, ut executio præſentium, „quæ fiet ad Portam Palatii noſtri in „hoc oppido, ad valvas inſignis Eccle„ſiæ Collegiatæ Divorum Michaelis & „Gudilæ, & ad ultimum citati in hoc „oppido Domicilium (miſſa citato, ſi „fieri poſſit, harum, & executionis „veſtræ copia) ejusdem ſit valoris, & „roboris, ac ſi in propriam ipſius Per„ſonam facta foret, & pro tali eam „authoriſamus, & quid de eo feceritis, „Nobis fideliter reſcribatis.„

## §. XXVI.

## *Archiepiſcopi ſententia contra Quesnellum.*

Cum

Cum autem Quesnellus aut ipse, aut ejus nomine alius minime comparerent, Mechlinienſis Archiepiſcopus adverſus eum tanquam contumacem, effractoque carcere fugitivum die decima Novembris Bruxellis anno ſequenti hanc pronuntiavit ſententiam: Sæc. XVII. A. C. 1703.

*Cauſſa Quesnel. pag. 513.*

„In cauſſa Officii coram nobis mota „& indeciſa pendente inter Procurato„rem ejusdem officii Actorem ex una, „& P. Paſchaſium Quesnel Pariſinum „Oratorii Nominis Jeſu in Gallia Pres„byterum, non ita pridem in Palatio „noſtro Archiepiſcopali juſſu noſtro ſe„queſtratum, & poſtmodum violata ſe„queſtratione per iteratas literas edi„ctales cum debito intervallo publice „in locis conſuetis affixas, & in rotula „reproductas reſpective 17. Martii, & „14. Aprilis hujus Anni 1704. citatum, „ſed non comparentem, ac contuma„cem ex altera partibus: viſis ejusdem „cauſſæ actis & actitatis, notanter „etiam recuſatione pro parte citati con„tra nos Judicem ordinarium propoſita, „quam uti notorie frivolam rejecimus, „prout adhuc rejicimus, omnibusque „mature examinatis, & perpenſis, „præſertim Decreto noſtro 9. Junii no„viſſime dato, quo Actorem pro utili„tate trium contumaciarum ad pro„bandum admiſimus, & probationibus, „quas

Sæc. XVII. A. C. 1703.

„quas in vim ejusdem decreti produxit, „de plurium Ecclesiæ nostræ Metropo„litanæ Dominorum Capitularium, ac „aliorum Sacræ Theologiæ Doctorum, „& Licentiatorum, ut & Jurisperito„rum consilio & assensu, Christi nomine „invocato, & nil, nisi justitiam præ „oculis habentes dicimus, decerni„mus, & declaramus, ex iisdem actis „& probationibus constare, eundem „citatum renuisse simpliciter subscri„bere (licet admoneretur, rogaretur, „ac instanter ad hoc premeretur a Su„perioribus suis) Formulæ doctrinali „præscriptæ in Comitiis generalibus „præfati Oratorii Gallici, idque ea „præcipue de caussa, quod Formula „ista contineret damnationem Doctrinæ „Janseni & Baij; quam contumaciam „adversus Superiores suos ne depone„ret, ex Gallia profugus ab Anno 1685. „in Belgio variis in locis, sed potissi„mum in hoc Oppido Bruxellensi sub „fictis nominibus latitavit, & ex late„bris suis contumaciæ suæ malum ul„terius communicavit, varia edendo, „ac publicando opuscula, quibus hæ„resin Jansenianam non obscure susti„nuit, idque ex continuatione auda„ciæ, ut asseruerit, quod summis Pon„tificibus in caussa Jansenii fuisset ob„reptum, & aliquid præter mentem „Pon-

„Pontificiam Bullæ Innocentii X. inser- Sæc. XVII.
„tum: Simul & indigno modo scribendo A.C. 1703.
„de summis Pontificibus, & male per-
„stringendo S. R. E. Cardinales, Epi-
„scopos, aliosque Ecclesiæ Ministros,
„& Viros dignitate, ac doctrina exi-
„mios, neque ab obtrectationibus ad-
„versus Reges, neque a contumeliis
„erga Regios Ministros abstinendo. In-
„super pertinaciam suam prodidit asse-
„rendo inter alia, Jansenismum non
„esse nisi *Phantasma*; faciendo Notas
„multas injurias, & contumelioſas De-
„creto S. Congregationis indicis lato
„22. Junii 1676. quo prohibebantur Dis-
„sertationes ipsius ad S. Leonis opera;
„approbando, & laudando plura opera
„Domini Gabrielis Gerberon, quæ a
„Sede Apostolica dein fuerunt repro-
„bata, uti novam operum Baij editio-
„nem & Historiam Jansenismi; susci-
„piendo quoque causſam 40. Doctorum
„Parisiensium circa famosum Casum
„Conscientiæ; concurrendo ad impres-
„sionem in hoc oppido factam *Historiæ Congregationum de Auxiliis* sine ulla Ap-
„probatione Censoris ordinarii, & non
„expectata Censura nostra, ad quam
„tamen per Apostillam datam in su-
„premo Concilio Brabantiæ fuerat re-
„missa. His accedit, quod plura e-
„tiam scripserit, quibus Oratorii Mon-
„tensis

Sæc. XVII. A. C. 1703.

„tenſis Presbyteros Oratorio Gallico „ſubjectos a ſubſcriptione præmemo„ratæ formulæ averteret; & quod in„ter ſcripta ejus inventum etiam fuerit „aliquod manu ejus exaratum com„plectens 33. paginas in folio, quod „hunc præfert titulum *Inquiſitio &c.* in „quo quidem Senatus Regius indigne „excipitur; ſicut & Magiſtratus Mon„tenſis, ſeu aliqui ex illo acerbe tra„ducuntur per ejus libellum manu tor„toris combuſtum, cui titulus: *Vindiciæ pro Sacerdotibus Oratorii Montenſis.* „Præterea aſſeruit citatus, non fuiſſe „a S. Sede examinatum illud, quod „vocant, factum Janſenii, & ſcripſit, „nondum tempus adveniſſe reddendi „juſtitiam Janſenio debitam, at repa„randi injuriam ipſi illatam, addendo, „quodſi diſcipuli S. Auguſtini exiſti„maſſent, quod ſenſus Janſenii eſſet „condemnatus per Innocentii X. Bul„lam, eidem ſeſe non ſubmiſiſſent: „quantum autem ad Bajanas Propoſi„tiones, ſuſtinuit inter illas aliquas „eſſe, quæ continent genuinam S. Au„guſtini doctrinam: Propoſitionem vero, „quæ ſpectat infidelium actiones, eſſe „præciſe illam, quæ præ aliis ſuſtineri „poſſet, quæque eſſet adeo in S. Au„guſtino, ejusque diſcipulis fundata, „ut exiſtimandum non ſit, S. Sedem „illam

„illam erroris damnare voluiſſe, ſed „tantum prohibuiſſe, ne tum temporis „defenderetur propter rationes tunc, „non nunc militantes. Ulterius patet, „ipſum poſt Breve, & Decretum In„nocentii XII. Anno 1694. editum per„tinaciter contendiſſe, ſenſum obvium „formularii non requirere, ut 5. Pro„poſitiones damnentur *in ſenſu ab Au„thore intento*, edendo iſtum in finem, „ceu publicam & communem explica„tionem, in qua affirmat, quod per „formularii ſubſcriptionem non ſubſcri„batur condemnationi Libri Janſenii. „Impugnavit quoque ſcriptis ſuis De„cretum Alexandri VIII. in 31. Propo„ſitiones latum; & dogma Immaculatæ „conceptionis Deiparæ Virginis nume„ravit inter opiniones novas & contra„rias veritati Scripturarum, inferentes„que pernicioſam ſequelam, atque „damnatam ſententiam de gemino ca„pite Eccleſiæ ſatis aperte ſuſtinuit, „ac decreta ſacrarum Congregationum, „quibus libri quidam proſcribebantur, „audacter ſugillavit, & redarguit. Plura „edidit ſcripta anonyma, & Authorem, „typographum, ac locum impreſſionis „mentientia, eaque imprimi, reim„primi, & diſtrahi curavit, & inter „illa etiam quædam a Sede Apoſtolica „publicis Decretis antea condemnata.

Sæc. XVII. A.C. 1703.

„Ora-

Sæc. XVII. A.C. 1703. „Oratorium domeſticum erexit propria „auctoritate pro libitu in eo ſacrum „dicens; cum variis perſonis noxium „literarum commercium fovit ſub fictis „nominibus. Denique per effrænem „ſuam ſcribendi licentiam magnas in „hoc Belgio ac in noſtra Diæceſi turbas „excitavit & diſſenſiones, & non raro „Clerum & populum adverſus proprios „ſuos commovit Epiſcopos, ac præci„pue ſcripto quodam inſolentiis pleno „Clerum Batavicum contra ſanctiſſimi „D. N. Clementis XI. decreta ſeditioſe „incitavit: Quibus omnibus conſidera„tis, declaramus citatum, uti de Jan„ſenismo, & Bajanismo, aliisque ex„ceſſibus ſupra memoratis convictum, „incidiſſe in excommunicationem, a„liasque pænas per Bullas Apoſtolicas „in hujusmodi delinquentes latas, mo„nentes omnes & ſingulos Chriſti fide„les, ut ipſum uti talem habeant, & „evitent; injungentes citato, ut ſe re„cipiat ad Monaſterium aliquod in Pa„tria catholica ſitum, ibidemque per „integrum ab adventu ſuo menſem „exercitia ſpiritualia obeat, ac dein „in ſpiritu pœnitentiæ ibidem ſeque„ſtratus maneat, legendo ſingulis die„bus ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, „ac jejunando diebus veneris in aqua „triſtitiæ & pane doloris, donec ſummo

„Pon-

„Pontifici quoad doctrinam suam fece- Sæc. XVII.
„rit satis, ac absolutionem ab excom- A.C. 1703.
„municatione obtinuerit. Insuper in-
„hibemus ei, ne ad Diæcesin nostram
„unquam revertatur, minus in ea-
„dem aliquid scribat, edat, aut im-
„primi faciat sine prævia nostra licen-
„tia, vel similes excessus committat
„sub pœna, quod perpetuis carceribus
„mancipabitur, aliisque pœnis gravio-
„ribus in jure contra hujusmodi trans-
„gressores statutis punietur, condem-
„nantes ipsum in expensas sequestra-
„tionis, & contumaciæ ad nostram
„taxam. Ita in scriptis sententiamus.„

Verum adversus hanc sententiam Quesnellus editis duobus libellis bilem suam uberrime effudit.

## §. XXVII.

### *Quesnelli reflexiones morales in Novum Testamentum ab Aptensi Episcopo damnatæ.*

Cum in Galliis & præcipue in Aptensi Diæcesi Gallica novi Testamenti editio unacum moralibus Quesnelli reflexionibus passim omnium manibus tereretur, non pauci de conservanda doctrinæ ac fidei puritate solliciti apud Josephum Ignatium de Foresta a Colongue Aptensem Episcopum graves

Sæc. XVII. A. C. 1703. deſuper querelas deferebant. Hic vero præfatum librum celebrioribus Theologis examinandum tradidit; qui præmiſſa diſcuſſione matura referebant, hanc verſionem non modo Vulgatæ diſſonam eſſe, ſed illam quoque plurimos errores ab Eccleſia jam proſcriptos innovare: Ne vero hic Epiſcopus duntaxat aliorum judicio ſtare videretur, ipſus hoc opus ſæpius pervolvit, diſcuſſit, ac luculenter deprehendit, quod novæ hujus verſionis textus cum Montenſis editione a Clemente IX. die vigeſima Aprilis anno præteriti ſæculi ſexageſimo octavo, pluribusque Epiſcopis, imo ab ipſo etiam Aptenſi damnata ferme idem ſit, Auctorque temerariis, erroneis, captioſis, æquivocis & ſedulo exquiſitis annotationibus Janſenismum foveat: quapropter Epiſcopus die decima quinta Octobris promulgato edicto hanc Gallicam Quesnelli editionem omnibus utriusque ſexus ac conditionis cujuscunque Diæceſanis interdixit, prohibuitque ſub anathematis pœna, ne quisquam hunc librum legat, retineat, vendat, aut diſtrahat: Pariter ſe nullum ad S. Ordines, Verbi Dei prædicationem, & Pœnitentiæ adminiſtrationem admiſſurum declarabat, niſi prius formulæ, qua „quin-

quinque Janſenii Propoſitiones damnantur, ſubſcripſerit: ſe vero id jure merito facere, comprobatum reddebat veteris Eccleſiæ uſu, quo hæreſum fautores detegere aſſuevit; ſic enim, ajebat Epiſcopus in ſuo decreto, Mennas Patriarcha juſſu Imperatoris Juſtiniani præcepit, ut omnes Epiſcopi, Abbates, Sacerdotes & Religioſi in Diæceſi Conſtantinopolitana ſimili ferme ſcripto contra Origenem ſubſcriberent, & Hormisdas Pontifex, ut ex literis ejus patet, ad Joannem Nicopolitanum Epiſcopum, ſuisque Suffraganeis fidei profeſſionem, qua Eutychetis, Dioſcori, & Acacii errores anathemate proſcripſi erant, ſubmiſit, juſſitque, ut Orientalis Imperii Præſules, ac univerſus Clerus eidem ſubſcriberent. Poſtea Epiſcopus ridiculum eorum, qui Janſenii librum, utpote a Pontificibus duntaxat damnatum, perperam fuiſſe damnatum dicunt, effugium retudit, afferens, quod Pontificum deciſionem omnes Epiſcopi receperint, confirmarintque, proin eorum Conſtitutiones pari cum Concilii Oecumenici decretis auctoritate polleant: quapropter Chalcedonenſis Synodi IV. Patres anathema dixerint, iis, qui poſt literas Leonis Papæ ad Flavianum contra Eutycheten datas hunc non eſſe hæreticum

Sæc. XVII. A. C. 1703.

Sæc. XVII. A. C. 1703.

crediderunt, eoquod Petrus per Leonem locutus esset. Denique Episcopus illis, qui nonnisi obsequioso silentio Pontificum Constitutiones recipiunt, hæc Gregorii Magni verba applicabat: *Perversi homines, qui trium Capitulorum occasione reperta Ecclesiastica disciplina fugiunt, de suis carnalibus actibus reprehendi pertimescunt, subesse Sedis Apostolicæ præceptis nolunt, & dum neque in fide recti sunt, neque bonis operibus intenti, studeant, ut certare pro fide videantur, sicque fit, ut quotidie deteriores fiant, dum in eis culpa gravescit, quæ quasi de Zelo fervoris videri etiam laudabilis appetit.*

## §. XXVIII.

## *Mechlinienſis Archiepiſcopi ſententia in Nicolaum Blancquaert de Janſenismo convictum.*

Præterea Mechlinienſis Archiepiſcopus in varios de Janſenismo convictos auctoritate etiam Regia animadverti juſſit, ac præprimis in Nicolaum Blancquaertum, qui noxios ejusmodi libros approbavit, & damnatæ Janſenii doctrinæ adhæſit, Bruxellis die decima tertia Junii anno ſequenti hanc pronuntiavit ſentcntiam: „In cauſſa „Officii coram nobis mota, & indeciſa „pendente inter Procuratorem ejusdem „Officii

„Officii Actorem ex una, & Patrem „Frat. Nicolaum Blancqueart ordinis „Fr. *Beggardorum* Religioſorum Pres- „byterum citatum ex altera partibus: „viſis ejusdem cauſſæ actis & actitatis, „omnibusque mature conſideratis & „perpenſis, notanter reſponſione per- „ſonali citati, pro utilitate Decreti „noſtri, quo ipſum ab ampliando ſe- „cluſimus, cauſſam habentes ſufficien- „ter inſtructam, ut jus dicatur, de plu- „rium Theologorum & Jurisperitorum „Nobis communicato conſilio & aſſenſu, „Chriſti nomine invocato, dicimus, „decernimus, ac declaramus, ex præ- „memoratis actis Nobis conſtare, præ- „dictum citatum usque adeo ſui fuiſſe „oblitum, ut non obſtantibus tot De- „cretis Pontificiis, aliisque Conſtitu- „tionibus Apoſtolicis, quæ contra *hæ- „reſin Janſenianam* emanarunt, adhuc „auſus fuerit adhærere Doctrinæ in Jan- „ſenio condemnatæ, idque per Theſes „ſuas, & per varias approbationes, „quas citatus ſub fictis, ſeu anagra- „maticis nominibus N. *Klabart*, F. A. „*Lankbert*, *Victorin Kalenbert*, *Natha- „nael Cliboſe*, *Quintianus Barcallac* de- „dit ad Libros Auguſtini Kergre', „ſeu verius Domini Gabrielis Gerberon „Benedictini Galli, *Bajanismum & hæ- „reſin Janſenianam* continentes: quæ

Sæc. XVII. A.C. 1702.

Sæc. XVII. A.C. 1703

„certe talia sunt, ut citatus graviter, „& exemplariter mereatur puniri, sed „quia ipse, pendente hac lite protesta„tus est, quod se velit submittere, & „emendare, mitius & paterne cum ipso „procedentes, condemnamus solum„modo citatum, ut emittat fidei pro„fessionem juxta Bullam Pii IV. & re„cipiat omnes Bullas contra *Bajanis„mum & hæresin Jansenianam* editas, & „formulæ *Alexandrinæ* subscribat, sin„cere, absque ulla distinctione, re„strictione, aut expositione, damnan„do 5. Propositiones ex libro C. Jan„senii excerptas in sensu obvio, quem „ipsamet propositionum verba præ se „ferunt, etiam cum respectu habito „ad sensum obvium dictæ formulæ, & „præfatas approbationes suas revocet „& annullet: ipsi nihilominus inhiben„tes, ne in hac Diœcesi doceat, cate„chizet, aut concionetur, Theses, aut „aliqua scripta edat, aut quocunque „modo approbet, vel se regimini ani„marum immiscеat, donec aliter judi„caverimus statuendum: condemnan„tes citatum in expensas. Ita in his „scriptis sententiamus.„

Huic sententiæ sincero animo sese subjecit Blancquaertus, declarans, se omnibus Pontificum Constitutionibus contra Bajum & Jansenium editis, nec-

necnon formulæ Alexandri VII. ſincere, & ſine ulla reſtrictione ſubſcribere, & fidei profeſſionem juxta Bullam Pii IV. edere, paratum eſſe. Sæc. XVII. A. C. 1703.

## §. XXIX.

## *Franciſcus Pignatellus Neapolitanus Archipræſul a Pontifice Romana Purpura decoratus.*

Hoc item anno Clemens XI. Pontifex Maximus Mutinæ Ducem, cujus Ducatum immiſſis copiis, eoquod Carolum Archiducem pro Hiſpaniarum Rege agnoviſſet, Galli fiſco addixerant, ac ſibi a populis fidei ſacramentum dici imperaverant, unacum ejus uxore & liberis perbenigne excepit, huic etiam die vigeſima nona Decembris, quicquid a Pontificia auctoritate in illius ſolatium proficiſci poteſt, datis literis benigne pollicitus, ſignificabat, quod Ducem cum Franciæ Rege conſiliaturus, omnem operam impenderit, ac deſuper acres literas ad eundem dediſſet. Die autem decima ſeptima ejusdem Menſis ſummus Pontifex Franciſcum Pignatellum Archiepiſcopum Neapolitanum Sacro Purpuratorum Collegio ſolum ac primum accenſuit, gratitudinem ſuam teſtaturus erga defunctum Pontificem, cujus Nepos ex Fratre Julio erat Franciſcus: *Theatr. Europ. t. 16. pag 345. Vit. Card. t. 2. p. 182.*

Sæc. XVII. A. C. 1703.

ciſcus: Hæc electio Andegavenſi Duci adeo grata erat, ut propterea ad Papam gratulatorias perſcriberet literas.

## §. XXX.

## *Capitulorum Ultrajectenſis & Harlemenſis oppoſitio contra S. Congregationis Decretum.*

*Acta Hiſtorico Eccl. vol. 7. p. 98. Abregé de l'Hiſt. Eccl. t. 13. p. 586. Abregé Chronol. t. 3. pag. 514.*

Jam ſupra meminimus, quod Ultrajectenſes Canonici, qui ſe Cathedralem hanc Eccleſiam Vacante Sede repræſentare dicebant, Coddeum Sebaſtenum Archiepiſcopum ad Provinciam Epiſcopi Ultrajectenſis obeundam delegarint: cum autem ea res in ſummi Pontificis, qui Coddeo exauctorato Cockium ſubrogaverat, contemptum redundare videretur, hinc Sacra Congregatio propagandæ fidei negotiis præpoſita die tertia Februarii decretum edidit, quo adminiſtrandi Sacramenta poteſtatem a *prætenſis* Capitulis Ultrajectenſi & Harlemenſi conceſſam omnino irritam nullamque eſſe declaravit, eisque ſub anathematis ipſo facto incurrendi pœna inhibuit, ne ullam jurisdictionem exercerent; Ultrajectinum enim Capitulum jam ante centum annos interciderat, omnesque prætenſi Canonici Eccleſiaſticis cenſuris fuerant irretiti: Nihilominus utriusque

que Eccleſiæ Pſeudo - Canonici ſuis juribus enormiter derogatum rati, *remedium appellationis ad Pontificem melius edocendum* arripuere, ac Menſe Martio datis ad eundem literis rogabant, ut eos indicta cauſſa damnare nollet: Verum Pontifex, cum centenaria horum pertinacia contra Pontificias Conſtitutiones nimis luculenta eſſet, ad fœderati Belgii Catholicos literas dedit, in quibus prætenſos hoſce Canonicos omni jurisdictione deſtitutos declaravit, eisque ſub excommunicationis pœna inhibuit, ne ſeſe ſacris harum Eccleſiarum miniſteriis ingererent: Enimvero Canonici Papam quamplurimis libellis ſupplicibus, & Cardinales ſcriptis juris ſui vindiciis diu frequenterque fatigabant, quibus tamen ſemper reſponſum, ut prius Sedis Apoſtolicæ mandatis obtemperarent. Tandem vero anno hujus ſæculi quinto Buſſius Bruxellenſis Pontificius Nuntius in Hollandiam profectus, Cardinalis Paluccii literas detulit, quibus declaratum, quod Coddeus orationes partim univerſo orbi notas, partim, ut ejus famæ parceretur, ſilentio ſuppreſſas, ſuo officio amotus eſſet: paulopoſt Hagam Comitum delatus cum pluribus utriusque Eccleſiæ Canonicis egit, ac Trevirenſis Archiepiſcopi Legato plurimum conferente

Sæc. XVII. A.C. 1703.

Sæc. XVII. A.C. 1703. eo rem deduxit, ut annuente Cod-deo Gerardus Potcampus Vir gravi ſenio venerandus, pacisque ſtudioſiſſimus in Vicarium Apoſtolicum eligeretur, quo tamen poſt bimeſtre defuncto Buſſius Colonienſis Eccleſiæ Canonicum nomine Dameum ſubrogare nitebatur, obſtiterant tamen utriusque Eccleſiæ Canonici, qui alios elegere Vicarios, ut vocant, Generales, datis quoque ad Paluccium Cardinalem literis, in quibus audiri, ac in ſua patria a Judicibus legitimis judicari poſtulantes declarabant, quod quamvis jus ſuum omnino certum, ac minime dubium crederent, ſi tamen hi Judices illud minus firmum eſſe cenſuerint, ſine hæſitatione ab illius defenſione deſiſtere parati eſſent. Sequenti tamen anno Pontifex hujus Eccleſiæ regimen Julio Piazzæ Colonienſi Nuntio commiſit, vehementer reclamatibus Canonicis, quorum contumacia interminato anathemate nonnihil repreſſa eſt. Fervente autem hoc tumultu Jeſuitæ Breſtenſem Parochiam armata ferme manu ſibi vendicarunt.

## §. XXXI.

### *Abiſſini unacum Rege ſuo Eccleſiæ Romanæ reconciliati.*

Flo-

Sæc. XVII. A.C. 1703.

Floruit equidem, uti memoravimus, in Abyſſinorum Regno religio Catholica, quam ipſemet Susneus Rex unacum Claudio, & Baſilide filiis ſuis, pluribusque aliis palam amplexatus erat. Mortuo autem Rege ejus Filius Baſilides ſeu Adiam-Sagued, quamprimum Regni clavum moderari cæperat, Jeſuitas omnes Imperio ejecit, alios ſub falſo obtentu crudeliſſima morte enecari juſſit, cunctisque ejus ſubditis omne commercium cum Europæis interdixit, ipſe vero juramentum, quo ſeſe Romanæ Eccleſiæ, vivente adhuc Patre ſuo obſtrinxerat, violavit, & Fratrem Claudium, ejusque filios, ſibique ſanguine junctos, ac demum cunctos eidem adhærentes, in vincula conjecit, eosque de clandeſtino cum Hiſpanis ac Luſitanis commercio, necnon de unione cum Romana Eccleſia, ac conjuratione falſo inſimulans, capite plecti, plurimosque Catholicos exquiſitiſſimis tormentis interfici, & alios in exilium detrudi juſſit. Poſtquam vero Adrianus ſeu Ayaſore-Adiam Saghed anno evoluti ſæculi quinquageſimo quarto Abiſſiniæ ſeu Æthiopiæ Regnum capeſſerat, ex Martyrum ſanguine religio Catholica refloreſcere videbatur; hic enim Rex, cum morum comitate, ac ingenii docilitate præſtans eſſet, Patribus

*Vid. ſupra t. 58. P. 82. & 518. §. 27. & 48. Puſend. Introd. Hiſt. l. 7. c. 3. Epiſt. & Brev. Clem. XI. p. 191.*

Sæc. XVII. A. C. 1703. tribus reformatis S. Franciſci ingreſſum indulgens, crebra cum illis de vera religione colloquia miſcebat, cognitoque ſuo errore ſeſe tandem Romanæ Eccleſiæ reconciliandi propoſitum concipiebat. Igitur P. Joſephum ab Jeruſalem Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci ſtrictioris obſervantiæ tanquam Regium Legatum unacum pluribus hujus Nationis Viris Romam miſit, qui Regis ſui nomine munera & literas ſummo Pontifici offerret, rogaretque, ut Regem ſuum, ejusque populos ad Romanæ Eccleſiæ unionem admitteret, atque in Æthiopiam Sacerdotes ablegaret, quibus ad pleniorem Doctrinæ, rituumque Romanorum inſtitutionem uterentur. Advenerat hic Ablegatus Romam die quinta Septembris, non ſine maximo Romanæ Urbis jubilo: Pontifex quoque eundem perbenigne excipiens, cunctis Legati poſtulatis annuit, atque unum ex Abiſſinis, qui P. Joſephum comitatus fuerat, paucis inde diebus propria manu ſolemniter ſacro fonte aſperſit: poſtea eidem literas ad Regem affectus & gratulationis plenas conſignavit, & Legatum unacum reciprocis muneribus, pluribusque Miſſionariis anno ſequenti remiſit: Epiſtola autem, quam Pontifex ad præfatum Regem die octava

octava Martii dederat, hujus erat tenoris: Sæc. XVII. A. C. 1703.

*Illustris ac potentissime Rex, salutem & lumen Divinæ gratiæ.*

„Omnipotenti Deo, qui fons est, & „origo bonorum omnium, in humili„tate cordis nostri gratias egimus, ubi „literas Celsitudinis tuæ accepimus a „dilecto Filio, Religioso Viro, Josepho „a Hierusalem Ordinis Fratrum Mino„rum sancti Francisci strictioris obser„vantiæ, eodemque interprete, & multa „de te Nobis ingenti cum laude refe„rente, cognovimus præclarum desi„derium, quod foves, nedum ample„ctendi veram, ac sinceram cum hac „sancta Romana Ecclesia in professione, „& cultu Christianæ fidei unitatem, „sed ad eam ineundam inducendi exem„plo, & Authoritate tua amplam istam „Nationem, hoc ipso nomine olim ce„lebrem, quia haustam ab ipsis primor„diis Ecclesiæ Catholicam veritatem „fideliter custodivit. Credere sane par „est, Deum ipsum Authorem tibi fuisse „tam salutaris consilii, ut eo per te „alacriter suscepto fluant super Caput „tuum cæleſtis Misericordiæ divitiæ. „Monitis itaque Supernis obsequi ne „differas; decet enim, ut quando in „ex-

Sæc. XVII. A. C. 1703. „excelso terrenæ dignitatis solio constitutus ad multos late Populos tui Nominis authoritatem protulisti, conversis in Cælum oculis ad veram, atque mansuram felicitatem aspires. Frustra vero tantum bonum assequi contendes, nisi Deo placere satagas consentiendo in his, quæ ad æternam salutem pertinent, cum hac sancta, & Apostolica ipsius Ecclesia, quæ traditum sibi ab eo veræ fidei depositum fideliter servavit, & servat, fuitque antea, estque modo, & erit perpetuo omnium per orbem Ecclesiarum vera, & unica Mater ac Magistra. Cum itaque Nos, nullis quidem meritis nostris, sed Dei ipsius ordinatione regimen ejusdem Ecclesiæ obtineamus, & ad obeundum per totum Christianum orbem universalis Pastoris munus vocati simus, libenti animo, & omni charitate complectimur Celsitudinem tuam tam probe inclinatam, hortantes, & obsecrantes Te per Nomen Domini Nostri Jesu Christi, cujus vices in terris gerimus, ut inita præfata unitate, eaque ad tuas ditiones, ac regna, quantocyus fieri poterit, propagata, properes ad salutem. Curare autem potissimum debes, ut subditi tui documentis fidei Christianæ recte instituantur, & quæ

„aut

„aut per longam annorum ſeriem de „primæva veritate iſthic exciderint, „aut per quascunque rerum viciſſitu- „dines adverſus eam inducta fuerint, „ſublato omni errore ac falſitate ad pu- „ritatem, & receptam ab hac verita- „tis cathedra intelligentiam reducan- „tur. Quod ut feliciter cum Dei ope „perfici poſſit, iterum iſthuc mittimus „cum nonnullis ſociis præfatum Reli- „gioſum Virum Joſephum ob ſingula- „rem integritatem, ac pietatem Nobis „admodum gratum, atque probatum: „qui quidem omnes incenſi Zelo ho- „noris Dei, pro cujus amore terrena „quoque a ſe abdicarunt, optime au- „tem Præceptis Evangelicæ Doctrinæ „verſati ſatagent Populos iſtos erudire „ea lenitate, atque manſuetudine, „quæ publicarum rerum ordinem, ac „ſtatum nullo modo perturbare poſſit. „Gratiſſimum propterea Nobis erit, ſi „eundem Joſephum, veluti ablegatum „noſtrum, aliosque ejus ſocios non ſua, „ſed quæ Chriſti ſunt, quærentes, nul- „lique lucro, præter quam animarum, „inhiantes, benigne exceperis, tan- „quam eos, quos Succeſſor Principis „Apoſtolorum, Caput Eccleſiæ, & „Chriſti Vicarius, iſthuc miſit ad offe- „rendum Tibi, ac Regno tuo ſpirituale „bonum, & ad detergendam omnem „ma-

Sæc. XVII. A. C. 1703.

Sæc. XVII. A. C. 1703.

„maculam mentibus hominum fortaſſe „inſperſam, quæ in ipſis candorem fi„dei inficere quodammodo potuerit. Ut „autem aliquale pignus amoris Noſtri „ad Te perveniat, nonnulla munúſcula „ſæpe memorato Joſepho tradidimus, „quorum quædam ad tuendam, aut „reparandam Corporis incolumitatem, „valde proficere dijudicantur, ac pre„tioſa habentur, ut intelligas Nos, „dum cordi imprimis habemus ſpiri„tualem tuæ animæ ſalutem, quæ „profecto longe maximi momenti eſt, „temporalis etiam rationem habere: „quædam vero raritate, & induſtria „potius operis, quam ſuo pretio æſti„manda, quæ noſtro Nomine ad Te de„ferentur. Deum interim enixe pre„cari non omittemus, ut Tibi ſit libe„ralis ejus luminis, per quod ad per„fectam Catholicæ veritatis agnitio„nem ipſe devenias, ac tecum eos, qui „Tibi ſubſunt, in gremium amantiſſi„mæ Matris Eccleſiæ deducas, & Celſi„tudinem tuam diu lætam, & ſoſpi„tem eſſe peroptamus.„

§. XXXII.

Sæc. XVII.
A. C. 1703.

## §. XXXII.

### *Bellicæ expeditiones pro vindicanda Hiſpaniæ Monarchia.*

Hiſpanicam Monarchiam aucupandi libido ac Principum ambitio belli flammis Germaniam, Italiam, Hiſpaniam & Belgium continenti incendio involvit: Conquiruntur nova undique fœdera; adhærent Leopoldo Cæſari, Angli, Batavi, Saxones & Imperii Principes, quibus etiam poſtea Sabaudiæ Rex acceſſit, ipſe etiam Petrus Luſitaniæ Rex in fœderatorum & Caroli III. Archiducis partes inclinabat, indignatus, quod Philippus Andegavenſis inſignia Luſitanica Hiſpanicis inſereret. E contrario Ludovicus XIV. Franciæ Rex Hiſpanos, Bavarosque ſibi fœdere jungit, conſcribuntur magno numero milites, augetur ubique bellicarum munitionum apparatus, & bellantium quivis continua ſollicitudine fatigatur, qua arte ſe invicem offendere poſſent: nec ſtativorum militarium quies extremo etiam hyemis frigore militi indulgetur; ipſo enim Menſis Januarii initio Tallardus Franciæ Mareſcallus contracto ad Moſellam exercitu Haſſo Caſſelenſem Principem a Trarbachi obſidione repulit, quam tamen urbem poſtea

*Lumbert. t. 2. p. 501.*

Sæc. XVII A. C. 1703.

Batavi admotis ſcalis occuparunt, quin tamen arcem Greiffenſteiniam expugnare poſſent. Properabat etiam Maximilianus Emanuel Bavariæ Elector, ut Danubii trajectum occuparet, & Sclickii, ac Styrumbii copias jungi præpediret: Igitur ſuperato Neoburgi fluvio, ad arcendos Francones hanc Urbem præſidio Bavaro interim muniri, ab Electore Palatino petit, cum vero repulſam ferret, urbem cum decem armatorum millibus poſt octidui oppugnationem ſubjugat, promotisque caſtris Dietfurtum occupat, quam tamen urbem, ſex Bavarorum turmis a Palfio fugatis cæſisque, & magna vi tritici & farinæ in profluentem abjecta deſerere compulſus eſt, reſumptis tamen animis Schlickium Cæſarei agminis Ductorem ad Iſambergam profligavit, & Styrumbium, qui Palatinatum invaſerat, prope Lengofeldam inito prælio, occiſoque Anſpacenſi Principe, ab Ambergenſis Urbis oppugnandæ conſilio depulit: His victoriis clarus Elector, Ratisbonam contendit, ac promiſſa Imperii Legatis & civitati ſecuritate, pontem & portam Danubianam die ſexta Aprilis ſibi tradi petiit, nec non Filshovium apertum ceteroquin oppidum, quod Sclickius occuparat, recuperavit. Infida tamen erat

Bavaro

Bavaro fortuna in Palatinatu, ubi Sturmius Comes Neumarkum oppidum annona & militari apparatu refertiſſimum & Rottenbergam aliaque caſtra brevi obſidione cepit, & Ambergam Cæſareis armis ſubjecit. Poſtquam vero Villarius Franciæ Mareſcallus expugnato Kelhenſi propugnaculo per Quintzingenſem vallem penetrans, Etlinga & Rothweilia ſuperatis copias ſuas Bavaro junxerat, Elector Tyrolenſem Comitatum invadere conſtituit, eo fine, ut cum per Tridentum interim irrumperet Vindocinenſis Dux, ſeſe cum Gallico Italiæ exercitu conjungere, & Cæſareas in Italia copias penitus intercludere poſſet. In hunc Comitatum veniſſe, vidiſſe & viciſſe idem Bavaro erat: Poſtquam enim Kufſteinium infeſtaſſet, ipſe hujus arcis Præfectus Volkenſteinius Comes deditionem maturavit; dum enim ſuburbia incenderet, vento flammas in urbem, arcemque repellente, Turris pulvere nitrato referta diffracta eſt, ac penu bellica in auras evibrata, quamplurimi milites civesque vario mortis genere interempti ſunt, Gubernatore urbem & arcem Bavaris cedere coacto. Hoc ſucceſſu animatus Elector, continuato rapidæ felicitatis curſu Ratenbergam armis, Oenipontum, Halam, Schar-

Sæc. XVII. A.C. 1703.

Sæc. XVII. A.C. 1703.

Scharnitzium, & Cluſas Ehrenburgenſes deditione cepit: Tot victoriarum ſeriem, quam Elector intra decem dierum anguſtias ſecundante fortuna contexerat, interciderant Tyrolenſes ruſtici, & Venatores, qui ad metam, certum ſinguli hominem ſclopis ſuis figere edocti, Ductore Martino Sterzingero Landeccenſis Pagi Rectore, Oenipontem, quo Finſterminziam via eſt, aggeribus, tormentisque munierunt, quo peracto, ceteri utrumque montem, queis Ænus interfluit, obſidentes, atque in inſidiis latentes certam hoſtium ſtragem avide expectarunt. Progreditur Noviomus Bavarus Bellidux nulla periculi ſuſpicione Gundlacum usque, ubi tamen viam trabibus, munitionibusque, & pontem vallo, machinisque munitum vidit, ex ipſo altiſſimo ſilentio inſidias mortemque latere conjectabat, unde receptui propere canere juſſit: Tum vero ruſtici capita efferre, & ſub incondito clamore de pontis lorica tormentis, & de monte glandibus & ſaxis fulminare: Ergo averſis ſignis aufugiunt Bavari, in quos tamen ex edito ruſtici prægrandes catenis religatos lapides, trabesque in prætereuntes devolvunt, integros militum ordines continua ſtrage proterunt, Taufkirchium

chium, & Noviomum cum quadraginta equitibus, qui vivi elapsi sunt, capiunt, & Portiam Comitem pecudis instar securibus mactant, postea Ferensteinianam arcem Gallis internecione cæsis occupant. Comperta suorum strage Elector, ut saltem ceteros certo excidio subduceret, succisis victoriæ pennis ad editiora profugit, & Brenner montem subjugare constituit: Tria Bavarorum millia ad pertentandas vias præmittit, hos vero rustici tam denso lapidum imbre excepere, ut prope mille invictæ virtutis Viri misere obtriti perirent, ceteris sociorum cladem eo acerbius ferentibus, quod nonnisi ex fumo & insultantium cachinis hostem adesse scirent, quin eum videndi, minus vero suos ulciscendi copiam haberent. Nec tamen propterea fracta erat Bavarorum virtus, quorum fortitudini si adfuisset Gallorum fides & constantia, cuncta hæc obstacula per obfirmatam vincendi violentiam adhuc superassent; ast Elector a Vindocinensi Duce, qui cum viginti quinque Gallorum millibus otiose substiterat, & occupatis aliquot arcibus in Italiam redierat, derelictus, e Brenner monte Ænipontum reverti cogebatur, ubi tamen tanquam patriæ hostis exceptus, ingens vitæ periculum subiit;

Sæc. XVII. A. C. 1703.

Sæc. XVII. A. C. 1703.

ruſtici enim in monte collocati, in eum unacum Ferdinando Comite de Arco obequitantem ſclopos ſuos exonerarunt, Comitemque, quem ex veſtium fulgore Electorem credebant, interfecere: Inde vero ira accenſi Bavari veluti leones in ſexaginta pedites, totidemque ruſticos, qui tardius ſe receperant, irruentes, eos exquiſitis cruciatibus enecant, & Zierlienſem vicum diripiunt, comburuntque. Electore igitur ex Univerſa Tyroli demigrante, Cæſarei ruſticis juncti Scarbiam, Hallam, Rotenbergam, Ehrenbergam, & denique Kuffſteinium recuperant, cujus tamen Præfectus præproperæ deditionis culpam capitis pœna, & ceteri, Ductores infamiæ nota eluere coacti ſunt. Interim vero Heislerus in Bavariam irrupit, atque Ethallam contendens, Parthekirchæ vallum cæſis fugatisque Bavaris ſuperat, ſimulque Murnaviam oppidum diripit. Viciſſim Villarius Marchio, poſtquam invito Electore Bavaro, Ulmam, Ingolſtadium & Brunoviam Gallicis copiis firmaſſet, Dilingæ caſtra metatus, prope Minderckingam Cæſareos die trigeſima prima Auguſti obruit, eosque in fugam egit, trucidato etiam Principe Hanoverano, quo comperto Bavariæ Elector Comitem de Arco, cum quatuor

tuor armatorum millibus Augu- Sæc. XVII.
ſtam præmiſit, poſtulans, ut cives A. C. 1703.
unam portam, vicinumque vallum Bavaro milite firmari concederent, his vero *neutralitatem* ut vocant, ſibi indultam cauſſantibus, Elector hanc urbem poſt aliquot dierum obſidionem die decima quarta Decembris deditione cepit, impoſitoque præſidio, ac rurſus trajecto Donawerthæ Danubio Styrumium Comitem inopinato prope Eichſtadium die decima nona Septembris aggreſſus fudit, ac præter cæſos quingentos unacum impedimentis, captivos inſuper quamplurimos retulit, captoque Campiduno ac demum Paſſavio Cæſareos Auguſta, & Burgoviæ hybernis exuit. Viciſſim vero Herbevillius alter de Cæſareis Ductoribus, capta Rotemberga, Chambium, totumque Palatinatum occupavit.

Interim Tallardus Franciæ Mareſcallus relecto Argentinæ rheno Briſaccum obſedit, quam urbem cum Philippus Comes de Arco majori vi nondum admota dediſſet. Bregentiæ Cæſaris juſſu capite plexus eſt die decima octava Februarii Marſilius autem ceterique Officiales cum infamia a ſignis rejecti ſunt: capto Briſacco Talardus cæſis ad Spiram Cæſareis Landaviam ad deditionem

Sæc. XVII. A. C. 1703.

compulit. Vindocinenſis etiam Sabaudiæ Ducem, qui Cæſareas partes repetierat, adortus, ejus legiones ſub Gallorum ſignis adhuc militantes armis exuit, captivasque detinuit, Ducemque tota ſua ditione ejeciſſet, niſi ei Starembergius cæſo Albergotto cum octodecim millibus ſuccurriſſet, nec feliciore Marte pugnabant Galli in Flandria; poſtquam enim Boruſſici die nona Februarii Rhenobergam, & Batavi Bonam die decima quarta Maij ceperant, Bufflerius quidem Obdamium Batavici exercitus Ductorem minus circumſpectum die trigeſima Junii inopinato impetu obruit, a Germano tamen milite cum jactura quinque ſuorum millium rejectus, Hujum & Limburgum die vigeſima ſeptima Septembris, ac denique Geldriam die decima quarta Decembris Cæſareo-Anglis deditione cedere compulſus eſt. Nihilominus in Hiſpania publico decreto Domus Auſtriaca & Sabauda a ſucceſſione Monarchiæ Hiſpanicæ excludebatur: Viennæ vero Leopoldus Imperator die duodecima Septembris omne ſuum jus in Hiſpaniæ Regnum in Carolum Archiducem Filium ſuum ſecundo genitum, annuente Joſepho Romanorum Rege ſolemni renuntiatione tranſtulit, eumque Hiſpaniæ Regem declaratum die

vige-

vigesima ejusdem Mensis per Hollandiam & Angliam, quorum classibus deferendus esset, in Lusitaniam præmisit, ipso Rege Petro II. Cæsareas partes jamjam amplexato. Appulerat bonis avibus Carolus Ulyssipone die nona Martii anno sequenti, quo Lusitani cæso Ronguillo Castilliam usque progressi fusis quinquies mille Gallo-Hispanis quinque urbes interceperunt, & Anglo-Batava classis, quæ Archithalasso de Roock, Carolum deportaverat, Gribaltaram arcem natura & arte munitissimam quarta obsidionis die quarta Augusti expugnavit. Sæc. XVII. A. C. 1703.

## §. XXXIII.

## *Ragotsii rebellio in Hungaria.*

Leopoldi Cæsaris rebus oppido infesta erat Hungarorum rebellio, quæ hoc anno in apertas flammas erumpens, ab Austriæ finibus per Hungariam ad Valachiæ & Moldaviæ limites perniciem, excidiumque propagavit: Illius Auctores erant Albertus Kisius, Etseus, Pappus, Bigeus pluresque alii perditæ vitæ homines, qui vitam universam in sceleribus, animum in latrociniis & sanguine, mortemque in gehenna degentes, in denso quodam saltu primum concitandæ rebellionis *Theatr. Europ. t. 16. pag. 166. Wagner Hist. Leopold. l. 18.*

Sæc. XVII. A. C. 1703.

consilium cepere: Peropportunam Regnum turbandi facultatem maleferiatis suppeditabat, Cæsarearum legionum ex Hungaria in Italiam Bavariamque deductio: nec anxiæ inquisitionis erat, conjurationis Principem seligere: Ragotsius enim e captivitate in Poloniam profugus seditionis telam, quam nuper adorsus erat, unacum Berczenio Comite retexere intentus, Pappum & Bigeum in Poloniam missos veluti Legatos summo jubilo excepit, proxime in Hungariam subsecuturus. Interim Galli per Poloniam trecentos partim Tribunos, partim pyrobolarios atque Architectos militares Ragotsio submisere, rebelles pariter prope Mongatsinum & Cassovium magno numero confluxere, Gallicoque auro & vi quamplurimos ad sua signa pertraxere, Ragotsio propediem venturo obviam ituri: Verum Karolyus Comes ex fidis Comitatibus milites conscribit, ac seditiosos inopinato adorsus, centum septuaginta interficit, captisque tribus vexillis ceteros in sylvam dispellit. Exeunte Mense Junio Ragotsius e Polonia in Hungariam delatus, mox cum duobus millibus ad Mongatsinum agrum grassari cæpit, a Montecuculo tamen pene captus cum suis ad Sylvam retrocedere compulsus est: Nihilominus aucto rebellium

bellium numero die prima Auguſti Cal- Sæc. XVII.
viam, Somliam, Relliniam, aliasque ur- A. C. 1703.
bes & arces deditione cepit: felixque hic armorum ſucceſſus univerſam pene Hungariam Superiorem in perditionem nefandam pertraxit; cujus exempli labe etiam Tranſylvani ad defectionem incitati fuere. Ad calamitatis cumulum acceſſerat, quod etiam Karolius, Cſackius & Beckerius Comites antea fideliſſimi ad rebellium ſigna tranſirent, & Berczenius inferiorem quoque Hungariam in rebellionis ſocietatem pertraxiſſet, ac Leutſoviam, montanasque urbes ſibi ſubjeciſſet. Obſtiterat quidem Schlickius Comes Paſſavio evocatus, ceperat quoque Levam urbem cum ingenti præda, armorumque apparatu: aſt ad Veteroſolium male mulctatus, Berczenio Auſtriæ ac Moraviæ limites fæde depopulandos relinquere coactus eſt. Atrocius autem rebellio in Hungaria cis Danubiana deſæviit, perduelles enim glaciati Danubii beneficio ad ipſa etiam Viennæ ſuburbia graſſabantur, pluribusque urbibus captis, incenſisque ſtragem terroremque late circumferebant: Rapidiſſimum rebellionis curſum ſtiterat Heiſterus jam multis antea victoriis clarus, qui Karolyo ad Albam regalem cæſo ſeditioſos a Moraviæ, Auſtriæque limitibus depu-

Sæc. XVII. A. C. 1703.

depulit, domitisque Cis - Danubianis rebelles ad Jaurinum ingenti clade protrivit: Tandem de ineunda pace agitur, proponuntur utrinque conditiones, aſt præter quindecim dierum inducias impetratum nihil: rurſus igitur in intima patriæ viſcera graſſari cæptum: Præprimis vero Heislerus perduellibus ad Tyrnaviam magna clade affectis citimam Hungariam denuo ad officium redegit, exarmatisque Cis - Danubianis perduellium conatus haud parum fregit. In Tranſylvania vero rebelles ex ipſis ſuis cladibus renaſci videbantur, quos tamen Rabutinius prope Claudiopolin fudit, fugavitque, urbemque mænium parte nudavit. Poſtquam vero Ragotſius cum exercitu quinquaginta ferme millium rurſus in Tranſylvaniam penetraverat, captis pluribus urbibus, earumque præſidiariis contra datam fidem trucidatis, in Sclavoniam irrupit, ubique inhumanæ crudelitatis veſtigia relinquens. Tenuit hoc bellum ſeu potius miſerrimi Regni Hungarici devaſtatio integrum omnino ſeptennium, non ſine maximo Religionis, Domusque Auſtriacæ detrimento.

§. XXXIV.

Sæc. XVII.
A.C. 1703.

## §. XXXIV.

## *Tumultus Polonici.*

Atrocius adhuc erat bellum, quod Carolus XII. Sueciæ Rex, qui ſuis deſideriis, fama, & armis univerſum pene mundum, nunquam vero ſeipſum implevit, ſatiavitque, Polonis intulerat. Hic enim in Livoniam irrumpens, Poloniæ Regem, eoquod cum Moſcoviæ Duce fœdus iniiſſet, hoſtiliter invaſit, cæſisque Saxonibus Curlandiam & univerſam ferme Lithuaniam inteſtinis Procerum diſſidiis jam antea ſciſſam armis ſuis ſubjecit. Indixerat Fridericus Auguſtus Poloniæ Rex Varſaviæ comitia, in quibus domeſticæ diſſenſiones die decima nona Januarii tam feliciter fuerunt compoſitæ, ut Rex inde ſperandam totius Regni tranquillitatem Pontifici nuntiaret, ab eoque die quinta Auguſti gratulatorias reciperet literas. Verum ea ſpes brevi evanuit; cum enim Rex quædam officia Proceribus Reipublicæ minus acceptis diſtribueret, recrudeſcentibus diſſidiis, alius Varſaviæ conventus habebatur, in quo ſancitum, per Legatos ad Sueciæ Regem decernendos eundem eſſe rogandum, ut cuncta juxta Olivenſem pacem ad priſtinum ſtatum redi-

*Voltair. hiſt. de Charl. XII lib. 2.*

Sæc. XVII. A.C. 1703.

redigere ac Curlandiam reddere velit: Sueciæ Rex impotenti ditiones ſuas protendendi libidine agitatus, nec hoſce Legatos, nec Königsmarckiam Comitiſſam a Rege Polono ſubmiſſam audire dignatus, Vizdomium Poloni Cubicularium cuſtodiæ dedit, mox etiam cum ſuis copiis ad interiora Lithuaniæ penetrans, Vilnam urbem cepit, totamque regionem inhumanis exactionibus exhauſit. Rurſus Poloni Oratores Grodnam profecti, Suecum ad pacis conſilia inclinare nitebantur; hic vero Polonos, ut ſuas vires contra Auguſtum Regem Suecis jungerent, ſollicitabat, cauſſatus, quod Poloniæ Rex in Reipublicæ damnum ſeorſum pacem inire, & inita pacta violare molitus ſit, ipſe vero Sueciæ Rex Reipublicæ commoda & quietem tueri intentus eſſet, proin ambo contra Auguſtum tanquam communem utriusque hoſtem arma jungerent, eoque exauctorato novum Regem eligerent. Enimvero Radieowskius Cardinalis ac Regni Primas per Pontificis literas excitatus, ne hoſce tumultus fovere videretur, ab hoc propoſito, ac ulteriore Regni invaſione Polonos amovere nitebatur: Pontifex quoque Poloniæ Regem, Senatores & equites impenſe hortabatur, ut ſedulo pro-

Sæc. XVII. A. C. 1703.

prospicerent, ne quid in perniciem animarum, vel in Catholicæ Religionis damnum fieret. Verum Sueciæ Rex haud ignarus, hunc ipsum Cardinalem, & Nobilium non paucos Augusto minus propensos esse, motis castris Varsaviam versus contendit, initoque prælio Klitsoviæ Polonos & Saxones ingenti clade protrivit, & Cracoviam intercepit. In hisce rerum angustiis Poloniæ Rex Cæsaris Danique Regis opem implorans, ad diem quartam Februarii hujus anni comitia Mariaburgi habenda indixit, ad quæ tamen Primas, etsi iterum iterumque rogaretur, venire recusabat, aliaque Procerum comitia ad vigesimam ejusdem Mensis diem Varsaviæ haberi jubebat. Eapropter Rex, cum nonnisi armis sceptrum suum conservari posse cerneret, militum delectus ubique haberi præcepit, sibique adversantes conciliare studuit: Præverterat tamen hosce conatus Sueciæ Rex, qui die prima Maij Pultusciæ rursus Saxones & Polonos profligavit. Nihilominus Lublini habebatur Conventus, in quo Regis fautores Primatem tanquam Regni Proditorem multis convitiis oneratum ad denuo præstandum Regi fidelitatis sacramentum adegerunt, bellumque totis viribus contra Suecos, eisque adhærentes gerendum

nec

Sæc. XVII. A. C. 1703. nec de exauctorando Rege cogitandum esse decreverunt: Inde exacerbatus Carolus Rex Thorunium obsidione cepit, & Dantiscanis & Elbingensibus immensum tributum imperavit, cunctisque Lublinensis conventus pacta servaturis extrema quæque interminatus est. Ceterum Pontifex, cum Primatem Regni Proceribus Polono Regi adversantibus accessurum timeret, hæc ad eundem die vigesima secunda Septembris perscripsit: „Multo acerbiori „dolore conficimur, dum a privatis „studiis, imo ab omni prorsus conten„tione non haberemus immunes illos, „qui præcipuis Ecclesiæ dignitatibus „ornati, & tanquam lucernæ in con„spectu populi constituti, exempla le„nitatis, & sinceræ in Domino di„lectionis, ac imprimis pietatis, & „Zeli pro Catholicæ fidei incolumitate „ubique præbere tenentur, quo fit, ut „Te, quemadmodum alias pluries hor„tati sumus, sic nunc etiam, atque e„tiam obtestemur, atque pro paterna „nostra charitate moneamus, ut sicut „gradu cæteros omnes antecellis, ita „eos per tua vestigia ad commune bo„num perducere cures, ac eo demum, „quo par est, Zelo incumbas compa„randæ Regno ipsi, atque Charissimo „in Christo Filio Nostro Augusto Poloniæ „Regi

„Regi, tranquillitati ac Paci; cum e- Sæc. XVII.
„nim perſpecta ſit omnibus auctoritas, A. C. 1703.
„quam apud Rempublicam ob dignita-
„tem, qua decoraris, obtines, fieri
„vix poteſt, ut adverſi aut ſecundi
„caſus, qui iſthic ſubinde contingent,
„Tibi potiſſimum non adſcribantur.
„Movere autem Te imprimis debet
„Dei cauſſa, quæ hic tam manifeſte
„agitur, in qua ſi quæ minus diligen-
„ter, quam decet, præſtiteris, nonne
„Deus requiret iſta? ipſe enim novit,
„abſcondita cordis. Age itaque, &
„dum tui muneris debitum implere ſa-
„tagis, tui etiam nominis ſplendori
„conſule, ac cura, ut Tibi Patria per-
„petuo debeat eam felicitatem, quam
„maxime nunc expetit, Nobisque de-
„mum hoc ſolatium in ſollicitudine,
„quam in tanta Chriſtianæ Reipublicæ
„perturbatione gerimus, conciliare ne
„prætermittas.„

## §. XXXV.

## *Diverſæ Clementis XI. Conſtitutiones ac geſta.*

Jam ſupra adduximus Clementis XI. Bullam, qua duodecima Februarii die famoſum *caſum* conſcientiæ damnavit, cujus Bullæ necnon ſententiæ die 23. Octobr. 1668. pronuntiatæ exe- cutio-

*Bull. magn. Conſt. Clemens XI. Conſt. 12. Epiſt. Clem. XI. Vid. ſupra t. 66. pag. 714.*

Sæc. XVII. A. C. 1703

cutionem Franciæ Rex publico edicto præcepit, atque impoſito ſilentio cunctos libros circa hoc argumentum editos proſcripſit. Paruere Epiſcoporum potiſſimi, qui hanc Papæ Conſtitutionem promulgarunt, Pariſinum autem, Aquenſe ac Burdegalenſe Parlamenta horum Præſulum edicta ſuppreſſerunt. Ita nempe Parlamenta minas, & mandata Regis ſui ſpernere aſſueverunt ſub obtentu tuendi libertates non Eccleſiæ, ſed potius Regni & Parlamentorum: Ceterum ex aliis ſummi Pontificis Conſtitutionibus, & Epiſtolis nonniſi paucas ſeligimus, quas inter celebrior eſt Bulla Jubilæi, quod die quarta Januarii Chriſti fidelibus Italiæ & Inſularum adjacentium Divinam in præſentibus belli neceſſitatibus implorantibus indulſit. Edidit quoque plura decreta, quibus ſceleribus liberius Romæ graſſantibus obicem poſuit, & Cardinalibus injunxit, ut ſuos famulos Chriſtianæ doctrinæ præceptis melius inſtrui curarent; hancque in rem per omnes Eccleſias libellos Chriſtiana dogmata continentes pro inſtituendis rudioribus diſtribui, ſimulque otio deditos, aut de perverſa doctrina ſuſpectos atque inter eos Comitem de Teſno aliosque cuſtodiæ tradi juſſit, declaravitque, quod Confeſſarii poſſint juber

juberi ab Episcopo, ut denegent absolutionem Parentibus valde contumacibus quoad Filiorum educationem in rebus ad animarum salutem pertinentibus. Die autem vigesima septima Januarii Joanni Archiepiscopo Mexicano injunxit, ut Didacum novæ Segobiæ in Philippinis Insulis Episcopum, qui a die suæ inaugurationis alibi moram traxit, ad residendum in sua Ecclesia compellat. Cum autem Daniel Archiepiscopus Aquensis Pontificia mandata, quibus ei Regularium visitatione interdicta, censuras ab eo latas tollere jussus erat, flocci haberet, seque Concilii Tridentini auctoritate & quarumdam Diœcesium consuetudine perperam tueretur, ac insuper hoc anno in Ecclesia PP. Carmelitarum effractis sacri hujus loci foribus, adjunctaque sæculari potestate visitationem habuerit, hinc Pontifex die decima tertia Februarii, hæc Archiepiscopo non licuisse, proin omnia hucusque acta omnino irrita, nullumque Regularium exemptioni præjudicium inde illatum esse, & Regulares libere ac licite Divina officia & Sacramenta ministare, eaque in dictis Ecclesiis celebrari posse declaravit: Sub idem tempus nuntiatum erat Pontifici, quod Maximilianus Emanuel Bavariæ Elector cum copiis suis Neoburgensem

Sæc. XVII. A. C. 1703.

Sæc. XVII. A. C. 1703.

Urbem invaserit, atque Electorale Palatium, in quo non modo Palatini Electoris Vidua gravi senio pressa, Imperatricis, pluriumque Reginarum & Principum Mater, sed etiam ejus Filius Episcopus Augustanus degebant, tormentis quatere jusserit, Pontifex igitur Sacerdotalis honoris dignitatem immunitatemque fuisse violatam ratus ad Mariam Casimiram Poloniæ Reginam Viduam Bavari Electoris Socrum die tertia Martii literas dedit, quibus eam hortabatur, ut hanc injuriam congrue sarciri curaret: parem quoque læsæ immunitatis reparationem ab Imperatore fieri die septima ejusdem Martii petebat, eoquod ejus milites propter Bononiam incursionem atque executionem more militari non sine prætensæ libertatis, atque immunitatis ditionis Ecclesiasticæ competentis violatione ac Pontificiæ auctoritatis contemptu fecissent: Præterea die vigesima quarta præfati Mensis Didacum Manilæ Archiepiscopum hortabatur, ut in regionibus prope Insulas Philippinas recens detectis proferendæ Evangelicæ veritatis curam haberet, earumque animarum saluti prospiceret. Hoc item anno Joannes Patriarcha Alexandrinus Abrahamum de Anna Romam ablegavit, ut summum Pontificem de Patriarcha

triarchæ ſtudio ac devota in Sacram Sedem voluntate certiorem redderet, hinc Pontifex datis undecima Aprilis die literis eundem hortabatur, ut nulla ſe difficultate præpediri, nulla cunctatione detineri patiatur, quominus ſtatim & aperte declararet, velle ſe eandem fidem cum Eccleſia Catholica, & Romano Pontifice firmiter tenere: hanc in rem Pontifex fidei confeſſionem ad eum transmiſit, petens, ut illam manu ſua ſubſcriptam, quamprimum licuerit, Romam remitteret. Præterea Perſarum Regem enixe rogabat, ut Stephanum Naxivanienſem Armenum præſidio & favore contra illos, qui eum ab obeundis muneris ſui functionibus impedire poſſent, communire velit & Catholicis dirutas Eccleſias inſtaurare permittat, necnon Mercatores Catholicos novis tributis per Regni ſui Adminiſtros prægravari prohibeat. Accuſabatur Joſephus Clemens Colonienſis Elector atque Archiepiſcopus, quod ipſus caſtra adire, & militari expeditioni intereſſe velit, quocirca Pontifex eum ab ejusmodi conſilio deducere, graviſſimis propoſitis rationibus die vigeſima ſexta Maij nitebatur. Petebat quoque Luſitaniæ Rex per Antonium Regum Jeſuitam diſpenſationem in primo affinitatis gradu pro Perſonis primæ

Sæc. XVII. A. C. 1703.

Sæc. XVII. A. C. 1703.

Nobilitatis, Regique maxime commendatis. Verum Pontifex id concedere renuit, eoquod *ejusmodi impedimentum nonnisi & forte casu, quo publici boni ratio inter præcipui tamen Ordinis Principes ita exposceret, removeri a Pontificibus non debeat.* Die autem decima quinta Septembris gratulabatur Reipublicæ Ragusinæ, quod annuum tributum Turcis pendi imperatum fuerit imminutum, factaque intermissæ per aliquot annos solutionis venia. Cum autem Joannes Ernestus Archiepiscopus Salisburgensis, Lusitaniæ Rex & Herbipolensis & Paderbornensis Episcopi marmoreas Statuas SS. Thomæ, Philippi, & Joannis Apostolorum pro ornanda Ecclesia Lateranensi collocari curarint, hinc Pontifex eorum pietatem, ac munificentiam datis literis commendabat, simulque die decima tertia Octobris Christianum Augustum Saxo - Citiensem Episcopum Jaurinensem hortabatur, ut Acatholicorum militum Bonnæ hospitantium, qui suæ sectæ exercitia in ipso Electoralis Palatii Sacello peragere præsumpserunt, licentiam cohiberi curaret. Denique cum Angelus Visinus Judæus Liburno Romam contendens, se Baptismum suscipere velle declarasset, & Pontifex eum propria manu sacro fonte im-

posito nomine Clementis Cosmi Albani abluisset, Cosmum magnum Etruriæ Ducem rogabat, ut Neophyto huic, ejusque rebus adesse, & ejus uxorem, ac filiam, si illius vestigia sequi intendant, ita juvare velit, ut id exequi non impediantur. Sæc. XVII. A. C. 1703.

## §. XXXVI.

## *Plures Sacrarum Congregationum decisiones.*

Inter alia plura SS. Congregationum decreta die duodecima Martii statutum legimus, quod Collegiata sæcularis præcedat Collegiatæ Regulari: inculcatum quoque omnibus Ecclesiæ Cathed. vel Collegiatæ inservientibus, ut in Choro cum omni reverentia, silentio ac modestia assistant, & sine præcipitatione vel obtruncatione verborum psallant. Die autem vigesima sexta Martii S. Congregatio Propagandæ fidei Vicariis Apostolicis & Missionariis in Anglia injunxit, ut sæcularibus, politicisque negotiis nequaquam sese immiscerent, sed Evangelico duntaxat ministerio intenti sint. Declaratum quoque die duodecima Junii a S. Immunitatis Congregatione, quod duntaxat ad locorum Ordinarium pertineat recognitio Brevium Indulgentiarum a *Bull. magn. pag. 24. Const. S. Congr. Rit. Concil. &c.*

Sæc. XVII. A. C. 1703

Papa recens conceſſarum, & ſine eorum auctoritate nullus illas publicare poſſit, non obſtante exemptione, etſi pro Regularium Eccleſiis concedantur. Inſuper die decima octava Julii S. Inquiſitionis Congregatio libellum, cui titulus, *Loteria ſpiritualis pro animabus purgatorii* ſuppreſſit, non propter ſuffragia pro iisdem animabus, ſed propter præfatum titulum & modum, qui eſt profanus & Chriſtiana pietate indignus. Reſpondit etiam die decima octava Auguſti S. Concilii Congregatio deſuper interrogata, quod Nuntius Apoſtolicus non poſſit concedere Indultum, vi cujus Miſſæ celebrandæ in loco a Teſtatore deſignato alibi celebrentur. Eadem quoque Congregatio die decima quinta Decembris prohibuit, ne Epiſcopi in aliena Diæceſi & extra domum propriæ habitationis in privatis laicorum ædibus Altaria erigant, ibique per ſuos Sacellanos Miſſam celebrari curent, & ne Regulares in privatis Nobilium Oratoriis celebrent, vel plures Miſſas, quam indultum eſt, vel abſentibus, quibus hæc gratia eſt conceſſa, vel extra debitas horas & poſt meridiem vel diebus alias prohibitis celebrent. Statutum quoque, ne Eremitæ per Urbem vagentur, ſed ſeſe recipiant ad loca eis aſſignata, nec

nec habitum cujuscunque Religionis deferant, nisi sint Tertiarii. Sæc. XVII. A.C. 1703.

## §. XXXVII.

## *Concilii Provincialis Albani decreta.*

Hoc item anno Clemens XI. Pontifex Maximus Vincentio Zmaievich Antibarensi Archepiscopo ac totius Regni Serviæ Primati, necnon Apostolico in Albania Visitatori præcepit, ut Albanæ Provinciæ Ecclesias visitaret. Hic ergo Pontificiæ voluntati morem gerens, cum non paucas corruptelas irrepsisse nosceret, Dominica secunda post Epiphaniam in Ecclesia S. Joannis Baptistæ de Merchigne Alexiensis Diæcesis Provincialem seu Nationalem celebravit Synodum, cujus decreta anno hujus sæculi sexto ex Typographia S. Congregationis de Propaganda fide latino sermone prodierunt, in quatuor partes divisa: Statutum igitur, ut Apostatæ a fide Catholica ad Mahometismum transeuntes ad Sacramentorum participationem non recipiantur, nisi facta prius abjuratione publica: qui vero non reipsa, sed duntaxat se a fide vera defeciisse fingunt, proin in Turcarum consortio Turcico more vitam degunt, ab hac communione excludantur: Sancitum quoque, quod interrogatus de *Manst. t. 6. supplem.*

Sæc. XVII. A. C. 1703

fide a judice publica auctoritate suffulto non possit tacere, aut ambigue respondere, sed aperte fidem Catholicam etiam cum vitæ periculo profiteri teneatur. Parochi autem sedulo inculcent, quod in sola religione Catholica salutis securitas agnoscatur, nec in festorum celebratione, jejunio & abstinentia & Sacramentorum administratione Græcorum schismaticorum, sed Romanæ Ecclesiæ ritus observentur. Damnat etiam Synodus schismaticorum legem, parvulos urgente quoque necessitate nonnisi a Sacerdote baptizandi: prohibet, ne Turcarum filii, ut a fætore, comitiali morbo &c. liberentur, a Sacerdotibus Catholicis ficte adhibita Baptismi materia sine forma baptizentur, aut in Confirmatione Turcæ vel schismatici Patrinos agant. Eliminat consuetudinem, qua nullus ante vigesimum ætatis annum confiteri permittitur. Arceri præcipit a Sacramentorum usu eos, qui concubinarii sunt, vel cum Turcis matrimonia inierunt. Episcopis mandat, ut quolibet saltem biennio suam Diæcesin visitent, & de illius statu S. Congregationem de propaganda fide certiorem reddant, Ecclesias autem omnes peractis Sacrorum solemnibus claudi curent, ne latronum, Turcarum, vel

ani-

animalium sordibus contaminentur: Parochi vero in diebus festis in Parochialibus Ecclesiis celebrent, dummodo velo obtegantur, si autem hoc scissum est, & collapsa Ecclesia, tantum sereno tempore ibidem, turbido autem in decentiori loco Parochialium ædium celebrent. Denique cetera partis quartæ decreta Parochorum vitam & honestatem, Missionariorum obedientiam & Albaniæ scholas respiciunt. Sæc. XVII. A. C. 1703.

## §. XXXVIII.

### *Plures pernicioſæ doctrinæ libri ab Atrebatenſi Epiſcopo proſcripti.*

Hoc item anno Atrebatensis Episcopus doctrinæ moralis puritatem conservandi studio animatus, edictum promulgavit, quo Patris Jacobi Platelii Jesuitæ *Synopsin Theologiæ practicæ* proscripsit, simulque alio edicto opera omnia moralia P. Georgii Gobat ejusdem Societatis censuris perstrinxit.

Die etiam tertio Octobris Parisiensis Universitatis Rector, Regis Franciæ jussu convocavit Philosophiæ Professores, eisdem declarans, Christianissimi Regis voluntatem esse, ut omnes decreto Anno evoluti sæculi nonagesimo primo contra undecim errores e Philo-

sophiæ

Sæc. XVII. A. C. 1703.

sophiæ scholis deturbandos morem gererent: Hoc autem decretum jam supra Lib. CCXI. pag. 34. adduximus, specialiter autem quatuor hasce propositiones Rex scholis eliminari voluit, scilicet. I. Æternitas Dei est successiva. II. Spiritus extensus est ita, ut totus extra totum sit, licet ejus extensio non tota extra seipsam omnino sumptam sit. III. Extra mundum quædam spatia positiva sunt, quæ ab immensitate Dei non distinguuntur, quare Deus revera est extra cælos. IV. Locus sumitur ex comparatione cum immensitate Divinitatis: tota extra se ipsam totam posita est.

## §. XXXIX.

## *Petri Bonzii Cardinalis obitus.*

*Vit. Card. t. 1. p. 27. Vid. supra lib. 64.*

Obiit hoc anno Petrus Bonzius Cardinalis in Etruria quidem natus, sed in Galliis enutritus, qui omnibus amabilis, colloquio jucundus, moribus gravis & comis, atque prudentia eximius, apud Mariam Medicæam Franciæ Reginam plurimum gratia valebat, ejusque opera a Ferdinando II. Magno Etruriæ Duce Orator apud Aulam Francicam renuntiatus, Cosmi III. nuptias cum Aurelianensi Principissa conciliabat. Obeunte ejus Patruo

truo Clemente Bletteranum Episcopatum adeptus, Regis nomine a Mazarino Cardinale ad Venetos Legatus decernebatur, ubi Franciæ res ac commoda tanto ardore procurabat, ut primo Tolosanum, & postea Venetiis redux Narbonensem Archiepiscopatum in negotii bene gesti præmium obineret: Paulopost a Galliarum Rege Romam, annoque sequenti in Hispaniam, & demum in Poloniam Orator decretus, novum Regem Michaelem sua agendi dexteritate tam arcte sibi devinxerat, ut eum non modo Gallicis partibus addictissimum redderet, sed insuper ad ejusdem Regis preces a Clemente X. Romanam Purpuram meritorum pretio mercaretur. Inde in Franciam redux, Reginæ ab Eleemosynis erat, ac Regis gratia excidere veritus, Regalium jus ad Alectensem & Apamiensem Ecclesiam, aliasque extensum fortiter propugnabat, propterea ab utroque Episcopo acribus literis exagitatus: Tandem Aulæ, rerumque mundanarum tædio affectus, soli Deo pietatisque exercitiis totum sese dicabat, atque ad Narbonensem Ecclesiam suam reversus, ibidemque iterato apoplexia correptus, die undecima Julii pie in Domino obiit: Carpitur, quod immodicæ pompæ & fastui aliquamdiu addictus,

Sæc. XVII. A. C. 1703.

Sæc. XVII. A. C. 1703.

dictus, erga Hugonotas ad fidem conversos nimium indulgens fuisset, nec eos, ut Missæ sacrificio interessent, adstringere voluerit, imo ab eisdem suos filios abstrahere jussus, severa hæc Regis mandata nonnisi invitus, obortisque pene lacrimis executus sit, vel quod teneræ nimis, mitisque indolis esset, vel quod hæreticos ratione convincendos, non autem ferro & flamma cogendos esse, sibi firmiter persuasum haberet.

## §. XL.

## *Principum atque Illustrium fata.*

Novo luctu Augustissimam domum Austriacam impleverat hoc quoque anno obitus Mariæ Josephæ Antoniæ, quæ Leopoldi I. Imperatoris Filia die quarta Aprilis decimo sexto ætatis suæ anno ex variolis Viennæ decessit: ejusdem itineris comitem habuit Carolinam Felicitatem Ducis Mutinensis Conjugem, quam Joannes Georgius primogenitus Ducis Saxo-Leucopetrensis Filius die quinta Martii morte præcessit. Die autem vigesima nona ejusdem Mensis Georgius Fridericus Marchio Onolsbacensis in conflictu cum Bavaris accepto lethali vulnere obiit: pari etiam fato Christianus Hano-

Hanoverans Princeps vitam glorioſe finiit, dum in prælio ad Munderkingam inter hortorum ſepimenta fuga commiltonum deſtitutus, Danubii vadum equo pertentans, die vigeſima prima Julii in medio alveo ſclopeti globo trajectus periit. Sybilla autem Hedwigis Saxo-Lauenburgica Dux ex apoplexia defuncta eſt: naturæ quoque fato conceſſit Romæ Dux de Salviati. Sæc. XVII. A.C. 1703.

## §. XLI.

## *Scriptorum Catholicorum deceſſus & opera.*

Pari etiam mortis neceſſitate vivis erepti ſunt hoc anno ex Scriptoribus Catholicis plures, qui ob lucubrationum ſuarum præſtantiam adhucdum in grata eruditorum memoria vivunt: Hos inter primus eſt Joannes Baptiſta Thiers, qui typis vulgavit defenſionem adverſus Launoy appendicem ad diſſertationem de argumento negantis, diſſertationem de retinenda in libris Eccleſiaſticis voce *Paraclitus*, librum de feſtorum dierum imminutione, ubi feſta abrogandi facultatem Epiſcopis vendicat; hic tamen liber in Judicem prohibitorum, *donec corrigatur*, Anno 1672. die vigeſima tertia Martii rejectus eſt unacum tractatu de ſuperſtitioni- *Niceron Hiſt. Erud. vol. 5. p. 87.*

Sæc. XVII. A. C. 1703. tionibus. Edidit quoque dissertationem super hac inscriptione: *Deo Homini, & B. Francisco, utrique Crucifixo* hanc Inscriptionem Franciscani Rhemenses delere jussi, hanc subrogarunt, *Crucifixo Deo Homini, & S. Francisco*, utramque tamen impugnavit Thiersius. Exstant quoque ejusdem Authoris libri sequentes: Dissertatio de Stola in Archidiaconorum visitationibus gestanda a Parochis, tractatus de expositione SS. Sacramenti, Advocatus pauperum, seu de bono usu bonorum Ecclesiasticorum, Dissertatio de atriis Ecclesiarum, factum contra Capitulum Carnutense, tractatus de Clausura Monialium, de spoliis Parochorum, Tractatus de ludis & recreationibus, dissertationes Ecclesiasticæ de Altaribus, Choris &c. Tractatus de absolutione ab hæresi, & de sepulcro S. Firmini, de lacrimis Vindocinensibus, unacum responsione ad epistolam P. Mabillonii has lacrimas propugnantis, ubi tamen haud dissimulandum, quod Author ex Philonis Judæi hisce verbis: *omnis probus liber* eruere voluerit, quod *omnis liber sit bonus*, cum tamen Philo non de libro, sed libertate loquatur. Tractatus de summe necessaria, & maxime neglecta devotione, Crisis in Historiam flagellantium, & vindiciæ disciplinarum volun-

voluntariarum, Tractatus de campanis, & Sanctitate oblationum panis & vini in Missis Defunctorum, & Apologia pro Abbate de la Trappe contra Sanmarthanum, qui tamen liber postea suppressus est. II. Carolus de Saint Evremond scripsit reflexionem in diversas hominum indoles, judicium de Cæsare, Alexandro, & Seneca, Plutarcho, & Petronio, imaginem perfecti, tractatum de propriæ utilitatis studio, de pura virtute, & de judicio hominis in medio euntis, de veteribus & novis spectaculis & tragœdiis, responsionem ad judicium Eruditorum de Baylii Dictionario. III. Carolus Maria Pica Jesuita, qui præter alia opuscula propugnavit Epistolam B. V. ad Messinenses. IV. Dorotheus a S. Renato Carmelita posteris reliquit Commentarium Theologicum, Historicum & morale in libros Regum, & in Apocalypsin præter expositionem centum sex Psalmorum cum multis digressionibus. Sæc. XVII. A. C. 1703.

## §. XLII.

## *Protestantium scripta & obitus.*

Ex Scriptoribus Acatholicis hoc anno denati sunt sequentes. I. Petrus Wernfelsius, qui vulgavit dissertationes de judicio incipiente a Domo Dei,

Sæc. XVII. A.C. 1703. de morte & Sanguine Christi, de velamine Judæorum Cordibus impendente, de Waldensibus, præter quædam exegetica. II. Fridemanus Rechmans scripsit institutiones Theologicas, Theologiam Polemicam & conscientiarum, hæresiographiam, & annotationes in Olearii Theologiam moralem. III. Bernardus Sarden edidit Theologiam Homileticam, Theologiam Symbolicam Lutheranam, Historiam Passionis & mortis J. C. Theologiam positivam, disputationes, & quædam Polemica contra Catholicos. IV. Laurentius Normannus prælo subjecit Theoduli Monachi laudes Gregorii Nazianzeni, orthodoxam confessionem Catholicæ Ecclesiæ Orientalis, & homiliam S. Joannis Chrysostomi in Joan. V. v. 19. V. Joannes Balthasar Jacobi typis edidit dissertationes de clementia, secta Jacobitarum, virtute Imperatoria, de Matre Antiochena se in fluvium cum duobus filiis præcipitante ob pudicitiam, & Philologemata Academica super Prov. XXXI. v. 6. 7. &c. VI. Andreas Peterman scripsit tractatum de principiis cognitionis humanæ, & apologiam Cartesianam contra Huetium. VII. Godfridus Jena posteris reliquit tractatum de jure Patronatus Ecclesiastico, de electione sui

sui ipsius, & de jure sacrato in S. Imperio Romano-Germanico. Sæc. XVII. A. C. 1701

## §. XLIII.

## *Responsa S. Congregationis ad quæsita ex Maigroti decreto circa Ritus Sinenses extracta.*

Tandem anno hujus sæculi quarto controversæ circa Ritus Sinenses causſæ decisio, quæ tanto tempore Universæ Europæ ac Orientis exspectationem suspensam tenebat, facta est. Quamvis enim præter Dominicanos ipse P. Adamus Schaal & P. Antonius a S. Maria Jesuitæ S. Congregationis decretum ad relationem P. Martinii Anno 1656. editum reprobassent, ac Navarretha & Maigroto testibus, ejusdem relationem minus sinceram fuisse professi essent, & quamvis S. Congregatio Anno 1669. statuisset: *Decretum anni* 1645. *esse in suo robore, neque per decretum S. Officii* 1656. *fuisse circumscriptum, sed omnino secundum quæsita in dictis dubiis expressa esse servanda*, ut jacet, & quamvis Lauræa & Mirobellus jussu S. Congregationis ad quæsitum P. Navarrethæ respondisset: Quod si obsequia illa, quæ Confucio exhibentur, sint vere politica, possint permitti, nequaquam vero, si Religiosa, qualia

*Acta causſæ Rit. Sinens. pag.* 42. *Bull. magn. Clem. XI. part.* 2. *pag.* 390. *Vid. supra t.* 66. *l.* 21. *p.* 107. *&* 207.

Sæc. XVII A. C. 1704

esse decidit S. Congregatio An. 1645 & 1669. nihilominus horum Rituum Patroni decreto anni 1656. insistentes editis variis scriptis, & extorto Imperatoris Sinensis assensu usum Rituum prohibitorum propugnarunt. Unde motis identidem dubiis tandem ultimum Sedis Apostolicæ judicium accedere debuit: Præprimis ergo selecti Judices ac Theologi ad quæstiones ex Maigroti Vicarii Apostolici decreto extractas sua dederunt responsa, quæ postmodum diuturno, maturo, & sollertissimo examine jam Innocentii XII. jussu habito, ac demum mandante Clemente XI. per plures annos continuato discussa, auditis Cardinalium Theologorum, ac Qualificatorum sententiis & suffragiis, a summo Pontifice, necnon S. Inquisitionis Congregatione approbata & confirmata fuere?

Erant autem Theologorum responsa hujus tenoris, & quidem

*Super primo Articulo.*

Ad primum Quæsitum, Sacra Congregatio censuit, non esse adhibenda nomina Europæa ad significandum Deum Opt. Max. Inutilis siquidem esset eorum usus, posito quod illa Sinicis characteribus exprimi vix possint ne-

nec ullam apud Sinas rei significatæ ideam excitare valeant. Sæc. XVII. A. C. 1704.

Ad secundum respondit affirmative. Si enim illis vocibus apud præcipuam Sinensium sectam, quæ literatorum nuncupatur, nonnisi Cælum corporeum, & visibile, vel quædam Cæli virtus eidem Cælo insita designatur, quæcumque alia tandem eisdem vocibus significatio attribui valeat, abstinere ab eis prorsus debent Missionarii, ne ansam præbeant illis gentibus existimandi, nihil aliud esse Deum, quem Christiani colunt, quam Cælum corporeum, aut ejus virtutem.

Ad tertium similiter respondit affirmative, præsertim cum nulla hac in re adsit inter partes controversia.

Ad quartum sufficienter fuisse provisum in responsione ad secundum quæsitum.

*Super secundo Articulo.*

Ad primum. Attentis iis, quæ dicta sunt in responsione ad secundum Quæsitum primi Articuli, Sacra Congregatio respondit, permittendum non esse in Ecclesiis Christianorum appendi Tabellam, de qua agitur, nec jam appensam retineri. Etsi enim nefas omnino sit suspicari, quod aliqui Ministri Evangelici Tabellam hujusmodi in Ec-

Sæc. XVII. A. C. 1704.

cleſiis Chriſtianorum permittentes, alio animo id faciant, quam per inſcriptionem in ea appoſitam, non Cæli materialis, ſed Factoris ac Domini Cæli, adeoque veri Dei cultum explicandi; abſtinendum tamen omnino eſt ab illa praxi, quam, juxta ea, quæ habentur apud S. Leonem *ſerm. 7. de Nativ. Domini*, cum quis in noſtris invenerit, qui erroribus relictis Chriſtianam fidem amplexus eſt, eam ſecum partem opinionis vetuſtæ, tamquam probabilem retinere poſſet, quam fidelibus, & infidelibus viderit eſſe communem.

Ad ſecundum. Præſuppoſita inſcriptione, de qua agitur, reſpondit negative. Quod ſi loco inſcriptionis: *Cælum colito*, proponeretur alia: *Dominum Cæli colito*, eſſet hæc ſubrogatio novæ Tabellæ, non declaratio antiquæ.

*Super tertio Articulo.*

Remiſſa ad alium locum quæſtione, remittitur & ad illum reſponſio.

*Super quarto Articulo.*

Ad ſex Quæſita hujus articuli Sacra Congregatio reſpondit: Chriſtianis nullatenus, nullaque de cauſſa eſſe permittendum præeſſe, miniſtrare, aut intereſſe ſolemnibus Sacrificiis, ſeu oblationibus, quæ in utroque Æquinoctio

noctio cujusque anni Confucio, & Progenitoribus defunctis fieri solent, tamquam superstitione imbutis. Sæc. XVII. A.C. 1704.

Similiter nec esse permittendum in Ædibus Confucii, quæ eo appellari dicuntur vocabulo, quo apud Sinas Idolorum templum designari dicitur, exerceri, ac peragi a Christianis cæremonias, Ritus, & oblationes, quæ in honorem ejusdem Confucii fieri dicuntur, tum singulis mensibus in novilunio, & plenilunio a Mandarinis, seu Primariis Magistratibus, aliisque Officialibus, & Literatis, tum ab iisdem Mandarinis, seu Gubernatoribus, ac Magistratibus, antequam dignitatem adeant, seu saltem post ejusdem possessionem adeptam: tum denique a literatis, qui postquam ad gradus sunt admissi, e vestigio ad Templum, seu Ædem Confucii se conferunt.

Item non esse permittendum Christianis, in Templis, seu Ædibus Progenitoribus dicatis, oblationes minus solemnes eisdem facere, nec in illis ministrare, aut quomodolibet inservire, vel alios Ritus, & cæremonias peragere.

Demum nec esse permittendum Christianis præfatas oblationes, Ritus, ac cæremonias, prout in Quæsitis relatæ sunt, coram Progenitorum Tabellis,

Sæc. XVII. A.C. 1704

bellis, in privatis domibus, nec in eorumdem Progenitorum Sepulchris, aut antequam defuncti Sepulturæ tradantur, in eorum honorem fieri consuetas, unacum gentilibus, vel seorsim peragere, iisque ministrare, aut intereſſe; imo prædicta omnia, tamquam a superstitione inseparabilia, juxta ea, quæ in Quæsitis proposita sunt, ne quidem esse permittenda Christianis, præmissa publica, vel secreta protestatione, se non religioso, sed civili, ac politico tantum cultu erga defunctos illa præstare, nec ab eis quidquam petere, aut sperare.

Cæterum per Responsa hujusmodi non censendam esse damnatam præsentiam illam, seu assistentiam mere materialem, quam cum gentilibus superstitiosa peragentibus, citra ullam sive expressam, sive tacitam gestorum approbationem, ac quovis ministerio penitus secluso, eisdem superstitiosis actibus quandoque præstari contingat a Christianis: cum aliter odia, & inimicitiæ vitari non possint, facta tamen fidei protestatione, & cessante periculo subversionis.

Similiter nec per eadem Responsa vetari, quominus erga defunctos peragi possint alia, si quæ sint, juxta earum gentium mores, quæ vere superstitiosa

Sæc. XVII. A.C. 1704.

ſtitioſa non ſint, nec ſuperſtitionis ſpeciem præſeferant; ſed intra limites civilium, ac politicorum Rituum contineantur. Porro quænam hæc ſint, & quibus adhibitis cautelis tolerari valeant, tum Domini Patriarchæ Antiocheni Commiſſarii, & Viſitatoris Generalis in Imperio Sinarum, tum Epiſcoporum, ac Vicariorum Apoſtolicorum illarum partium judicio relinquendum eſſe: qui tamen interea omni, quo poterunt, ſtudio, ac diligentia curare debebunt, ut gentium cæremoniis penitus ſublatis, illi ſenſim a Chriſtianis, & pro Chriſtianis hac in re uſu recipiantur Ritus, quos Catholica Eccleſia pro defunctis pie præſcripſit.

*Super quinto Articulo.*

Ad tria Quæſita hujus Articuli Sacra Congregatio reſpondit: Chriſtianis non poſſe permitti, Tabellas Progenitorum, juxta Sinenſium morem, in privatis domibus retinere, cum inſcriptione, qua Thronus, ſeu Sedes Spiritus, vel Animæ N. defuncti, adeoque qua Spiritum, ſeu Animam illius defuncti ibidem aliquando ſiſti, vel reſidere ſignificetur; imo nec cum alia, qua Sedes, ſeu Thronus, adeoque idem ac priori, licet magis contracta, inſcriptione, deſignari videatur.

Sæc. XVII. A. C. 1704. Quo vero ad Tabellas ſolo defuncti nomine inſcriptas, tolerari poſſe illarum uſum, ſecluſo ſcandalo, hoc eſt, dummodo qui Chriſtiani non ſunt, arbitrari non poſſint, Tabellas hujusmodi a Chriſtianis retineri ea mente, qua ipſi illas retinent; & adjecta inſuper declaratione ad latus ipſarum Tabellarum apponenda, qua & quæ ſit Chriſtianorum de defunctis fides, & qualis filiorum, ac Nepotum in Progenitores pietas eſſe debeat, enuntietur.

Ad Quæſitum tertii Articuli huc remiſſum, Sacr. Congregatio ſatius duxit nihil reſpondere; ne alias Apoſtolica Sedes ab eo, quem in ejusmodi controverſiis Sinicis hactenus tenuit, antiquo more recedere cogatur; quo nimirum ad ea, quæ ſibi pro tempore, tametſi diverſimode expoſita fuerunt, reſponſa quidem veritatis ſemper dare, nunquam vero ſuper expoſitorum hujusmodi veritate, ſeu falſitate pronunciare conſuevit.

*Super ſexto Articulo.*

Nihil certi affirmari poſſe quoad propoſitiones enunciatas in hoc ſexto Articulo, niſi præhabitis plenioribus, & neceſſariis rerum in eis contentarum notitiis. Interea tamen committendum eſſe præfato Domino Patriarchæ

An-

Antiocheno, ut auditis Episcopis, & Vicariis Apostolicis necnon peritioribus Missionariis illarum Partium, hac in re id statuat, atque decernat, quod juxta datam sibi a Domino prudentiam Catholicæ Religionis indemnitati, atque animarum saluti magis expedire censuerit. Sæc. XVII. A. C. 1704.

*Super septimo Articulo.*

Præsuppositio, quod Sinici Libri Atheismum, & diversas superstitiones contineant, prout in Mandato Domini Episcopi Cononensis dicitur, utile non modo, ac salutare, sed & omnino necessarium fuisse monitum, de quo agitur in septimo Articulo, adeoque illud esse approbandum.

Laudandam demum esse declarationem in calce ejusdem Mandati adjectam, qua dicitur culpandos non esse illos Missionarios, qui aliam praxim ab ea, quæ in ipso Mandato præscribitur, sequi hactenus duxerunt; cum mirum videri non debeat, quod in ejusmodi materia, per tot annos discussa, & in qua, juxta diversas Apostolicæ Sedi expositas circumstantias, diversa itidem antehac emanarunt ejusdem Sedis responsa, concordes omnes non fuerint in eadem sententia. Ita proinde hac in re agendum fore, tum a præ-

Sæc. XVII. A. C. 1704.

præfato Domino Patriarcha Antiocheno, tum ab aliis, quibus superius responsorum executio injungetur, ut omnis quidem Ethnicæ superstitionis species, ejusque afflatus, juxta Tertulliani monitum, etiam de longinquo devitetur: insimul tamen Operariorum Evangelicorum in Vinea Domini strenue, ac sedulo laborantium, qui priusquam supra relata Dubia, ex solita hujus S. Sedis providentia, ac rectitudine dirimerentur, aliter senserunt, honori, ac famæ consulatur, nec tamquam Idololatriæ fautores traducantur; præsertim quia pleraque ex illis, quæ Christianis permittenda non esse, sicut præmittitur, responsum fuit, ipsi quoque se nunquam revera permisisse declararunt, nec dubitandum sit illos finita jam causa, præfatæ sanctæ Sedis mandatis, ea qua decet, humilitate, & obedientia esse obsecuturos.

## §. XLIV.

### *Decretum summi Pontificis, quo hæc responsa confirmantur.*

*Hode Hist. de Louis XIV. l. 156.*

Hæc responsa summus Pontifex Carolo Thomæ Maillard de Tournon Patriarchæ Antiocheno, & in Indiis Orientalibus & Sinarum Imperio, Commissario Apostolico & Visitatori Generali

rali submisit, ut illorum executionem apud Sinas urgeret: ipse vero Pontifex eadem responsa confirmavit, approbavitque, & in suæ mentis testimonium die vigesima Novembris hoc anno sequens decretum promulgari jussit. Sæc. XVII. A. C. 1704.

„In Congregatione Generali sanctæ „Romanæ & universalis Inquisitionis, „habita in Palatio Apostolico Quirinali, „coram Sanctiss. D. N. D. Clemente Di„vina providentia Papa XI. ac Emi„nentissimis & Reverendissimis DD. S. „R. E. Cardinalibus, in tota Republica „Christiana, contra hæreticam pravi„tatem, generalibus Inquisitoribus a „S. Sede Apostolica specialiter depu„tatis. Sanctitas sua, postquam in „pluribus Congregationibus coram se „habitis, ab ipso Pontificatus sui pri„mordio super præmissis Quæsitis, seu „dubiis Theologorum, ac qualificato„rum, ad id a sanctæ memoriæ Innocen„tio XII. deputatorum, sententias ex„ceperat: postquam itidem pluries de „iis egerat cum DD. Episcopis Beri„tensi, & Rosaliensi, Vicariis Apostolicis in Regno Sinarum, Romæ nunc „commorantibus: ac postquam demum „quidquid in ejusmodi Controversiis „Patres Franciscus Noel, & Caspar „Castner Societatis Jesu Procuratores, „&

Sæc. XVII. A.C. 1704

„& Miſſionarii Apoſtolici ejusdem Re„gni deducere potuerunt, ſeu volue„runt, audiverat: Reſponſa ſupradicta „quæ in aliis præcedentibus Congre„gationibus ſimiliter coram Sanctitate „ſua habitis, diu multumque diſcuſſa, „ac mature examinata fuerant, con„firmavit, & approbavit; illaque Do„mino Carolo Thomæ de Tournon Pa„triarchæ Antiocheno Commiſſario & „Viſitatori Apoſtolico, in præfato Si„narum, & aliis Indiarum Orientalium „Regnis transmitti mandavit, unacum „congrua, & opportuna inſtructione „deſuper facienda, ad hoc, ut tam ipſe, „quam reliqui Archiepiſcopi, Epiſcopi, „ſeu alii, qui in illis partibus Viſita„toris, delegati, ſeu Vicarii Apoſtolici „munus exercent, vel in poſterum „exercebunt, Reſponſa hujusmodi ab „omnibus, & ſingulis, nunc, & pro „tempore ibidem exiſtentibus Miſſio„nariis, cujuscunque Ordinis, Reli„gionis, & Inſtituti, etiam Societatis „Jeſu, necnon ab univerſis Chriſti fi„delibus earumdem partium, ſub pœ„nis Canonicis, ea qua decet, obe„dientia obſervari curent, & faciant; „ſuſpenſa tamen interea, juſſis & ra„tionabilibus ex cauſſis, animum San„ctitatis ſuæ moventibus, eorumdem „Reſponſorum publicatione, ſeu quavis „evul-

„evulgatione tam in urbe, quam in „aliis Europæ partibus: In contra- „rium facientibus non obstantibus qui- „buscunque. „ Sæc. XVII. A. C. 1704.

Hanc causſam esse finitam credebat Pontifex; verum horum Rituum Assertores adeo pertinaciter inhærebant suis sententiis, ut palam proferre auderent, hoc Pontificis decretum esse duntaxat conditionatum, eorumque opiniones non esse damnatas, eoquod Pontifex de eorum, quæ ab utraque parte exposita fuissent, *veritate aut falsitate* nihil decideret: qua fronte autem id in rem suam vertere potuerint, plane ignoratur, postquam Pontifex disertis verbis declarabat, quod responsa veritatis dederit, & argumenta ultro citroque proposita diu ac serio discusserit, & tandem responsa, quibus hi ritus prout expositi fuerunt, tanquam superstitiosi ac Idololatrici pronuntiantur, confirmarit, & approbarit: num forte PP. Noel & Castner ignorabant, quæ a Maigroto exposita fuere, & qualiter hi ritus apud Sinenses exerceantur, aut forte desuper interrogati coram Papa tacuerunt; ast fuere auditi in omnibus, quæ deducere voluerunt & potuere, & tamen fuerunt damnati, satis ergo de veritate & falsitate expositorum constabat, his igitur effugiis nil aliud profectum,

Sæc. XVII. A. C. 1704.

fectum, quam quod palam a nonnullis diceretur, tunc primum Jesuitas credidisse, quod Papa non sit infallibilis, eoquod in sua decisione eorum causæ adversatus esset.

## §. XLV.

## *Duacensis Universitatis Judicium de libello, cui titulus*: Confidentia Christiana.

*Argentre Coll. Jud. t. 3. p. 439.*

Jam supra meminimus, a P. Gerberonio typis vulgatum fuisse libellum, cui titulus erat, *Confidentia Christiana quatuor immotis principiis innixa, ex quibus præcipuæ veritates salutem hominum respicientes necessario profluunt.* Hunc libellum Humbertus Mechlinienſis Archiepiscopus ad Duacensem Facultatem Theologicam transmisit, petens, ut ea desuper suum proferret judicium: Igitur illa die septima Februarii hoc anno sequens promulgavit decretum: „Sacra Facultas Theologica Universitatis „Duacensis acceptis ab Illustrissimo, ac „Reverendissimo Mechlinienſium Archiepiscopo Belgii Primate literis „humanissimis, quibus invitatur, ut „judicium suum depromat super libello, „cui titulus est: *Confidentia* &c. æquissimo tanti præsulis desiderio non potuit non annuere. Quapropter præ-

„dicto

„dicto libello ea, qua par erat, dili- Sæc. XVII.
„gentia, discusso, multisque super eo A.C. 1704.
„deliberationibus præmissis, hæc di-
„cenda unanimiter censuit. 1. Pra-
„vam in eo libello tradi sententiam de
„voluntate Dei salvandi omnes ad solos
„Prædestinatos restricta, quam etiam
„author fidei dogmatibus annumerare
„non veretur. 2. Quintam hæresin
„Jansenianam, quæ in eo sita est, quod
„*Christus* dicatur *pro salute duntaxat Prædestinatorum mortuus*, ibidem aperte
„asseri, atque ex professo inculcari.
„3. Authorem proinde illius libelli ma-
„nifeste reum esse pœnarum adversus
„*iniquitatis filios* a summis Pontificibus
„latarum. 4. Prædictum libellum adeo
„non firmare spem & fiduciam Chri-
„stianam, ut potius eos actus impossi-
„biles efficiat.„

Idem hic liber die undecima Martii hoc anno Romæ nigro calculo notatus fuerat: die autem vigesima quarta Novembris Archiepiscopus Mechlinien-sis adversus Gerberonium Jansenio fa-ventem tandem judicialem pronun-tiavit sententiam.

Sæc. XVII. A.C. 1704.

## §. XLVI.

## *Launoy liber a ſummo Pontifice proſcriptus.*

*Argentre l. c. p. 444.*

Excudi fecerat Leodienſibus literis Joannes Launoyus Sorbonæ Doctor jam multis abhinc annis librum ita inſcriptum: *Vera traditio Eccleſiæ de Prædeſtinatione & gratia:* Hunc libellum poſt maturum examen Romani Inquiſitores tanquam impium & blasphemum, ac S. Auguſtino injurium notabant, quapropter Clemens XI. Pontifex eundem die vigeſima Januarii proſcripſit, edito hoc decreto: „Cum, „ſicut nobis innotuit, in lucem pro„dierit quidam libellus, cui titulus: „*Vera traditio* &c. Nuperrime vero „Venerabiles Fratres noſtri S. R. E. „Cardinales in tota Republica Chri„ſtiana contra hæreticam pravitatem „Generales Inquiſitores a Sede Apo„ſtolica ſpecialiter deputati, audita li„belli ejusmodi cenſura, illum ad mi„nus tanquam impium, blasphemum, „necnon fulgidiſſimo Eccleſiæ Catho„licæ lumini maximoque Doctori S. Au„guſtino, quinimo ipſimet Eccleſiæ, „atque Apoſtolicæ Sedi injurioſum „damnandum, & prohibendum eſſe „cenſuerint: hinc eſt, quod Nos pro „com-

„commissa nobis divinitus gregis Do- Sæc. XVII.
„minici cura, animarum periculis, at- A. C. 1704.
„que detrimentis, quæ ex præfati li-
„belli lectione & usu provenire possent,
„Pastorali sollicitudine, quantum in
„Domino possumus, occurrere cupien-
„tes, necnon Romanorum Pontificum
„Prædecessorum nostrorum, qui ejus-
„dem sancti Doctoris præcelsam Do-
„ctrinam magno semper in pretio ha-
„buerunt, totoque mentis affectu am-
„plexi fuerunt, laudabilibus vestigiis
„firmiter inhærere volentes, de me-
„moratorum Cardinalium Consilio li-
„bellum prædictum Authoritate Apo-
„stolica tenore præsentium damnamus,
„& reprobamus, ac legi, seu retineri
„prohibemus, ipsiusque libelli impres-
„sionem, descriptionem, lectionem,
„retentionem & usum omnibus & sin-
„gulis Christi fidelibus, etiam specifica
„& individua mentione, & expressione
„dignis sub pœna excommunicationis
„per contrafacientes ipso facto absque
„alia declaratione incurrenda, a qua
„nemo a quoquam, præterquam a nobis,
„seu Romano Pontifice pro tempore
„existente, nisi in mortis articulo con-
„stitutus absolutionis beneficium obti-
„nere valeat, omnino interdicimus.
„Volentes, & Authoritate præsata
„mandantes, ut quicunque libellum hu-

Sæc. XVII. A. C. 1704.

„jusmodi penes se habuerint, illum „statim, atque præsentes literæ inno„tuerint, locorum ordinariis, vel hæ„reticæ pravitatis Inquisitoribus tra„dere, atque consignare teneantur. „Hi vero exemplaria sibi sic tradita il„lico flammis aboleri curent: in con„trarium facientibus non obstantibus „quibuscunque. Ut autem eædem „præsentes literæ ad omnium notitiam „facilius perducantur, nec quisquam „illarum ignorantiam allegare possit, „volumus, & authoritate dicta decer„nimus, illas ad valvas Basilicæ Prin„cipis Apostolorum, ac Cancellariæ „Apostolicæ, necnon Curiæ generalis „in monte citatorio, & in acie campi „Floræ de urbe per aliquem ex cursо„ribus nostris, ut moris est, publicari „illarumque exempla ibidem affixa re„linqui, sic vero publicatas, omnes, „ac singulos, quos concernunt, perinde „afficere, ac si unicuique illorum per„sonaliter notificatæ, & intimatæ fuis„sent. Ipsarum autem præsentium „literarum transumptis, seu exemplis, „etiam impressis manu alicujus Notarii „publici subscriptis, & sigillo personæ „in Ecclesiastica dignitate constitutæ „munitis, eandem prorsus fidem, tam „in judicio, quam extra illud, ubique „locorum haberi, quæ haberetur eis„dem

„dem præsentibus, si exhibitæ forent, Sæc. XVII.
„vel ostensæ.„ A.C. 1704.

## §. XLVII.

## *Leopoldi Josephi Lotharingiæ Ducis edictum contra Ecclesiasticos.*

Haud levis hoc anno erat contentio summi Pontificis cum Leopoldo Josepho Lotharingiæ Duce, qui anno hujus sæculi primo Codicem seu statuta & decreta Nancæi edidit, quibus etiam Ecclesiasticos comprehendi, iis obstringi, eorumque causas profanis Tribunalibus subjici voluit: Fremebant in omnibus Lotharingiæ & Barri urbibus & pagis Episcopi, Clerici & Monachi, plena erant omnia gravissimis querelis; quin Ducis, ejusque Ministrorum animus flecti posset: Igitur Præsules, cum summum Pontificem longe acerrimum læsæ immunitatis vindicem esse nossent, ejus opem implorarunt. Nec eorum precibus deerat Clemens, qui Ducem rogare, monere, imo & minari non destitit; incassum tamen omnia, quocirca anno hujus sæculi tertio die vigesima secunda Septembris Ludovici Codicem seu Constitutiones damnavit, easque observari, legi, vel retineri inhibuit, suumque Apostolicum decretum mox executioni dari

*Bull. magn. Clem. XI. Const. 17. Epistol. Ejusd. pag. 161. & seqq.*

Sæc. XVII. A. C. 1704

præcepit: Quarto post die ad ipsum Ducem literas dedit, quibus eidem significabat, quod *hasce Constitutiones ejus nomine editas, utpote quæ non modicam bonis omnibus offensionem parere, maximamque tum rebus, tum Personis Deo dicatis, non uno ex capite injuriam afferre possent, maturo prius examine præmisso, reprobare, earumque lectionem, retentionem & usum omnibus Christi fidelibus interdicere compulsus fuerit:* Dein Ducem rursus monebat, ut hasce leges, *quas inconsulto (ut credidit,) & aliorum potius suggestione incitatus, ac subreptione deceptus promulgari permisit, quamprimum reformari, atque in iis, quæ Ecclesiæ juribus adversantur omnino aboleri juberet, hacque in re Majorum suorum exempla sequeretur.* Eadem quoque die Pontifex datis literis omnes Archiepiscopos atque Episcopos de harum Constitutionum proscriptione Pontificia certiores reddidit, eosque *excitavit, ut pro domo Dei unacum adlaborantes, Religiosi Principis animum urgeant, ut Ecclesiastica jura salva esse velit, nec illis detrimenti quicquam per suas leges irrogari patiatur. Ostendite,* suggerebat eis Pontifex, *quam turpe sit, Catholicum Principem, ac præcipue Lotharingicæ Domus tanta pietate insignis, totque etiam Ecclesiæ beneficiis aucta a primo sui regiminis limine sacrosancta Mini-*

*Miniſtrorum Dei Privilegia impetere, libertatemque violare, ac veluti Principatus initia ab Eccleſiæ injuria auſpicari. Proferte ſanctas veterum Patrum Regulas, quæ immunem a Laicorum poteſtate Eccleſiam, ac Venerabilem Clerum ubique clamant, nihilque ad ſæculi Principes in Eccleſiaſticis negotiis, præter reverentiam pertinere. Edicite non imminutis, ſed auctis potius Clericorum in ſortem Domini vocatorum Privilegiis, florere Regna, Deoque protegente, firmari, Sacerdotumque potiſſimum precibus felicitati publicæ conſuli: Denunciate, ſi opus fuerit, parata in adverſantes Eccleſiaſticæ libertati flagella ſuperni Judicis, imminentemque potentibus, qui potenter tormenta patientur, ſempiternam perniciem, ſi in Eccleſiam peccaverint, eumque conquerentem minime audierint, Demum ſi quis terminos, quos inter utramque poteſtatem poſuerunt Patres noſtri, tranſilire præſumpſerint, opponitite Vos, tanquam murum pro Domo Iſrael, & Sacerdotali pectore obſiſtite, ne quid ſub regimine veſtro derelicta Vobis a Majoribus Eccleſiæ libertate, & dignitate minuatur.*

Sæc. XVII. A. C. 1704.

Cum autem Pontifici innotuiſſet, quod in hoc Ducatu plures, ac præcipue Judices & Miniſtri damnatas haſce Conſtitutiones non modo penes ſe retinerent, ſed etiam inſuperhabita excommunicationis abs ulla alia de-

Sæc. XVII A. C. 1704.

claratione incurrendæ pœna tam in judicio, quam extra illud iis uti præsumpserint, imo etiam ex Confessariis nonnulli refractarios ad Sacramentorum participationem admiserint, hinc Pontifex die decima Maij ad omnes Lotharingiæ & Barri Præsules literas dedit, quibus injunxit, ut Ducis subditos, ejusque Ministros ad debitam obedientiam Apostolicæ suæ Constitutioni præstandam compellant, & ejusmodi Confessarios a sacro Ecclesiæ clavium Ministerio arceant, aliisque pœnis juxta Canonicas sanctiones in eos animadvertant.

## §. XLVIII.

## *Appellatio a Pontificis Constitutione a Lotharingio interposita & a Clem. XI. reprobata.*

*Bull. magn. Const. Clem. XI. p. 26.*

Verum summus Pontifex iniquissimo tulit animo, quod Lotharingiæ Dux Pontificis precibus, Præsulum sollicitationibus & querelis adeo non cederet, ut insuper ejus quoque Ministri & Jureconsulti harum legum æquitatem calamo & ore defenderent, & supremus Lotharingiæ Procurator adversus Pontificiæ Constitutionis executionem a Papa male edocto ad melius edocendum provocarit; semper enim

enim Pontifices ejusmodi appellationes siniſtro ſuſpexere oculo, etſi ipſimet Pontifices ad ejusmodi provocationes anſam dediſſe videantur; ſic enim Gregorii VII. ſæculo XI. pro diſſidio Papam inter & Henricum componendo tutam & ſecuram Synodum obtulit, & Gelaſius II. ſæculo ſequenti idem remedium Gallis propoſuit, ac denique Innocentius III. Anno 1198. ejusmodi Concilium ob Philippi Galliarum Regis matrimonium non recuſavit: inde vero Principes intuliſſe videntur, quod Pontifices, ſe in ſuis privatæ cauſſæ judiciis fors perperam fuiſſe edoctos, crediderint, ac propterea a legitimi Concilii judicio melius edoceri non recuſaverint, ac etiamnum non recuſent. Utut autem ſit, id omnino certum eſt, quod præfatus Procurator ſuæ appellationis acta publici juris fecerit, quæ etiam Pontifex, fors non ideo, quia ab ejus ſententia fuit appellatum, ſed quia in his actis multæ propoſitiones *falſæ, temerariæ, calumnioſæ, pernicioſæ, Eccleſiæ injurioſæ &c.* fuerunt inſperſæ, omnino proſcripſit, die undecima Februarii hoc anno edito ſequenti decreto: Sæc. XVII. A.C. 1704.

„Cum nos alias per quasdam noſtras „in ſimili forma Brevis literas, librum „quemdam Gallico idiomate conſcri-

Sæc. XVII. A. C. 1704

„ptum in duas partes divisum sub ti-
„tulo: *Codex Leopoldi I. &c.* damna-
„verimus, & reprobaverimus, ac legi,
„seu retineri prohibuerimus, & alias,
„prout in prædictis nostris literis die
„22. Septembris proxime præteriti ex-
„peditis, quarum tenorem præsentibus
„pro plene, & sufficienter expresso, ac
„de verbo ad verbum inserto haberi vo-
„lumus, uberius continetur; subinde
„vero ad Apostolatus nostri notitiam
„perveniisset, in vulgus circumferri quæ-
„dam folia eodem Gallico idiomate ty-
„pis impressa, quibus titulus.

*Acta Appellationis a supremo Lotha-ringiæ & Barri Procuratore contra exe-cutionem Brevis die vigesima secunda Sep-tembris editi contra Codicem Regiæ suæ Majestatis Mense Julio Anno 1701. a Sanctissimo D. Papa Clemente XI. male in-formato ad melius informandum interposita, unacum sententia de hac appellatione adhi-benda inferenda*: Nos nonnullos ex Venerabi-
„libus Fratribus nostris S. R. E. Cardi-
„nalibus, aliosque in Sacra Theologia
„Magistros, & in Decretis Doctores
„ad eorumdem foliorum examen dele-
„gimus, qui omnes folia ipsa, tanquam
„continentia Propositiones falsas, te-
„merarias, calumniosas, in praxi per-
„niciosas, Ecclesiæ injuriosas, ac Ju-
„risdictionis & libertatis Ecclesiasticæ
„læsi-

„læsivas, similiter damnanda, & pro- Sæc. XVII.
„hibenda esse censuerunt: auditis itaque A. C. 1704.
„eorumdem Cardinalium, Magistro-
„rum, & Doctorum sententiis, credi-
„tum Nobis a Domino Pastoralis curæ,
„atque vigilantiæ munus, quantum
„Nobis ex alto conceditur, salubriter
„exequi cupientes, de ipsorum Cardi-
„nalium Consilio, folia supradicta Au-
„ctoritate Apostolica tenore præsentium
„damnamus pariter, & reprobamus,
„ac legi, & retineri prohibemus, illo-
„rumque impressionem, descriptionem,
„lectionem, retentionem, & usum om-
„nibus, & singulis Christi fidelibus, e-
„tiam specifica, & individua mentione,
„& expressione dignis, sub pœna ex-
„communicationis per contra facientes
„ipso facto, absque alia declaratione
„incurrenda, a qua nemo a quoquam,
„præter quam a Nobis, seu Romano
„Pontifice pro tempore existente, nisi
„in mortis articulo constitutus, abso-
„lutionis beneficium valeat obtinere,
„omnino interdicimus.„

„Volentes, & eadem auctoritate
„mandantes, ut quicunque folia hu-
„jusmodi penes se habuerint, illa sta-
„tim, atque præsentes literæ eis in-
„notuerint, locorum ordinariis, vel
„hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tra-
„dere, atque consignare teneantur.

„Præ-

Sæc. XVII. A. C. 1704.

„Præterea eadem folia, necnon appel-
„lationem, arreſtum, aliasque in eis
„contenta quæcunque nemini ſuffragari
„poſſe, ad effectum impediendi, de-
„clinandi, ſeu etiam ſuſpendendi exe-
„cutionem præfatarum noſtrarum lite-
„rarum, quæ juxta earum formam, &
„tenorem ſervari omnino debeant, au-
„ctoritate, & tenore prædictis decer-
„nimus, & declaramus.„

Hiſce etiam Lotharingici Ducis Conſtitutionibus ſacerdotali pectore ſtrenue obſtitit Henricus Tullenſis Epiſcopus, qui multis apud eundem Ducem argumentis inſtitit, ut ab inconſulto Miniſtros Eccleſiæ vexandi propoſito deſiſteret, ac propterea idem Epiſcopus a ſummo Pontifice transmiſſis die vigeſima ſexta Januarii literis plurimum commendatus eſt.

## §. XLIX.

### *Hujus controverſiæ exitus.*

*Epiſt. & Brev. Clem. XI. p. 213.*

Perſpecta Pontificis conſtantia, Zelo ac ſeveritate Lotharingiæ Dux ad mitiora inclinare videbatur, ac propterea ad eundem literas dedit ſubmiſſione plenas, ex quibus Pontifex ea, quæ prius Ducis nomine ſcripta ac promulgata fuere, aliena potius mente & ſuggeſtione prodiiſſe conjectabat. Inſu-

per

per Dux ſuum Codicem in aliquibus emendari curavit, ſicque emendatum Pontifici transmiſit: Verum Papa vulnus libertati Eccleſiaſticæ priori Conſtitutione illatum minime ſanatum fuiſſe ratus, hunc quoque libellum die vigeſima nona Julii reprobavit datis ad Ducem hiſce literis: „Dilecte Fili, gau-„demus, quod eo ſis in ſacroſanctam „Dei Eccleſiam animo, ut ejus jura „tueri, & ſarta tecta ſervare intendas, „non convellere, aut imminuere. Id „porro, dilecte Fili (quidquid non-„nulli minus æqui rerum æſtimatores „Tibi forte ſuggeſſerint) minime præ-„ſtitiſti novo edito libello Nobis trans-„miſſo, in quo Conſtitutio, ſeu Ordi-„natio quædam ampliativa, ut nun-„cupant, continetur; ea ſiquidem con-„firmari potius primæ a Nobis repro-„batæ Conſtitutiones videntur, quam „emendari. Quare novam iſta conſti-„tutionem eidem, cui priores, cenſuræ „obnoxiam fore dubitandum non eſt. „Si igitur vere Nobis, ſi Eccleſiæ, ſi „Deo ipſi ſatisfacere velis, ut profecto „velle Te credimus, nihil agere con-„ſultius potes, quam ſi noſtris, ut ſane „probum, & catholicum Principem „decet, editis hac de re decretis obſe-„quaris, iisque omnibus, quæ adver-„ſus Eccleſiarum jura, & libertates ab „ali-

Sæc. XVII. A.C. 1704.

Sæc. XVII. A.C. 1704.

„aliquot annis in Nobilitatis tuæ ditio-
„ne innovata ſunt, prorſus abolitis, ac
„de medio ſublatis, cuncta in priſti-
„num, ac eum, in quo antea erant,
„ſtatum plene reſtituas. Id autem
„nunquam efficies, ſi mundanæ tan-
„tum prudentiæ (quæ apud Deum
„ſtultitia eſt) homines, quique ſuæ
„potius fortunæ, privatæque utilitatis,
„quam decoris, atque conſcientiæ,
„adeoque & veri commodi tui ratio-
„nem habere dignoſcuntur, audias,
„eorumque conſiliis morem geras. Audi
„potius, dilecte Fili, vocem Patris
„tui, qui vera Te charitate diligens,
„non quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu
„Chriſti, Eccleſiæque ejus quærit, &
„Tibi quærenda ſuadet, ideoque, &
„de maximo eſt Nobilitatis tuæ bono,
„ac dignitate ſollicitus, nosque mole-
„ſtiſſima hac cura exime, qui ſatis mul-
„tis, ac nimis gravibus undequaque
„oneribus premimur: Neque enim Dei
„cauſſam deſerere Nobis liberum, ne-
„que in tanta Eccleſiæ, & Miniſtro-
„rum Chriſti injuria ſilere integrum eſt,
„nec demum ipſius animæ tuæ ſalu-
„tem, quæ Nobis a Domino commiſſa
„eſt, negligere. Omnia ſperamus ab
„eximia, ac ſingulari pietate tua, quin
„etiam Nobilitatem Tuam rogamus, at-
„que obſecramus in Domino, ne Te

„eorum

„eorum abripi assentatione sinas, qui „tum maxime Te Reipublicæ quæstum „feciſſe putant, cum aliquid Ecclesiæ „detraxerint. Age igitur, dilecte Fili, „redditisque Deo, quæ Dei sunt, splen„dido avitæ pietatis exemplo, susceptı „regiminis auspicare primordia, ut „omnibus palam fiat, Te Domini Sa„cerdotes ante tribunal Christi non ac„cusatores, sed deprecatores velle, „subjectisque tibi populis nonnisi pro„pitio primum, ac favente Deo bono„rum omnium largitore, plenam feli„citatem præstolari.„ Sæc. XVII. A. C. 1704.

Paterna hæc Pontificis monita ac preces tantum effecere apud Leopoldum Ducem, ut rursus die vigesima Martii anno sequenti non modo datis literis suum desiderium excolendæ omni officio Pontificiæ benevolentiæ, suamque observantiam in Dei Ecclesiam, & Sanctam Sedem profiteretur, sed insuper Legatos suos Romam ad Papam mitteret, idem Ducis propositum testaturos, quapropter Clemens Papa die decima nona Maij has ad Ducem dedit literas: „Ex hac tua significa„tione in spem firmam adducimur, te „curaturum esse eandem voluntatem „tuam reipsa comprobare, neque pas„surum esse ulla a te filialis, ac debiti „in Nos, atque in eandem Sedem cul-

„tus

Sæc. XVII. A. C. 1704.

„tus documenta desiderari in negotio
„constitutionum, quæ isthic in lucem
„editæ fuerunt, cum probe intelligere
„possis, quod sine valde culpabili ne-
„glectu commissi Nobis desuper Officii
„fieri non poterat, quin Constitutionum
„ipsarum, & voluminum, in quibus
„illæ continentur, lectionem, retentio-
„nem, & usum fidelibus interdicere-
„mus, ex quo in eis quam plurima
„juribus ac libertati Ecclesiæ manifeste
„adversantia offendimus. Cum enim
„positi simus a Domino creditas Nobis
„oves salubriter pascere, nihil tam ad
„munus nostrum pertinet, quam ubi
„eas (oblatis propositisque noxiis pa-
„scuis) in discrimen adduci adverti-
„mus, Pastorali vigilantia incunctan-
„ter occurrere, & submoto etiam pe-
„riculo, spirituali ipsarum Saluti pro-
„vida sollicitudine consulere. Hinc
„est, quod non minus ad tuendam,
„atque asserendam, ut par est, Apo-
„stolici nostri Decreti, & Judicii in eo
„a Nobis lati auctoritatem, quam ad
„viam sternendam, cujus ulteriori rei
„ipsius discussioni, illud in primis, ac-
„que ante omnia necessario agendum
„sit, ut de medio tollantur impedi-
„menta, adversus præfatum nostrum
„decretum, non sine gravi scandalo in-
„terjecta, ipsumque decretum publice
„pro-

„prodeat, ac exacte observetur, ne so- Sæc. XVII.
„veri videatur malum, quod congruo, A. C. 1704.
„paratoque remedio illico auferri potest.
„Quod itaque alias Paterna charitate
„te hortati sumus, dilecte Filii alacri-
„ter perfice, & consiliis, ac monitis
„nostris acquiesce.„

Tandem vero Dux novam sui Codicis editionem, in qua nihil de Ecclesiasticis sed duntaxat de profano Dominio & regimine statueretur, se adornaturum per suos Legatos anno hujus sæculi sexto Pontifici significabat: id quidem pergratum accidit Pontifici, qui tamen ut ulteriori contentioni omnis præcideretur occasio, modum, quo hanc editionem fieri vellet, Duci præscripsit, hancque in rem die decima sexta Junii ad eundem has dedit literas: „Quam pro reparandis Ecclesiæ juribus,
„& pridem per ablegatos tuos, & nu-
„per datis etiam ad Nos literis obtu-
„listi, novi Codicis editio, quo nihil
„prorsus de iis, quæ ad Ecclesiam
„spectant, statuatur, sed ea tantum,
„quæ ad sæculare Dominium, & re-
„gimen pertinent, præscribantur, per-
„grata quidem futura Nobis est, &
„luculentum eximiæ pietatis tuæ uni-
„verso Catholico orbi testimonium præ-
„bitura. Verum ut tota res debito fine
„concludatur, ac integra Nobilitati tuæ

Sæc. XVII. A. C. 1704.

„gloria de ſervata Eccleſiæ libertate, „ac dignitate permaneat, neceſſarium „omnino eſſe duximus, iisdemque ab„legatis tuis jam a pluribus menſibus „ſignificari mandavimus, ut expreſſa, „& omnimoda veteris per Nos repro„bati Codicis Leopoldini, necnon edi„tarum ſubinde ordinationum, quas „additionales, ſeu ampliativas vocant, „abrogatio in eodem novo Codice conti„neatur. Ad hæc literæ illæ, ſeu fo„lia, quibus Nobilitatis tuæ nomine „Brevium noſtrorum adverſus eundem „Codicem, actumque appellationis Pro„curatoris Generalis Curiæ tuæ publi„catio in ditionibus tuis interdicta fue„rat, prorſus aboleantur: omnia de„mum edicta, atque Decreta ſive tuo, „ſive ejusdem Curiæ tuæ nomine ad„verſus Eccleſiæ jura, libertatem, & „jurisdictionem hactenus quomodocun„que edita, quæve alias Sacrorum Ca„nonum, Conſtitutionum Apoſtolica„rum, & Sacri potiſſimum Concilii Tri„dentini Sanctionibus repugnant, pe„nitus revocentur, ac de medio tol„lantur. Hæc porro omnia, quemad„modum abs te expetere, ac requirere „Paſtoralis Nos debiti noſtri neceſſitas „ipſa compellit, ita quamprimum a te „explenda, atque ut pium, ac vere „Catholicum Principem decet, æquo „ani-

„animo exequenda fore, præclara, No- Sæc. XVII.
„bisque comperta Nobilitatis tuæ pie- A. C. 1704.
„tas, Zelus, atque religio pollicentur.
„Ea vero re nihil animæ tuæ Saluti
„consultius, nihil Ecclesiæ dignitati
„æquius, nihil denique Nobis, qui te
„sincero corde diligimus, tuamque,
„dum hæc scribimus, reipsa utilitatem
„curamus, efficere jucundius poteris.
„Cum præsertim omnibus palam sit,
„tuaque etiam prudentia satis perspi-
„ciat, eo Nos loco positos esse, ut nisi
„muneri nostro deesse, graviterque a-
„pud æternum Judicem neglecti Pasto-
„ralis Officii rei esse velimus, prædicta
„omnia diutius dissimulare nequaquam
„possimus. Quamobrem Nobilitatem
„tuam rogamus, & obsecramus, imo
„& tanquam Deo adhortante per Nos
„requirimus & fidenter admonemus,
„ut poststabitis eorum Consiliis, qui
„terrena sapiunt, & quærunt, quæ sua
„sunt, non quæ Jesu Christi, nostris
„potius, qui de tua, tibique subjecti
„Populi sumus felicitate solliciti, vo-
„cibus obsecundes, deletaque omni
„querelarum materia erga sanctam Ec-
„clesiam, cujus te verum Filium pro-
„fiteris, ejusque Ministros, de quibus
„præcipit Dominus: *Nolite tangere Chri-*
„*stos meos:* ita te geras, ut, quod ma-
„xime cupimus, amore duntaxat te-

Sæc. XVII. A. C. 1704.

„cum agere, nonnisi beneficiis certare „in posterum debeamus. „

Ægerrime tamen ferebat Dux, quod suum Codicem emendatum anno hujus sæculi quinto a S. Inquisitionis Congregatione Mense Decembri Anno 1707. inter ceteros libros damnatos recensen comperiret: quocirca Pontifex anno sequenti die decima octava Januarii ad hasce Ducis querelas hæc respondit: „Probe tenemus, nos Anno 1705. die „29. Julii ad Te scripsisse: commen„dari quidem a Nobis uberes Filialis „tuæ devotionis significationes, illas„que a Nobis accipi, tanquam argu„mentum eorum, quæ a Te expecta„bamus, sed tamen horum nihil hacte„nus præstitum esse ea ordinatione, „qua confirmari potius prima a Nobis „reprobata, quam emendari videbatur, „ac propterea ordinationem illam tum „quidem editam fore proculdubio eo„dem, qua priores, censuræ obnoxiam. „Atque id postmodum evenit, cum „vulgatum est idem Decretum, cujus „publicatio eatenus dilata fuit, quate„nus præfata Congregatio sancti Officii „consueto more retento, latum de sin„gulis libris, qui in dies prodeunt, Ju„dicium tum demum profert, cum eos „quos damnandos censuit, uno eodem„que Decreto nominatim comprehen„sos

„ſos interdictos eſſe publice denunciat: Sæc. XVII.
„id quod in hoc Decreto, ſicut in ante A. C. 1704.
„actis, ſervatum eſſe, ſi tempora, qui-
„bus excuſi ſunt, conferantur, facile
„intelligitur. Quæ cum ita ſint, &
„novi nihil peractum ſit, ne dum æquo
„animo ea in re eſſe debet Nobilitas
„Tua, ſed ſane parato ad faciendum
„ſatis tum votis noſtris, tum partibus,
„quæ Tibi ipſi incumbunt. Quo vero
„id commode, ac accurate perficere
„poſſis, habeas, oportet, præ oculis
„alias noſtras die decima ſexta Menſis
„Junii anni milleſimi ſeptingenteſimi
„ſexti ad Te pariformiter conſcriptas
„literas, quibus ſi per omnia confor-
„mari ſategeris, rem totam recte con-
„ficies. Nos ſane in ſumma expecta-
„tione ſumus, ut contenta in eis exe-
„cutioni quamprimum demandentur,
„quemadmodum a Te factum iri non
„ſemel tuo nomine certo Nobis eſt af-
„firmatum, ſed adhuc quidem ea ſpe
„detenti, nihil tam cupimus, quam ut
„abrupta omni mora tuam fidem libe-
„res, noſtramque ſimul ac tuam Con-
„ſcientiam exoneres. „

Tenuit hæc controverſia usque ad annum hujus ſæculi decimum, quo tandem Dux raro admodum docilitatis, atque obſervantiæ exemplo utrumque ſuum Codicem ipſus abrogavit, no-

Sæc. XVII. A. C. 1704.

vumque Pontificiæ voluntati apprime consonum promulgari jussit, palam testatus, quod cuncta in ejus Ducatu contra Ecclesiæ jura typis edita, scriptaque, retractare, ac nulla & irrita esse, declarare paratus sit: Eapropter Pontifex die trigesima Novembris has gratulatorias literas ad eundem dedit:

„Quemadmodum ex literis, quas „Nobilitas tua die vigesima tertia Maij „millesimi septingentesimi octavi ad „Nos dedit, ubi scilicet veteri, quem „antea ediderat, abrogato Codice, no„vum promulgavit, non obscure per„cepimus, Te non alia ratione id e„gisse, quam ut Paternis nostris moni„tis obsecundares, ac filialis tuæ in „Nos, & in hanc sanctam Sedem de„votionis certum Nobis argumentum „exhiberes: Ita nunc nedum ex aliis „tuis literis nuperrime, nempe die de„cima octava labentis mensis ad Nos „datis, verum etiam ex documentis „in eisdem contentis peculiari, ac præ„cipuo animi nostri gaudio cognovimus, „hoc ipso intuitu Te adductum fuisse „ad alias insuper proferendas declara„tiones, quibus illæ, quæ hac in re „subortæ fuerant, difficultates penitus „tollerentur, simulque omnibus notum „faceres, Te in ditionibus tuis vere in„tegra

„tegra esse velle Ecclesiæ jura, quæ Sæc. XVII.
„Nobilitas tua Zelo plane non degeneri, A.C. 1704.
„ac Principe vere Catholico prorsus
„digno profitetur, statuisse se quacum-
„que occasione, vel cum suæ ipsius
„vitæ discrimine, tueri semper, ac cu-
„stodire. Quod sane gaudium nostrum
„auctum magnopere fuit propter exi-
„miam pietatem, qua non modo para-
„tum Te esse testaris revocare, delere,
„ac irritare quodcunque Edictum, ac
„quælibet acta, si quæ forte a Te, vel
„ab Administris, ac officialibus tuis
„contra rationes Ecclesiæ, post con-
„stabilitam in istis regionibus tuam au-
„thoritatem, exiisse, ac confecta fuisse
„constaret, sed illa tu ipse nunc tem-
„poris actu, reque ipsa, & cum effectu
„revocas, deles, atque irritas. Ex
„quibus Nos probe intelligentes, quo
„studio Nobilitas tua se conformare cu-
„raverit sensibus nostris dudum tibi ex-
„plicatis, post debitas bonorum om-
„nium Authori Deo gratias ex corde
„actas, Paternæ charitatis nostræ offi-
„cia a Te convertimus, illud tibi pol-
„liciti fervens in Nobis esse desiderium
„exhibendi tibi præclara benevolentiæ
„nostræ testimonia, dum interim divi-
„nam bonitatem enixe precamur, ut
„tibi liberalis esse velit eorum mune-
„rum, quibus eos affluenter ditare

Sæc. XVII A. C. 1704.

„ſolet, qui dignitatem, ac jura Eccle„ſiæ ſalva, & illæſa præſtare ſatagunt, „quod conſtanter, ac egregie factum „iri confidimus a Nobilitate tua, cui „Apoſtolicam Benedictionem peraman„ter impertimur.

## §. L.

## *Libelli in cauſſa Sebaſteni Archipræſulis a S. Inquiſitione proſcripti.*

*Cauſſa Quesnell. pag. 157.*

Jam ſupra memoravimus, quod Quesnellus Coddeo Sebaſteno Archiepiſcopo ad S. Congregationis quæſita reſponſiones ſuggeſſerit, & præfati Archipræſulis Procurator eas Romanis literis excudi curarit: cum autem in iis plurimæ continerentur doctrinæ admodum ſuſpectæ, quas pro ſua defenſione Coddeus Romæ typis vulgaverat, hinc Sacra Inquiſitionis Congregatio hoc anno adverſus eas die tertia Aprilis ſequens edidit decretum: „Sanctiſ„ſimus Dominus Clemens XI. Papa „prædictos infra ſcriptos libellos, vide„licet: *Declaratio Archiepiſcopi Sebaſteni Apoſtolici in Hollandiæ Miſſione Vicarii ſuper pluribus, quæ tum ad ipſum, tum ad illam pertinent, interrogationibus. Romæ typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ* 1701.

*Reſponſiones Archiepiſcopi Sebaſteni in Belgio fœderato Vicarii Apoſtolici ad ſcriptum*

*ptum varia accusationum capita continens jussu Eminentissimorum Deputatorum ei traditum. Romæ typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ* 1701. Sæc. XVII. A. C. 1704.

„Prævio accurato eorumdem exa-
„mine, habitaque super illis relatione
„& censuris a pluribus in Sacra Theo-
„logia Magistris ad id specialiter depu-
„tatis, necnon auditis præfatorum Emi-
„nentissimorum Cardinalium suffragiis,
„prohibendos, atque damnandos cen-
„suit, prout præsenti Decreto damnat,
„& prohibet, uti continentes doctrinas,
„& assertiones ad minimum suspectas,
„singulares, atque Ecclesiasticis Con-
„stitutionibus repugnantes, quibus
„Christi fideles in jam damnatos errores
„induci, ac pravis opinionibus infici
„possent; ita ut nemini inposterum,
„cujuscunque gradus, aut conditionis
„existat, eosdem libellos, vel eorum
„alterum ullo modo, & sub quocunque
„prætextu, quovis idiomate impri-
„mere, vel imprimi facere, aut im-
„pressos legere, vel apud se retinere
„liceat, sed illi Ordinariis locorum,
„aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus
„ab omnibus, qui eos habuerint, sta-
„tim, & cum effectu tradi, & con-
„signari omnino debeant, sub pœnis in
„Indice librorum prohibitorum conten-
„tis. Ipsum vero R. P. D. Archiepisco-

Sæc. XVII. A. C. 1704.

„pum Sebaſtenum, eoquod poſt diu„turnam, ac plenam totius cauſſæ di„ſcuſſionem Apoſtolicæ Sedi quoad ea„de quibus fuerat denunciatus, ut præ„fertur, minime ſatisfecerit, ab omni„Hollandicarum Miſſionum regimine„dudum ei, ad ejusdem Sedis bene„placitum commiſſo, & a quo nuper„ſuſpenſus fuerat, penitus removendo„Sanctitas ſua ad alterius Vicarii Apo„ſtolici deputationem in ejus locum„libere procedi, ac proinde hac de re„in Congregatione negotiis Propagan„dæ fidei præpoſita juxta ſolitum agi„mandavit.„

Aſt contra hoc S. Congregationis decretum mox in fœderato Belgio infamis prodiit libellus, cui titulus: *Defenſio Petri Coddei Archiepiſcopi Sebaſteni adverſus &c.* Hujus ſeditioſi ſcripti virus ex ſola hac Auctoris concluſione dignoſci poterit: *Ego quidem*, ſcripſerat ille, *omnia contra Sebaſtenum tam circa ſuſpenſionem, quam circa depoſitionem acta, cum jure divino, ac naturali, cum Eccleſiaſtico, humano, ac civili pugnantia, ac per conſequens nullius roboris eſſe nequaquam ambigo, nec dubitare poſſunt, qui de cauſſa ejus, & canonica judicandi forma penitius inſtructi ſunt: Sententiam quoque per ſe nullam & irritam nihil efficientiæ, aut virtutis habere univerſus Theologorum,*

&

*& Juriconſultorum cætus cooſentit: e quo invicta dialexi fluit, Sebaſtenum muneris ſui ab Innocentio XI. impoſiti plena authoritate etiammum potiri, neque hanc per molitiones ſub Clemente XI. contra ipſum injuria commotas, quidquam detrimenti cœpiſſe.*

Sæc. XVII. A. C. 1704.

Non magis moderato calamo alius ejusdem furfuris Scriptor edidit *notas in decretum, quod ſub Inquiſitionis nomine contra Archiepiſcopum Sebaſtenum circumfertur*, ubi ſententiam *ob rationes frivolas aut nullas* latam, ſcribere non erubuit: alius quoque magis petulanti & livido dente idem decretum arrodere non dubitavit, hæc ſcribere auſus: „Doctrinam Reverendiſſimi Sebaſteni „Scripturarum divinarum placitis, tra„ditionis Eccleſiaſticæ documentis, „aſſertis Patrum, & Sanioribus etiam „modernorum Theologorum ſententiis „conſonam, ac conſentientem eſſe, „tam apud me eſt perſpicuum, quam „ſolem lucere in meridie.

„Tenendum porro eſt ante omnia, „quale ſit illud *feriæ quintæ* tribunal, „quod ſplendido illo frontiſpitio *Con„gregationis Generalis ſanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis coram Sanctiſſimo noſtro Domino . . . . ac Eminentiſſimis & Reverendiſſimis Dominis S. R. E. Cardinalibus*, condecoratur, ac magnifico „illo

Sæc. XVII. A. C. 1704.

„illo verborum apparatu oculos ſimpli-
„cium faſcinat: nullas illic ſive libris
„delatis evolvendis, ſive in Doctrina
„illis contenta excutienda partes ha-
„bere ſolet ſummus Pontifex, vel Emi-
„nentiſſimi Cardinales, ſed ſcriptio in
„quæſtionem vocata traditur in manus
„unius, aut plurium Theologorum,
„plerumque Regularium, qui, ſi ſcriptio
„alicubi male tinniat, eam profligan-
„dam ſiſtunt *Congregationi Inquiſitionis*:
„ubi nonnulli Cardinales judicum loco
„ſedentes, ex auditis paucorum Regu-
„larium opinationibus, ac ſuffragiis
„ſcriptionem accuſatam cenſura percu-
„tiunt, decretum conditur, & Ponti-
„fex annuit. Ita liber judicio illi ſub-
„ditus ut plurimum calculis albis, aut
„atris aliquot duntaxat Regularium,
„qui plerumque neque in ſcripturis
„multum verſati, neque in ſcientia Pa-
„trum admodum eruditi, neque in Ec-
„cleſiæ hiſtoria, & Canonibus ejus
„perſcrutandis exerciti, ſed Theologia
„Scholaſtica duntaxat, & opinionibus
„caſuiſticis delibuti ſunt, vel immunis
„evadit, vel in tartara traditur, atque
„illud eſt magnum iſtud tribunal, quod
„ambitioſis illis ſanctiſſimi Domini noſtri
„&c. nomenclationibus inſignitur.

„Poſſet itaque Illuſtriſſimus Sebaſte-
„nus juxta irrefragabiles Eccleſiæ le-
„ges,

„ges, quæ Episcopos talibus judiciis „non subjiciunt, sententiam adversus „se distrietam, & promulgatam solius „incompetentis tribunalis titulo, tan„quam ipso jure nullam, atque irritam „abjicere, & aspernari. Sæc. XVII. A. C. 1704.

„Prosequamur Decretum. Asser„tiones Archiepiscopi præterea prohi„bent *ut singulari*, obstupescite cæli su„per hoc, & portæ ejus desolamini „vehementer.„

„Tertiam doctrinis Sebasteni notam „aspergit Sanctio, quod sint Ecclesiasti„cis Constitutionibus repugnantes: de„monstratum dilucide, non mere enun„ciatum, oportuit, quod (confidenter „assero) ut minimum inconsideranter, „& temere dicitur.

„Quarta & ultima qualificatione „assertiones Sebasteni cædit Decretum, „quod tales sint, quibus Christi fideles „in jam damnatos errores, &c.

„Ex quo prorumpit libido oppri„mendi quævis obtenta Archipræsulis „insontissimi, & fidei ejus integritatem „fuco saltem aliquo, vel pigmento „contaminandi &c.„

§. LI.

Sæc. XVII.
A. C. 1704.

## §. LI.

## *Theſes Theologicæ P. Chriſtophori Frenz Romæ & a Lovanienſi Academia proſcriptæ.*

*Hiſt. Controv. de Aux. l. 1. c. 27. Cauſſa Quesnel. p. 300. Argentre Coll. Jud. part. 3. pag. 600.*

Sub idem ferme tempus P. Chriſtophorus Frenz Ord. FF. Prædicatorum publicas expoſuit theſes de ſcientia & gratia Dei a F. Joanne Donnellyo defendendas, iisque præfixit orationem, in qua Lovanienſes Doctores hortabatur, ut Lovanienſium cenſuram pro germana SS. Auguſtini & Thomæ doctrina pronuntiatam tuerentur, & a vocabulo ſcientiæ mediæ abſterrerent: Has vero Theſes unacum *juſta refutatione Appendicis R. P. Joann. Bapt. Van der Woeſten* Lovanienſis Univerſitas die vigeſima prima Maij anno priori proſcripſit, edito hoc decreto:

„Cum ad nos delatæ fuerint *Theſes Theologicæ de Scientia, voluntate, Providentia, Prædeſtinatione, & gratia Dei &c.* octodecim paginis amplæ, quibus *R. P. Chriſtophorus Frenz ſacræ Theologiæ* „(ut aſſerit) *præſentatus, & Studii Generalis Lovanienſis Fr. Prædicatorum Regens Primarius, die 22. labentis Menſis Maij, hora 9. ante & 3. poſt meridiem* „præſidere intendit, variæque contra „illas apud nos moverentur, ac diſcu-

„teren-

„terentur querelæ; nos eas mature „examinari fecimus, & quantum per „tempus licuit, ipsi examinavimus, „cumque deprehenderimus illas in va„riis articulis scandalosas, piarum au„rium offensivas, fraternam charitatem „lædentes, & Religiosam modestiam „dedecentes, item Apocrypha quæ„dam, & per Innocentium X. Pontifi„cem Max. Anno 1654. allegari pro„hibita, insulse citantes, fædis scom„matibus, & audacibus calumniis re„fertas, necnon de Janseniana hæresi „ex professo tractantes, & non tantum „illius in Gallia & Belgio defensoribus „succenturiantes, perfricte æque ac „frivole asserendo, nullos tales in Gal„lia & Belgio existere, & nihilominus „ipsorum scripta laudando; verum e„tiam quartæ Propositionis a prædicto „Innocentio X. Alexandro VII. aliisque „Romanis Pontificibus condemnatæ „partem primam aliquoties asserentes, „denique Lovanienſibus Sanioris Do„ctrinæ Theologis temerarie insultan„tes, & sub prætextu unionis ad schis„ma excitantes, & gravioribus censu„ris dignas: hinc tenore præsentium, „& Muneris nostri Authoritate, omni„bus cujuscunque gradus, aut digni„tatis Theologis, aliisque tam Regu„laribus, quam sæcularibus, nobis sub„jectis

Sæc. XVII. A. C. 1704.

Sæc. XVII. A. C. 1704.

„jectis injungimus, ut *hanc noſtram de* „præfati *Patris Chriſtophori Frenz* Theſi- „bus *Cenſuram* ita a nobis proviſionaliter „latam, donec Sedes Apoſtolica aliter „judicaverit, ratam habentes, nullas „hujusmodi Theſes diſtribuant, ſed „frangant, lacerent. aut ad nos, ſive „Decanum noſtrum frangendas, ac la- „cerandas, quemadmodum frangi, ac „lacerari juſſimus, deferant: atque in- „terim ſub pœnis arbitrio noſtro refer- „vatis interdicimus, ne ullus diſputa- „tionibus, quas dictus *R. P. Chriſtopho- rus Frenz*, prænotato die habere inten- „dit, quocunque prætextu, aut modo „interſit: quoniam ad parendum Pon- „tificiæ & Regiæ Majeſtati, ad quam „& Theſes iſtas, & earum Authorem „ulterius remittimus, omnibus modis „amputanda ſunt temeraria irrequieto- „rum conamina Spirituum, qui Eccle- „ſiam Catholicam infandis novitati- „bus aſſidue vexant, atque perturbant.

Eædem Theſes hoc anno die un- decima Martii Romæ inter libros prohibitos recenſitæ ſunt.

§. LII.

Sæc. XVII.
A.C. 1704.

## §. LII.

## *Franciæ Regis querelæ ad Pontificem contra Sabaudiæ Ducem.*

Postquam Victor Amadæus Sabaudiæ Dux die septima Octobris anni prioris Galliarum Regi bellum denuntiaverat, moxidem Rex Vindocinensem Ducem cum valido agmine in Sabaudiam emisit, postulans, ut Dux intra viginti quatuor horarum angustias cunctas suas copias armis exueret, omnesque suas arces Helvetiis sequestri nomine traderet, secus extremam armorum violentiam experturus. Ad hæc postulata nimis dura Sabaudus nonnisi querelis ad Cæsarem, Pontificem, Anglos, Batavosque delatis respondit: Infaustam Sabaudi sortem dolebant omnes, opem ferre poterat nullus, præter Cæsarem: Equidem non defuit Pontifex literis solatio plenis, quibus die prima Januarii acerbam ejus vicem misertus ad reddendam Ducatus tranquillitatem sua officia Duci obtulit, eundem hortatus, ut cælestem interea opem sibi conciliet, huncque in finem filialis suæ erga S. Sedem observantiæ testimonia diutius desiderari non patiatur. Die autem quarta ejusdem Mensis idem Franciæ Rex prolixam admodum epi-

*Hode Hist. de Louis XIV. l. 56. Mem. de la Torre t. 4. pag. 119.*

Sæc. XVII. A. C. 1704.

ſtolam ad Pontificem transmiſit, in qu
a partibus ſuis Sabaudum defeciſſ
queſtus, eidem Duci neutralitatem ob
tulit, dummodo urbes ſuas Helveti
præſidiis muniri permittat, copiis Ga
licis liberum innoxiumque per ſuas di
tiones tranſitum concedat, atque in
ermis belli, quo Rex jura ſua in Hi
ſpanicam Succeſſionem armis tueri co
geretur, eventum præſtolaretur: U
ergo Rex eo facilius certiusque Pon
tificem ad aſſumendum mediatoris of
ficium apud Ducem inducere poſſet,
in ſuis literis memorabat, quod ipſe
met Innocentius XII. ejus Prædeceſſo
Teſtamentum Caroli II. defuncti Hiſpa
niæ Regis, necnon effectus inde ſecu
tos ſuo aſſenſu & ſuffragio comprobari
Aſt omnibus notum erat, quod Inno
centius XII. etſi a Monacienſi Princip
Gallici Regis Oratore importunius fuiſ
ſet ſollicitatus, nihilominus nequide
*partitionum*, ut vocabant, tractatus ra
tos habere voluerit, & Hiſpaniæ Re
primum die ſecunda Octobris ſuppoſiti
teſtamento, & quinta ejusdem Menſis
Codicillo ſuum chirographum appoſue
rit, tandem prima Novembris die de
functus, Innocentius autem Ponti
fex jamjam vigeſima ſeptima Septem
bris die vivis exceſſerit. Eapropte
Clemens Papa in ſuo ad Regem re
ſponſi

sponso hunc Innocentii assensum insi- Sæc. XVII.
ciabatur: Ceterum validius Pontificia A. C. 1704.
mediatione erat Cæsaris auxilium; ad-
ductis enim a Starenbergio viginti Cæ-
sareorum millibus Victor Amadæus
plura in Pedemontio loca a Gallis sibi
erepta recuperavit, quæ postea tamen
novercante fortuna rursus amisit.

## §. LIII.

## *Bellum Gallo - Bavaris infaustum.*

Interea Herbersteinius cum cæsareis copiis in Ferrarienſi agro castra metabatur, vehementer, incassum tamen reclamante Astallio Pontificio Gubernatore: postquam vero Lambergius Cæsaris Orator perscripserat, Cardinalem Spadam nomine Pontificis renuntiasse, Gallos, si violata fide Padum vi occuparint, diro anathemate percussum iri, Leiningius, qui Herbersteinio succesſerat, hoc promisso tutus Padum, Ferrarienſemque agrum deseruit: mox vero Galli noctu Padum transiere, multasque urbes occuparunt, quin e Vaticano fulmina detonarent, quapropter Pontifex collusionis suspicionem declinare haud poterat, Galli vero Mirandulam, Vercellas, Inueram, Verucas, Susam & Augustam in Pedemontio occuparunt. His in Italia gestis Galli re-

*Hist. du Princ. Eugen. l. 5. pag. 151. Span. Succeſſ. Krieg pag. 700. Lettr. Hist. Juin. 1704.*

Sæc. XVII. A. C. 1704.

cuperata Landavia, Electori Bavar
ſuppetias ferre feſtinabant, eapropte
die decima quinta Maij trajecto Rhina
viæ Rheno in Sueviam eluctati, Ta
lardo & Marcino Ductoribus, Dutling
ſeſe Bavaris junxere: Eugenius ver
Princeps nuper ex Hungaria reverſus
Annam Angliæ Reginam eo induxit
ut Marleburgo Duci negotium daret
quatenus cum quadraginta Anglorum
Batavorumque millibus ſeſe Ludovic
Badenſi Cæſarei exercitus Duci junge
ret. Hic ergo Heilbruna, ubi caſtra
metabatur, relicta, Litzhuſii ſeſe Cæ
ſareis conjunxit, Bavariæ Electorem
priusquam Tallardus accederet, op
preſſurus. Eo conſilio ad Brenzam
fluvium caſtra figere conſtituit: ne
ſegnior Bavariæ Elector compluribus
inclytus ſecundis præliis, ad priſtina ſu
caſtra Dilingam inter & Lauingam re
verſus, Comiti de Arco præcepit, u
adjacentem Donawerthanæ Urbi mon
tem Schellenberg feſtinato opere com
muniret. Exploraverat Marleburgus,
aggerem ea ex parte, quæ oppidum
reſpicit, humiliorem, imperfectumque
eſſe: illuc ergo omnem vim converten
dam ratus, die ſecunda Julii, Cæſa
reos & Anglo-Batavos in aciem e
duxit, & duodecim Bavarorum milli
altera ante ſolis occaſum hora ag
greſſus

greſſus eſt: mox Angli foſſa arbuſtis repleta, incredibili mortis contemptu inter denſiſſimas globorum procellas, in jugum enituntur & quamvis iterato a Bavara virtute repulſi eſſent, reſumptis tamen animis denuo incurſant, & accedente Badenſi Duce omni ex parte impreſſionem faciunt; prior Wirtenbergius Dux cum Equitatu ſuo in intima munimenti irrumpit, & in Gallo-Bavarorum terga incurrens, totam aciem immutat; unde hi, cum antea aperto pectore hoſtem repellerent, jam a fronte & a tergo invaſi, metuque diſſipati, qua cuique patebat ad fugam via, perumpunt, alii ac præcipue Liſtenenſes Equites gladiis ſibi viam aperientes, haud ſane fugientibus ſimiles evadunt, ceteri aut capti aut cæſi, non pauci Donawertham profugi, cum Gubernator fores aperire cunctaretur, a Mercyo & Cuſano, qui fugientibus inſtabant, interfecti, alii Danubii undis, ponte ob multitudinem rupto hauſti ſunt, inter quos etiam erat Comitis de Arco filius. Ex parte Gallo-Bavarorum cæſa fuere ſeptem ferme millia præter quingentos captos: E victoribus autem tam faucii, quam interfecti & diſperſi, haud pauciores quam quinque millia, atque inter eos primæ dignitatis Tribuni: ipſe etiam Badenſis Marchio pedem graviter

Sæc. XVII. A. C. 1704.

Sæc. XVII. A. C. 1704

ictus diu ante ipsa signa dolore aut dissimulato, aut usque ad prælii finem victo perstiterat, Marleburgus vero trajecto lyco captaque Raina totam Bavariam ferro flammaque vastavit, atque immodicis exactionibus exhausit. Accepta hac clade Elector Donawerth. urbem & annonæ apparatum incendi jussit: igne autem a Cæsareis extincto, Neoburgum & Campidunum reliquit, sub Augustæ Vindelicorum mœnibus sui exercitus reliquias colligere intentus. Paulopost novis Tallardi & Villaregii suppetiis auctus, Augusta Dilingam castra transtulit, Eugenius vero, Principe Badensi ad Ingolstadii obsidionem emisso, sese ad Appershofium cum Marleburgi copiis conjunxit, & prælium in diem decimam tertiam Augusti decrevit. Igitur Höchstati ad Danubium arbusta & fossas molestissimo itinere præter hostium tormenta emensus, prima post meridiem hora in Bavaros signa infert, verum extrema cohors, a Bavaris multa cæde dissipata, ceteras secum in sylvam abstraxit, & ægre Eugenii, Ducumque solertia e fuga retracti pugnam instaurant, non majori tamen constantia; Equitatus enim Cæsareus vehementi Bavarorum incursione ac tormentorum vi adactus, denuo præcipiti fuga terga vertit: peditatum tamen voce & exemplo

plo Anhaltinus & Eugenius Duces tam potenter incitarunt, ut Luzingano oppido feliciter occupato, in collem enisi capta tormenta in Bavaros verterent, eisdemque pedetentim retrocedentibus conferti insisterent, ac demum statione depulsos Mörslingam usque seram in noctem consectarentur. Hæc quidem dextri cornu fortuna erat: in lævo tamen laboratum diu; secundo jamjam Angli a Gallis strenue repressi, tertia demum impressione Gallorum Equitatum perrumpunt, & Hasso-Casselensis Princeps peditatum ingenti strage fundit. Tallardus territos e fuga ad prælium reducit, ordinibus autem nimium imminutis rarisque, Galli Equites condensatam Anglorum vim sustinendo impares, qua quisque posset fuga, salutem quærunt, tres ferme mille Equites flexuosos Danubii mæandros, atque an cis vel trans fluvium consisterent, ignari, a Botmari, & Marleburgi Equitibus in Danubium protrusi periere. Ipse Tallardus, dum e Pago Blintheimensi triginta octo cohortes Gallicas educere sategerat, a Brineburgo Tribuno Hassico captus est, & Clerambaldo unacum aliis tribus Gallorum millibus Danubio demersis, Blansacus, qui Clerambaldo successerat, unacum sexdecim supremis exercitus Præfectis, & duo-

Sæc. XVII. A.C. 1704.

Sæc. XVII. A. C. 1704. duodecim gregariorum millibus se captivum Eugenio & Marleburgio dedidit. Tum primum Bavariæ Elector, qui summi Ducis, simul & impigri militis partes omnes expleverat, cognita Gallorum fuga & Tallardi captivitate, ne totam belli molem in se converteret, sese retraxit: In acie cæsa aut capta sunt Gallorum & Bavarorum quinque & viginti millia, saucii quinquies mille, omnis denique bellica supellex una cum nonaginta quinque vexillis victoribus in prædam cessere: Nec fœderatis incruenta erat victoria: cecidere enim præter novem Tribunos quater mille quadringenti octoginta quinque, saucii septies mille trecenti viginti tres, dispersi ducenti septuaginta tres. Parta hac victoria, captoque Höchstadio Galli Augustam, Memingam Biberaccum, aliasque Sueciæ urbes, Bavari Straubingam, Kelheimium & Passavium deferunt, Cæsarei vero Ratisbona vi, Ulmam & Landavium, obsidionem dirigente Josepho Rom. Rege, deditione capiunt, & Gallos Treviris & Trarbaco expellunt. Tota denique Bavaria se Cæsari dedit, Bavariæ Electrice in castris ante Landavium cum Josepho Romanorum Rege ad P. Schmackeri Jesuitæ Confessarii sollicitationes in has conditiones consentiente, ut omnes Electo-

ratus

ratus Urbes munitiores unacum Kuffteinio Cæsari cederentur, excepto Monachio, ubi eversis novis munimentis, bellique tormentis Cæsari relictis Electrix cum prætoria quadringentorum cohorte, salvo etiam thesauro Electorali morari, atque ex Monacensis Præturæ reditibus vivere posset, omnes autem milites, qui Cæsari fœderatisque merere nolint, exauctorarentur, captivis utrinque libere dimissis. Electori vero Bavaro administratio Belgii, quo confugerat, sub Vicarii Generalis titulo a Philippo Hispaniarum Rege concessa est: Marleburgo autem Cæsar Mindelheimensem Dynastiam donavit, transmissoque militaris Imperii baculo admodum pretioso eum Imperii Principem creavit, adjecta epistola gratulatoria, quam ad calcem hujus tomi subjungimus. Sæc. XVII. A. C. 1704.

## § LIV.

## *Polonorum tumultuaria consilia contra Augustum Regem.*

Nova indies incrementa cepit factio eorum, qui instigante Suecorum Rege Augustum Poloniæ Regem solio deturbare moliebantur. Hi ergo die trigesima Januarii Varsaviæ comitia habent, in quibus Cardinalis Radiows- *Theatr. Europ. t. 17. pag. 223.*

Sæc. XVII. A. C. 1704

kius Regni Primas conſcenſo Regis throno fœderatorum Mareſcallum excepit, vehementer querentem, quod ejus Oratores in Lublinenſi Conventu vilipenſi fuiſſent, poſtea patriam Regiis copiis devaſtatam fuiſſe referens, ſubjunxit, ſe nihilominus Regi ſuo fidem ſervaturum, dummodo Primas patriam ab excidio præſervandi media offerret: Re ultro citroque perpenſa fœderati Poloniæ Regem eſſe exauctoratum, thronum vacare, & ſubditos ab obedientia ſolutos eſſe declararunt, eoquod Auguſtus Rex moto in Suecos bello & fœdere cum Moſcis inito regnum extremis calamitatibus involviſſet, Gallisque Oratoribus contemptis, oppreſſisque Polonis Nobilibus exteros promoviſſet, & Lutheranis in Regnum invectis incolarum calamitates Saxonicis copiis auxiſſet, ac denique ſeorſim a Republica pacem, & de immutando Reipublicæ ſtatu tractatum cum Sueco contra pacta conventa inire molitus eſſet. Eapropter Primatem rogarunt, ut Interregnum promulgaret, ac interim Regni habenas moderaretur. Die autem tertia Februarii Rex Cracoviam venit, habitoque Senatu Varſavienſes fœderatos rebellionis reos declaravit, & Jacobum defuncti Regis Filium una cum Conſtantino ejus fratre per Sileſiam

siam Varsaviam properantem, cum hunc a Sueco in novum Regem expeti nosset, rapi jussit, & in Saxoniam abduci: Ne vero hac severitate ceterorum animos exulceraret, in præfatis comitiis literas prælegi præcepit, quibus Cardinalis Primas & Princeps Jacobus necnon præcipui Nobiles contra Regem fœderati omnia extrema moliri convincebantur. His auditis Regi faventes ad ejus defensionem bona & vitam obtulerunt, Moscoviæ etiam Dux datis ad comitia literis se Augusto Regi omnibus viribus adfuturum spopondit. Inde vero magis exacerbati Poloni rebelles, diploma querelis, & convitiis contra Regem scatens promulgarunt, cui tamen Rex aliud, quo suam innocentiam, jusque egregie vindicabat, oppositit: nihilominus fœderati Sueco pacis conditiones omnino acceptas eique proficuas obtulerunt, quas tamen ipse, donec Rex omnino exauctoratus esset, acceptare recusavit, interim vero Elbingam, Thoronium & Maimburgum subjugavit. Sæc. XVII. A.C. 1704.

## §. LV.

## *Summi Pontificis anxietas & labor in hisce motibus.*

Inti-

Sæc. XVII. A. C. 1704.

Intimo doloris ſenſu perceperat Clemens Pontifex violenta hæc Polonorum molimina; præprimis ergo ipſum Auguſtum Regem datis die prima Aprilis ad eum literis enixe rogabat, ut ambos Sobieſckii Regis Filios priſtinæ libertati redderet, partim quod Jacobus in tenera ſua ætate jamjam ad Viennam Turcis eripiendam Regi Patri ſuo ſtrenuam dediſſet operam, partim quod ejus Mater Maria Caſimira Regina Vidua Romam pietatis ſuæ exemplis illuſtrans, ſummo mærore afficeretur: hanc in rem pariter Pontifex die quinta ejusdem Menſis literas dedit ad Cardinalem Primatem, qui jam ſexta Martii die, ſe vacantis Regni interim clavum aſſumere coactum fuiſſe, Pontifici ſignificabat. Hic vero publicam ſalutem, religionemque Catholicam extremo periculo exponi veritus, Regi, Primati, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Senatoribus, Equitibusque Polonis die ſexta Junii reſcripſit, quod quemdam Cardinalem tanquam Legatum a Latere in Poloniam mittere decreverit, qui ea, quæ ad conciliandam concordiam apta cenſuerit, Pontificis nomine procuraret. Dein Cardinalem Primatem de iis, quæ ipſo potiſſimum, & Epiſcopo Posnanienſi auctoribus, in Varſavienſibus comitiis adverſus Regem attentata fuerant,

rant, acriterque increpans, eidem ſub obedientiæ præcepto injunxit, ut infra trimeſtre Romam accedat, cenſuras & pœnas a S. Canonibus conſtitutas, ni pareret, ſubiturus. „Ad intimi, re„ſcribebat Pontifex, doloris noſtri aug„mentum conſtanti fama præter om„nem expectationem noſtram perlata „fuere, quæ in ultimis apud Varſa„viam Comitiis (ſi tamen hoc nomine „digna ſunt) perperam acta, ſeu ve„rius attentata ſunt. Decebat ſane „Eccleſiaſticum Virum, decebat Anti„ſtitem, decebat maxime hujus S.R.E. „Cardinalem Pontificis potius, qui „Chriſti vices in terris gerit, quam ex„teri, atque etiam heterodoxi Princi„pis vocibus auſcultare, optatamque „Reipublicæ tranquillitatem, quæ non„niſi ſalva Catholica religione conſtare „poteſt, ab ejusdem Religionis hoſti„bus non emendicare. Nos quidem „pro commiſſa Nobis univerſarum Chriſti „ovium ſollicitudine, Paternaque, qua „omnium Catholicorum Regnorum pa„cem, felicitatemque curare tenemur, „Charitate, nihil omiſimus, quo im„pendentia Reipublicæ veſtræ mala a„vertere ſatageremus: quid enim po„tuimus facere, & non fecimus? Tu „autem contra, qui Nobis jungi debue„ras, propoſitasque in literis noſtris „com-

Sæc. XVII. A.C. 1704.

Sæc. XVII. A. C. 1704. „commodas ineundæ publicæ pacis ra„tiones ultro amplecti, Deumque in „primis publice a Nobis indictis preci„bus toti Regno propitium conciliare: „Muneris tui, ac dignitatis oblitus, ad „ea potius conversus es sequenda con„silia, quibus per populorum sciſſuram „extrema expectari possit universi Re„gni, imo & Religionis pernicies; id „vero quanto totius Christianæ Rei„publicæ scandalo, quanto nominis „tui dedecore, quanta Ecclesiastici Or„dinis invidia (nisi Deus averterit) „eventurum sit, nec Nos explicare pro „dignitate possumus, nec tu forte sa„tis intelligere. Quis enim probus, ac „vere Catholicus sine indignatione au„diat hæc omnia, tanto cum Regni „periculo Hæreticorum armis in Pa„triam inductis, Sacerdote Dei Epi„scoporum Regni Primate, Romana„que insuper Purpura condecorato non „assentiente solum, sed authore, ac „Duce patrata fuisse, illaque Romano „nequidquam reclamante Pontifice, „imminentemque Regno cladem, ac „religioni probrum, exitiumque frustra „obtendente: scilicet Regni malis, te „judice, occurri non poterat, nisi Hæ„reticorum arbitrio a primo Regni Sa„cerdote Respublica committeretur & „firma, solidaque pax, quæ Christo in „ter-

„terras veniente nunciata, ad cælos „aſcendente relicta eſt, ab hetherodo- „xis hominibus malæ voluntatis, & „Eccleſiæ Chriſti hoſtibus unice ex- „pectanda erat?„ Sæc. XVII. A. C. 1704.

Pariter Pontifex Regi ſignificabat, quod hunc Cardinalem, ut eo abſente facilius turmæ ſedarentur, Romam evocarit, ceteros vero Poloniæ Præſules, Senatores, & Equites commendavit, eoquod ea, quæ paucorum Eccleſiaſticorum Hæreticis faventium ſtudio Varſaviæ contra Regem geſta fuere, damnarint, Regiamque cauſſam ſtrenue defenderint. Verum Cardinalis Romam venire haud conſultum cenſuit, Epiſcopus vero Posnanienſis opera Egonis Principis de Fürſtenberg per Horatium Philippum Lucenſem Epiſcopum Sedis Apoſtolicæ Nuntium Romam perductus eſt, eoquod Poloniæ Rex ipſius cauſſam Pontificis judicio cognoſcendam, definiendamque reliquerit, propterea a Papa ſummis laudibus honoratus.

## §. LVI.

## *Electio Stanislai in Poloniæ Regem.*

Equidem hæ Pontificis literæ apud Epiſcopos, Senatores & Equites tantum valuere, ut Polono Regi faventes *Voltaire Hiſt. du Carl. XII. lib. 2. Gottfrid. Hiſt. Cont. lib. 14.*

Sæc. XVII. A. C. 1704.

tes numero & conſtantia creſcerent, ac Sandomirienſes fœderati Varſavienſium acta, tanquam irrita, ſeditioſa, ac perfida, publico juratoque edicto damnarent. Prævaluit nihilominus violenta potentia Caroli XII. Sueciæ Regis, qui non modo Dantiſcanos a legitimi ſui Regis obſequio impoſitis graviſſimis exactionibus avertit, ſed etiam omnibus, quas in Pruſſia habebat, copiis ad ſe accerſitis, ſibi adhærentium factionem eo impulit, ut novi Regis electionem ad duodecimam Julii diem indicerent: Diſceptatum, cui deferendum eſſet regni ſceptrum? id acceptare noluit Princeps Alexander defuncti Regis Filius, ne captivorum fratrum ſuorum ſortem adhuc pejorem redderet. Cardinalis Primas Lubomirskio Principi, Sueciæ Rex Jacobo Sobieſckio, & denique fœderati Varſavienſes Lesczinskyo Posnanienſi Palatino favebant, qui etiam Primate tum ægritudinem ſimulante, ac propterea abſente, inter acerrimas altercationes, jurgia & oppoſitiones, eundem Stanislaum Lesczinskium, etſi ſufficientia non habuiſſet ſuffragia, in novum Regem proclamarunt, vehementer reclamantibus fœderatorum Mareſcallo, & Podlachienſibus Deputatis. Peracta tumultuaria hac electione Posnanienſis Epiſcopus Stanis-

Stanislaum Varsaviæ ad Ecclesiam conduxit, ibique inaugurationis solemnia peregit: novum quoque hunc Regem tres Oratores Sueci, atque inter eos Hornius Comes salutabat, paucisque post diebus eum ipse Rex invisit, Lubomirskius vero ad Augusti partes transiit; quo comperto Rheinschildus Suecus Bellidux cum valido agmine Cracoviam contendit, & Augustum Regem Pietrowinam usque insecutus die vigesima sexta Augusti præsente Carolo Suecorum Rege Leopolim Russiæ parvæ Metropolin occupavit, omnemque auream & argenteam supellectilem ex ipsis quoque Ecclesiis abstulit, nec his contentus, insuper sub prætextu lytri a Polonis nondum soluti ingens æs extorsit. Interea Augustus cum quatuor Cosaccorum & sexdecim Moscorum & duodecim Saxonum millibus die tertia Septembris inopinato Siniava Varsaviam contendit, ubi cives ultimam vim veriti, ultro portas aperuere. Ægre Stanislaus Neorex viribus impar unacum Matre & uxore sua, Cardinale Primate, supremo exercitus Præfecto, & Senatorum potissimis fuga salutem quærere poterat: Hornius autem Comes, duo Sueciæ Regis Ministri, & Posnanienſis Episcopus ad arcem se receperant, qua ta-

Sæc. XVII. A.C. 1704.

Sæc. XVII. A. C. 1704.

men ab Augusto Rege obsessa, ac post biduum dedita unaomnes die quinta capti fuere, & Episcopus, uti retulimus, Horatio Papæ Nuntio traditus est. Horum fata vindicaturus Sueciæ Rex, cum exercitu suo Varsaviam movit, atque in Polonia majori Augustum insecutus, inito certamine eum fudit, ac Dresdam usque profugere compulit.

## §. LVII.

### *Perfida Gallorum vindicta contra Saxo-Zeitzanum Cardinalem.*

*Vit. Card. t. 1. p. 335.*

Ea erat tum temporis Gallorum intemperies, ut varios Principes lenociniis, promissis, & minis ad suas partes, factionemque pertrahere haud contenti, etiam hos, quos vel neutrius partis studiosos scirent, vel sibi adversos suspicarentur, pro hostibus haberent, proin vel aperta violentia, vel sicariorum ope clam e medio tollendos censerent. Haud ignorabant, quod Cardinalis Christianus Augustus Princeps Saxo-Zeitzanus, Episcopus Jaurinensis, ac Cathedralis Ecclesiæ Colonienſis Præpositus a Cæsare ad Colonienſem Electorem ablegatus, eundem a fœdere cum Gallis ineundo absterrere molitus esset, & contra captam Kaiserwerthæ possessionem nomine totius

tius Capituli Colonienſis reclamans, a Leopoldo Imperatore Adminiſtrator nominatus fuiſſet: occaſione inde arrepta, Crucius ſeu *La Croix*, qui in ea regione agminum ad clancularias hoſtilitates excurrentium Ductor erat, prætenſam hanc injuriam violenta Cardinalis nece ulciſci ſtatuit: Igitur tres Duces unacum duodecim Gallis militibus clam in Urbem Colonienſem immiſit, eisque in mandatis dedit, ut Cardinalem, dum rei Divinæ interfuturus ad Carthuſianos procederet, in vineis adorirentur, eumque vel vivum, vel interfectum Lovelarium ac inde Luzenburgum abducerent. Aſt Deo unctorum ſaluti invigilante, deteſtabiles hi ſicarii per Jacobum de Coulon ſceleris complicem ex conſcientiæ remorſu tempeſtive detecti a Magiſtratu in vincula conjecti ſunt. Reclamat audacter Crucius, id belli legibus licitum eſſe cauſſatus: cum autem Sicarios, ut atrociſſima quæque facinora in innoxios exequendi occaſionem nanciſcantur, ſub pacifici ingreſſus obtentu in urbes irrepere, nulla lege permittatur, hinc novem ejusmodi ſicarii perfidiam ſuam, barbariemque partim publico ſecuris ictu, partim laqueo luere coacti ſunt.

Sæc. XVII. A.C. 1704.

Sæc. XVII. A. C. 1704.

## §. LVIII.

## *Clementis XI. Constitutiones & epistolæ.*

*Clem. XI. Epist. & Brev. Bull. magn. Const. Clem. XI. pag. 18.*

Præter Constitutionem, qua Clemens XI. Lotharingici Procuratoris appellationem damnavit, insuper hoc anno die undecima Martii circa Judæos & infideles Neo-converſos ſtatuit, eis bona, filiis vero familias legitima & bona adventitia, dos, & alimenta omnino intacta remaneant nec parentes ea in fraudem filiorum familias converſorum occultent, aut diſtrahant: illicite vero aquiſita perſonis, quæ notæ ſunt, reſtituantur, ſecus ipſis Neophytis applicentur, matrimonia tamen cum originariis Chriſtianis contrahant, & a ritibus antiquæ ſectæ abſtineant &c. Die autem undecima Junii Pontifex perpetuas conceſſit Indulgentias in Dominica tertia Septembris viſitantibus Eccleſias Ordinis Servorum B. V. Pariter Pontifex die vigeſima ſecunda Januarii Franciſcum Bugienſem Epiſcopum Vicarium Apoſtolicum Cocincinæ, Miſſionarios, aliosque fideles in odium fidei dire vexatos, paterna ſolatus, illuc Epiſcopum Tilopolitanum miſit, ut eis ſolatio, huic autem Vicario in ſuis ærumnis adjumento eſſet.

poſſet

postea præfato Vicario injunxit, ut acta & nomina fidelium, qui vitam pro Christi fide illic posuerunt, quamprimum Romam perferri curet. Ejusdem vero Mensis die vigesima sexta Cardinales Leopoldum de Kolonitz & Lambergum, necnon Electorem Palatinum & Saxo-Zeitsium Episcopum Jaurienſem rogabat, ut auctoritatem, operam, studiumque suum interponerent, quatenus Hildesienſis Ecclesiæ Clero, quorum fructus hæretici interceperunt, & Templa ac cænobia quædam eripere machinati sunt, illata damna resarciantur, & tot mala, hostiumque Ecclesiæ impetus elidantur. Die sexta Maij Monialibus Ordinis Visitationis B. V. ut arcam, in qua Corpus S. Francisci Salesii asservabatur, recludere possent, concessit, promisitque, cultum Sanctimonialis de Chantal in S. Rituum Congregatione, rite & ordine suo discutiendum esse & si quid contra hujus Ordinis Constitutiones in Cænobio Monacensi circa tempus, quo ejusdem loci Præposita suo munere perfungi deberet, contigerit, per Episcopum Frisingenſem emendatum iri, cui etiam Pontifex datis die decima septima Maij literis idem injunxit, postulans, ut Præposituræ officium alteri demandari curet. Cum autem nonnullæ Moniales in Monaste-

Sæc. XVII. A. C. 1704.

Sæc. XVII. A. C. 1704.

rio S. Claræ de Albaro Sedi Apostolicæ subjecto in civitate Genuensi contra Episcopum Savonensem, quem Papa ad tollendas offensiones deputaverat, non modo insurrexerint, sed etiam alias & saniores Moniales præfato Episcopo obsequi paratas variis modis vexarint, & a Sacramentorum usu vi arcere, Abbatissam, quam tamen Pontifex exauctorari, aliamque subrogari præcepit, fovere, & claustra adversus legitimam Ecclesiæ potestatem castrorum more tueri, necnon censuras ipsis inflictas, atque Episcopi decreta flocci habere non dubitaverint, hinc Pontifex die vigesima sexta Augusti Ducis & Reipublicæ Gubernatoris opem implorabat, ut Episcopus delegatus officii sui partes impigre obire valeat. Jam ab anno Christi millesimo sexcentesimo octogesimo quinto quidam mota controversia ex Regii Patronatus beneficiis Pontifici Quindennia persolvere detrectarunt, imo etiam Ulyssiponenses Jesuitæ, huic oneri satisfacere recusarunt, quo comperto Clemens Papa Michaeli Angelo Tarsensi Archiepiscopo in Lusitaniæ Aula Nuntio Apostolico injunxit, ut facultatem interdiceret Jesuitis admittendi ad habitum, & recipiendi in eorum Institutum eos, qui admitti peterent, quoad usque præfatis

satis Quindenniis satisfeciſſe docuerint.

Paruit Pontifici Nuntius, propterea tamen a Regiis Miniſtris multis affectus eſt injuriis. Eo comperto Pontifex die vigeſima ſeptima Novembris querulas ad Petrum Regem dedit literas, ſignificans, exploratum eſſe Quindennia, quibus ubique obnoxia reperiuntur Beneficia Eccleſiaſtica, ſuffecta fuiſſe in locum Annatarum, Annatas vero ſubrogatas fuiſſe decimis, quæ ut notum eſt, ad tuendam dignitatem, & ad cætera Eccleſiæ univerſalis onera perferenda, Romano Pontifici capiti viſibili Eccleſiæ ex antiquiſſimo inſtituto exſolvebantur, ita, ut a decimarum onere nullo unquam ſæculari, etiam Regii, aut Eccleſiaſtici Patronatus titulo, Beneficia immunia haberentur; hinc Prædeceſſores Pontifices divino, humanoque juri conſentaneum eſſe duxerint, Quindenniis, quæ naturam, conditionemque decimarum induerant, ipſa etiam Beneficia, quæ Regii Patronatus eſſent, ſuis Conſtitutionibus ſubjicere, ut propterea tutum non ſit, illæſa Conſcientia, hujusmodi jura ſanctæ Sedis tum antiqua, tum canonica, occaſione Controverſiæ a quibusdam iſthic nuperrime excitatæ remittere, mu-

Sæc. XVII. A. C. 1704.

„munerique, & debito, quo Papa ob„ſtrictus eſſet, hac in parte deeſſe.„

Cum autem illi, qui hæc Quindennia ſolvere recuſaverant, opponerent, quod jura ex Quindenniis percepta ad quosdam Curiæ Romanæ Miniſtros pertinerent, ac decimæ, quibus Annatæ & Quindennia fuerunt ſubrogata, inter temporalia Romanæ Eccleſiæ jura eſſent recenſendæ, aliunde vero ſi beneficia, quæ ſunt de Regio Patronatu, horum ſolutioni ſubderentur, prærogativas Regis lædi atque imminui conſtaret, concurrentibus autem juribus temporalibus Eccleſiæ Romanæ cum juribus Regiis, hæc potius quam illa tuenda „eſſent, hinc Pontifex declaravit, quod „licet hæc jura nunc ad Curiæ Miniſtros „pertineant, id nullo modo obeſſe poſ„ſit primævis, & immediatis titulis, „atque rationibus Apoſtolicæ Sedis, „cujus tanquam Adminiſtri, cenſeri „debent præfati officiales, attento ma„xime, quod ipſi, eorumque authores „exactis temporibus neceſſaria in rem „Chriſtianam & in ſummorum Pontifi„cium tutelam, & decus, præſidia „ſanctæ Sedis ſuffecerint, & modo „non levi ex parte dignitati noſtræ ſuf„fragentur, ut propterea bonæ fidei „ab ipſis habitæ Prædeceſſoribus no„ſtris, a quibus hujusmodi proventus

„agno-

Sæc. XVII. A.C. 1704.

„agnoſcunt, reſpondere omnino de-
„beamus, aliunde vero omnibus ex-
„ploratum ſit, decimas jure Divino,
„& Canonico deberi Romano Ponti-
„fici, tum in recognitionem Dominii
„Univerſalis ipſi competentis in omni-
„bus bonis Deo & Eccleſiæ dicatis,
„tum pro congrua Dignitatis, quam
„gerit, tanquam viſibile caput Eccleſiæ,
„ſuſtentatione; ſitque etiam ſatis per-
„ſpectum, aliud nihil eſſe Beneficia,
„quæ de jure Patronatus Regio dicun-
„tur, quam donationes ex liberali Re-
„gum pietate profectas, Deoque obla-
„tas, quæ propterea a jure illius, cui
„Deus Eccleſiæ regimen demandavit,
„eximi non poſſunt. Vix autem con-
„jici poteſt, quibus documentis inni-
„tantur illi, qui aſtruunt, ac fidenter
„ſtatuunt, ita jam olim ſervatum fuiſſe
„in Eccleſia, ut cætera quidem bene-
„ficia, nullatenus vero ea, quæ ad
„Regios Patronatus pertinebant, de-
„cimas exſolviſſent: cum certe conſtet,
„Annatas, quarum antiquiſſima eſt,
„& multorum ſæculorum obſervantia,
„loco decimarum perſolvi cæpiſſe ex
„recepta inter fideles conſuetudine,
„adeoque omnia Regna, quæ Romani
„Pontificis authoritatem colunt, eas
„dependiſſe, actuque dependere pro
„ipſis beneficiis, quæ de Jure Patro-

Sæc. XVII. A. C. 1704. „natus etiam Regio esse noscuntur, quo„ties contingat literas Apostolicas in „Romana Curia expediri, quod non raro „evenit, ubi scilicet ad eadem beneficia „nominantur, qui Pontificia dispensatio„ne opus habent, ut irregulares, ætate „minores, Regulares Professi, plura Bene„ficia obtinentes, aut aliud sub eodem „tecto, aut alteri de consensu Patroni „resignantes, aut beneficiatum sibi dari „in Coadjutorem exposcentes, sive ei „conferri a Sede Apostolica aliud bene„ficium incompatibile cum Decreto, „quod vacet, obtentum, postulantes, „aut cum Reges pensiones super iisdem „beneficiis favore aliorum reservari ex„optant, in quibus, & similibus casibus, „neque Episcopi, neque Reges, utpote „Laici, Ecclesiasticum titulum conferre „possunt, quemadmodum in omnibus ubi„que Nationibus quotidie usu venit, & in „Regno isto semper observatum fuit.„

Eapropter Nuntio suo Pontifex, ut pœnis a se statutis in contumaces animadverteret, injunxit, simulque Ulyssiponensem Archiepiscopum sollicitavit, ut in hac controversia suam operam impenderet, quatenus Regem & Catharinam Britanniæ Viduam ejus sororem a pernicios ejusmodi consiliis revocare, & ad justitiam reddendam adducere niteretur. Nec tamen Papæ votis

votis cessit Petrus Rex, cui Clemens nihilominus dispensationis geminæ gratiam, quam Joannes Rex anno hujus sæculi decimo pro duplici matrimonio petierat, non denegavit, etsi non deessent, qui Pontifici suadere contenderent, hanc gratiam esse differendam, donec Rex circa quindennia Pontifici satis feciſſet. Denique Pontifex S.Congregationi Episcoporum ademit facultatem indulgendi Cappucinis, ut sæcularium confessiones excipere possint, nisi in casibus a Papa concessis. Sæc. XVII. A. C. 1704.

## §. LIX.

## *Diversæ Sacrarum Congregationum Constitutiones & decreta.*

Jussu ejusdem summi Pontificis Sacræ Congregationes plura ediderunt decreta, & primo quidem die decima quinta Februarii statutum, quod licentiam habentes comedendi cibos vetitos in Quadragesima, teneantur in cæna observare jejunium. Die etiam decimo nono Februarii promulgatum est decretum, quo sub anathematis pœna inhibitum, ne quiscunque cæmeteria intra & extra Romam ingrediatur, indeque S.Reliquias extrahat, nec Romæ integra corpora aut insignes Reliquiæ aliis, quam magnis Principibus, conspicuisque Prælatis tradantur. Statutum *Bull. magn. Clem. XI. part. 2. pag. 247.*

Sæc. XVII. A.C. 1704.

tutum insuper, ut Sacerdotes, aliique Ecclesiastici in processionibus funeralibus utantur Biretis excepto tempore noctis & pluviæ, semperque cadavera in Ecclesiis super feretrum exponantur. Die duodecima Julii ad hæc dubia 1. an Cruces Altarium, seu Processionum sint benedicendæ de præcepto 2. an tum simplex Sacerdos eas possit benedicere privative, & non solemniter? ad primum S. Rituum Congregatio respondit negando, ad alterum affirmando. Speciali insuper decreto S. Officii Congregatio die undecima Martii hos damnavit libros: I. *Usuram explicatam Authore Philopenes* II. *Theologi responsum ad quæsita a multis Confessariis animas ad Deum dirigendi studio accensis proposita.* III. *Quæstiones selectas ex præcipuis Theologiæ moralis tractatibus Auctore P. Matthæo de Moia Jesuita.* IV. *Appendicem ad hasce ejusdem Jesuitæ quæstiones.* V. *Judicium S. Facultatis Lovanienſis de octo articulis ex casu conscientiæ ab eadem Universitate notificato, & eidem Mechlinienſis Archiepiscopi nomine proposito.* Denique S. Concilii Congregatio die vigesima Decembris declaravit, quod simplices Sacerdotes nullum habentes beneficium in Ecclesia Cathedrali, nec ex eo aliquod emolumentum capientes, teneantur tamen assistere ser-

servitio dictæ Ecclesiæ singulis diebus de præcepto. Sæc. XVII. A.C. 1704.

## §. LX.

## *Joannis Baptistæ Spinolæ Cardinalis obitus.*

Luxerat Roma hoc anno mortem sex omnino Cardinalium, quorum quidam splendida sacri Collegii luminaria erant. Hos inter primus occurrit Joannes Baptista Spinola origine Genuensis & patria Madritensis, qui floridam ætatem inerti otio transigere nescius, tam præclarum in literis progressum fecerat, ut ad varia beneficia in Neapolis Regno nominari, ac demum mortuo Julio Spinolæ ejus Patruo in Matealano Episcopatu succedere promereretur: Eo autem sponte dimisso meritis non minus quam auro dives, prudentia & circumspectione clarus Romam venit, ubi a Clemente X. S. Congregationi Episcoporum a secretis, electus, postea Romanæ Urbis regimen in se suscepit. Hoc munere, quod alias Principum invidiam, populi odium, improborum convitia, & propriæ mentis fastidia tanquam individuos comites habet, cum maxima Pontificum, Principumque satisfactione perfunctus est, atque Innocentii XI. favorem atque æstimationem

*Vit. Card. part* 1. *fol.* 29. *Merc. Hist. a l'An.* 1704.

Sæc. XVII. A. C. 1704.

tionem præcipue eo nomine ſibi conciliabat, quod juſtitiæ tenaciſſimus noxios ſeveris debitisque pœnis coerceret, innoxiis jus ſuum reddere, cunctisque forenſibus litibus finem imponere feſtinaret: quapropter purpura, depoſcentibus meritis a præfato Pontifice decoratus eſt, cujus tamen fulgore adeo tutus non erat, quin Principum Europæorum odia acrius in ſe concitaret, eoquod Pontificis edicta contra Oratorum Aſyla, petulantem mulierum veſtitum, ludos, & theatra, necnon contra Monachos vagos emanata exequi cogeretur: Innocentio autem duodecimo ad ſupremum Pontificatus apicem evecto Spinola laborioſum Gubernatoris munus, quo per ſexdecim annos functus erat, dimiſit, ac legatione Bononienſi honoratus, ea paulopoſt ob adverſam valetudinem renuntiata Romam contendit, tranquillæ vitæ ſolatio fruiturus. Mortuo demum Pontifice Sacra Comitia ingreſſus, mordacioris Momi aculeos effugere haud poterat; facta enim alluſione ad ejus nomen ſequentes ad illius Palatium affixi legebantur verſus:

Multi-

Sæc. XVII. A. C. 1704.

Multiplices hæc *Spina* roſas ferit, apta coronæ.
Attamen hæ fuerint, neſcio, Petre, tuæ.
Nempe manus teneras plectens dum *Spinola* quærit,
Lædit, & ob ſpinas diſplicet ipſa roſa.

Quarto demum poſt anno ex podagra, quam ſibi per licentioſam juventutis vitam attraxiſſe dicitur, Romæ die quarta Januarii anno ætatis ſeptuageſimo nono deceſſit.

## §. LXI.

## *Henrici Noriſii Cardinalis extrema.*

Illuſtre Romanæ Eccleſiæ decus, & nobiliſſimus Auguſtinianæ Familiæ ſol occidit, Henricus Noriſius Cardinalis. Hic Veronæ natus, primisque literarum elementis, & ſacratioribus diſciplinis imbutus, pervolvendis D. Auguſtini operibus animum adjecit, tantique Doctoris amore incitatus, Sacrum ipſius Ordinem ac inſtitutum profeſſus eſt. Florentias ſtudiorum cauſſa miſſus, literarum amore flagrantiſſimus, adoleſcens in juvenum, juvenis in Virorum ſtudia cogitationes ſuas protendit, ac nonniſi literatorum conſortio uſus,

*Priet. cont. pag. 1015.*

Sæc. XVII. A. C. 1704.

usus, Antonii Machliebechii tum in Italia longe celeberrimi magisterio, suæque bibliothecæ subsidio in Virum omni scientiarum apparatu instructissimum evasit: Romam a suo Superiore vocatus, instigante Christiano Lupo Theologiæ Scholasticæ studium, ejusque subtilitates investigandi ardorem valde moderabatur, omnemque solertiam in Historiæ Ecclesiasticæ arcana convertebat. Biennium tradendæ Philosophiæ impendit, atque inter suos eruditione ac literatura eminens primum Patavinæ Scholæ postea Pisis Historiæ Ecclesiasticæ, & demum Florentiis S. Scripturæ Professor, & Joannis Gastonis Principis Etrusci Institutor oblatum Pistorienſem Episcopatum non modo recusavit, sed etiam ab Innocentio XI. qui tanto Viro digna parabat præmia, Romam vocatus, venire renuit, ac iterato, districtoque Innocentii XII. mandato accersitus, ea lege Romam contendit, ut nullo publico munere gravaretur: Tanta enim sciendi aviditate, ac studiorum amore ardebat, ut a vigesimo ætatis anno usque ad quadragesimum quartum quotidie quatuordecim horas studiis sacraret, omneque tempus perditum crederet, quodliteris subducere cogeretur. Nondum vigesimum sextum ætatis annum exple-

expleverat, cum jamjam conscribendæ Hist. Pelagianæ Patavii manum admoveret, cujus tamen Romam profectus a S. Inquisitione approbationem impetravit nonnisi per clarissimum Virum Hieronymum Casanatem, cujus etiam patrocinio Norisius S. Officii Qualificatoris munus a Clemente X. obtinuit, postea & Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus ab Innocentio XII. nominatus, dein ejusdem S. Officii consultor & demum Cardinalis renuntiatus est, brevique Orbem eruditum suis lucubrationibus illustravit. Has inter palmam præripit ejus Historia Pelagiana, quæ primum Patavii, postea in Galliis, Germania & Belgio iterato prælo prodiit. ringentibus Molinianæ doctrinæ Sectatoribus, qui Norisium sibi infensum & in Aula Romana adversaturum suspicati, illum, eoquod D. Augustini Discipulus esset, Molinistis in Purpuræ Romanæ gratia prælatum fuisse, ægerrime ferebant, unde totis viribus adlaborarunt, ut Gallica Historiæ Pelagianæ editio supprimeretur, caussantes, prohibitum esse, ne contra vel pro Jansenio calamus exerceretur, nec his contenti, eundem librum apud S. Inquisitionis Romanæ tribunal tanquam erroribus scatentem denuntiantes, novum illius examen extorserunt, in quo tamen anno

Sæc. XVII. A. C. 1704.

Sæc. XVII. A.C. 1704.

prioris sæculi septuagesimo sexto hoc opus orthodoxæ fidei consonum declarabatur: Rursus Molinistæ, *quorum nomina*, inquit Norisius, *appellare exemplo nihil, silere humanitatis plurimorum refert*, eandem Historiam unacum Vindiciis Augustinianis impetebant, sed denuo ab omni nævo immunis habebatur, quinimo Norisius quoque ipsi S. Inquisitionis Congregationi aggregatus est: Nondum tamen propterea resedit æmulorum invidia; horum enim machinationibus, occultisque fraudibus absque prævio decreto, ut moris esset, nimia ex oscitantia hæc Historia, ejusque vindiciæ Indici expurgatorio S. Inquisitionis Hispaniarum insertæ fuerunt: detecta tamen fraude Norisii liber *velut argentum igne examinatum, probatum terræ, & purgatum septuplum* jussu Emanuelis Archiepiscopi Pharsaliensis Inquisitoris Generalis in Hispaniis die vigesima octava Januarii Anno hujus sæculi quinquagesimo octavo per publicum decretum ex hoc Indice deletus est, accedente approbatione ipsius Benedicti XIV. summi Pontificis, qui de Norisio semper præclare sentiens, ad æmulorum invidiam & confusionem has de eo laudes protulit: *Norisius, cujus olim in minoribus constituti amicitia fruebamur, licet quarumcunque gentium lin-*

*linquis celebretur, a Nobis tamen ſine ſpe-* Sæc. XVII.
*ciali laude, tanquam Romanæ Eccleſiæ* A. C. 1704.
*ſplendidiſſimum lumen, nunquam eſt nomi-*
*nandus.* Poſtea Noriſius omnibus fer-
me Congregationibus Romanis accen- *Conſt. Be-*
ſitus, quo magis illum tanquam Jan- *ned. XIV.*
ſenii aſſeclam ejus adverſarii traduxere, 126. *Bull.*
eo celebrior, cunctisque Literatis pro- *magn.*
bisque acceptior evaſit. Tandem hy- *part.* 10.
dropiſi laborans Romæ die vigeſima
tertia Februarii pie in Domino obiit,
annos natus ſeptuaginta tres.

## §. LXII.

## *Ejusdem Cardinalis ſcripta.*

Præter memoratam Hiſtoriam Pela- *Dupin nouv.*
gianam unacum Vindiciis Auguſti- *Bibl. t.* 17.
nianis Noriſius ſcripſit Cenſuram in No- *pag.* 146.
tas Garnerii ad inſcriptiones Epiſtola- *Niceron t.* 4.
rum Synodalium XC. & XCII. Diſſer-
tationem de Numismate Impp. Dioclе-
tiani & Maximiniani, Cenotaphia Pi-
ſana, Faſtos Conſulares Anonymos.
Annum & Epochas Syro-Macedonum,
Diſſertationes de Paſchali Latinorum
cyclo annorum LXXXIV. de cyclo Pa-
ſchali Ravennate annorum XCV. Hiſto-
riam controverſiæ de uno ex Trinitate
paſſo, Paræneſin ad Joannem Harduі-
num, Diſſertationem de numismate
Licinii Auguſti, Diſſertationem Chro-

Sæc. XVII. A. C. 1704.

nologicam de votis Decennalibus, Epiſtolam ad Antonium Pagi de numma Herodis Antipæ, Epiſtolam Conſulatorem, Apologiam Monachorum Scythiæ, Synopſin Hiſtoriæ Gotheſchalcanæ, Adventoriam circa inſcriptionem libri S. Auguſtini de gratia Chriſti, quam acerbis adeo verbis confutavit P. Macedo, ut utrique ſilentium a S. Congregatione imponeretur: prodiit tamen contra Noriſium libellus, cui titulus: *Propoſitiones parallelæ Michaelis Baij, & Henrici de Noris*, cui hic oppoſuit, *Cenſuram Noriſii ſupra reſponſum ad propoſitiones Parallelas, & ſomnia quinquaginta F. Macedo in itinerario S. Auguſtini poſt Baptismum Mediolano Romam.*

*Bull. magn. Bened. XIV. part. II. pag. 251.*

Edidit quoque Diſſertationem de ſanctitate Syricii Papæ, occaſione nata ex dubio: An ejusdem Pontificis Miſſa & officium concedenda eſſent Canonicis Baſilicæ S. Joannis in Laterano. Hanc diſſertationem diu incaſſum quæſitam tandemque inopinato inventam Benedictus XIV. Papa, ac poſtea tomo quarto Editionis Veronenſis Anno 173- impreſſam refert. Inter ejus opera poſthuma recenſentur Hiſtoria Donatiſtarum, Appendix ad eam, Corrigenda & addenda ad Hiſtoriam Pelagianam, Thraſo, ſeu miles Macedonianus, epiſtolæ variæ, diſſertatio de Patri-

Patriarchatus Aquileienſis origine & Hiſtoria de inveſtitura in dignitate Ecclesiaſtica. Sæc. XVII. A.C. 1704.

## §. LXIII.

## *Joannis Baptiſtæ Coſtagutti Cardinalis deceſſus.*

Tertius ex Purpuratis hoc anno denatis erat Joannes Baptiſta Coſtaguttus, patria Romanus, qui emenſo ſtudiorum curriculo ab Alexandro VII. varias ditionis Pontificiæ urbes regendas ſuſcepit, atque a Clemente IX. Cameræ Apoſtolicæ Clericus, & demum ab Alexandro VIII. Cardinalis renuntiatus eſt: Mortuo Innocentio XII. Ottobonus Cardinalis nil intentatum reliquerat, ut Coſtaguttum potiſſimorum Cardinalium ſuffragiis ſummum Pontificem declarari impetraret: Ferunt, ejus animum in conceptæ dignitatis Pontificiæ recordatione, ac deſiderio tam profunde fuiſſe demerſum, ut ſeſe jamjam Pontificem reputans, ſe Urbanum IX. appellarit, & cum in imagine ejus memoriæ nequidem noctu ſilentium eſſet, de conſiſtoriis, de Cardinalium electionibus &c. in ſomniis ſermones habuerit: Poſtea vero evaporato Pontificii honoris fumo ſibi redditus, totum ſe pietatis exercitiis di-

Sæc. XVII A. C. 1704

cabat, atque apud PP. Carmelitas Discalceatos Romæ in Monasterio S. Mariæ ad Scallam sibi cellam seligebat, in qua recluſus Quadrageſimæ aliarumque festivitatum tempore animum & cogitationes ad solum Deum referebat: Obiit denique die octava Martii anno ætatis suæ sexageſimo octavo.

## §. LXIV.

## *Guilielmi Egonis de Fürſtenberg Cardinalis fata.*

*Vit. Card. pag. 40. Vid. ſupra l. 206. p. 661. & 723. & l. 210. pag. 538. & ſeqq.*

Post tot variantis fortunæ ludibria, concitatosque motus tandem mortis imperio quievit Guilielmus Egon de Fürſtenberg. Hic nunc profanæ, nunc sacræ militiæ adscriptus, demum exuto sago plurium Ecclesiarum Canonicatus, præsertim Colonienſem & Argentinenſem obtinuit: In Gallias profectus, atque ab Anna Regina Ludov. XIV. Matre plurimi habitus, alieno gentis suæ Germanicæ genio Germanum exuit, Gallumque ore, corde, & opere professus est, ac Maximilianum Henricum Colonienſem Electorem & Archiepiſcopum, cui ab arcanis erat, non modo ad Gallicas partes pertraxit, sed etiam excluſo Leopoldo I. Ferdinandum Bavariæ Electorem ad Cæsaream dignita-

gnitatem promovere adlaboravit: suo autem proposito dejectus, eo tempore, quo ejus familia Principum honore ab Imperatore decorabatur, Electori Colonienſi conſilia Auſtriacæ Domui pernicioſa, Imperioque Germanico, ejusque libertatibus nociva ſuggeſſit, eumque induxit, ut Colonienſis civitatis imperium, dominiumque ſibi vindicare niteretur: ubi vero Magiſtratus urbi ſuæ Batavorum præſidia impoſuerat, Fürſtenbergius inito fœdere cum Bernardo de Gallen Monaſterienſi Epiſcopo, obtentis Gallorum ſuppetiis bellum Batavis, utriusque tamen Diæceſis incolis ingens damnum, calamitatemque intulit, in ſui moliminis præmium duas præpingues Abbatias a Galliarum Rege mercatus. Tam immodico in Gallos affectu, atque in Cæſarem odio flagrabat, ut quondam in Moguntina Aula Electorali menſæ accumbens, cum pocula Cæſaris ſaluti libarentur, vinum in terram effunderet, aſt hunc contemptum ulturus Comes Hazfeldius in Fürſtenbergii, qui Gallici Regis ſoteria bibebat, faciem vitrum vino plenum projecit: Haud ignorabat Imperator crebra & publica convitia, quibus Fürſtenbergius Sacram Majeſtatem appetere audebat, eapropter, cum præſentis belli incentor ſine publicis man-

Sæc. XVII. A. C. 1704.

Sæc. XVII. A. C. 1704

dati literis tanquam Franciæ Orator Colonienſi pacis negotiationi ſeſe ingereret, Cæſaris juſſu captus Colonia Viennam abducebatur, absdubio maledici oris crimen capitis ſupplicio expiaturus, niſi Papæ Nuntius objecta Eccleſiaſticæ immunitatis religione Cæſarem abſterruiſſet: Ejus quoque libertatem non modo Franciſcus Argentinenſis Epiſcopus illius frater aſſiduis precibus, ſed ipſemet Franciæ Rex denuntiato bello procurarunt. Mortuo ejus Fratre in Argentinenſem Epiſcopum electus, ab ipſo Innocentio XI. Purpuram accepit, eo animo conceſſam, ut novæ dignitatis reſpectu Aula Electoris Colonienſis abſtineret: Aſt Fürſtenbergius ibidem remanens, quantas turbas poſt Electoris obitum concitarit, jam ſupra retulimus: Demum aut tot turbarum tædio, aut corraſas Eccleſiæ Colonienſis opes in tutum locum transferendi ſtudio, obtenta Regis venia, primo Metas, poſtea Pariſios ſeceſſit, Regis animum contra Papam tam vehementer concitans, ut Rex Avenionem ſuis copiis muniret, per Talonum aculeatas literas contra Papam ſpargeret, & Rainutium Papæ Nuntium cuſtodiæ dari juberet: Obeunte Innocentio XI. Fürſtenbergius ad Sacra comitia Romam venit, quibus abſo-

absolutis insalutato hospite Roma Parisios reversus, in Abbatia S. Germani de Pratis die decima quinta Aprilis emenso septuagesimo quinto ætatis anno decessit, qui, si animi sinceritatem, religionem, vitæ continentiam cum ingenii acie, rerumque gerendarum dexteritate conjunctam habuisset, nominis sui famam apud posteros immortalem reddidisset. Sæc. XVII. A.C. 1704.

## §. LXV.

## *Danielis Marci Delphini Cardinalis extrema.*

Hunc morte sequebatur Daniel Marcus Delphinus ex nobilissimo Venetorum genere ortus, qui positis studiorum rudimentis in spem altiorum prælara ingenii divinatione adolevit, atque a suo Patruo Joanne celeberrimo Cardinale Romam evocatus, varia obibat munia, demum vero utriusque, ut vocant, Signaturæ Referendarius, Avenionensis Pro-Legatus, Damascenus Archipræsul, Pontificius in Aula Gallica Nuntius, ac denique ab Innocentio XII. Cardinalis renuntiabatur. Inde Romam reversus, a Papa Brixiano Episcopatu auctus, ad suam Diæcesin contendit, ubi etiam omnia boni Pastoris officia explens, Venetiis die

Sæc. XVII. A. C. 1704. quinta Augusti nonnisi quinquaginta & unum annos natus decessit.

## §. LXVI.

### *Carolus Barberinus Cardinalis fatis functus.*

Postremus inter Purpuratos hoc anno denatos erat Carolus Barberinus patria Romanus. Hic regnante Innocentio X. communi Barbarinæ familiæ calamitati ac vexationi involutus, in Franciam profugere coactus est, sedata autem tempestate Romam reversus, præcipiti fortunæ cursu ad Purpuram ab eodem Pontifice vocabatur, variis quoque Congregationibus præfectus: Helvetia insuper, Polonia, Lusitania & Sabaudia Barberinum apud Sacram Sedem sibi Patronum delegit, non sine magno emolumento; quippe Polonos & Cæsarem optatissimi ac perpetui fœderis nexu conjunxit, cumque moribus comis, munificus, liberalis, atque ab omni partium studio alienus esset, mortuo Innocentio XI. plurium Cardinalium suffragia in eum collimabant, prævalebat tamen Gallorum factio, ac insuper obstabant adhuc publica Urbani Nepotis sui vitia, vitæque licentia: mutata autem temporum vicissitudine post Innocentii XII. obitum Barbe-

Barberinus communibus ferme votis in ſummum Pontificem expetebatur, fauſtiſſima quæque populo ſibi augurante ex tanti Viri electione, de quo hoc carmen in vulgus ſpargebatur. Sæc. XVII. A. C. 1704.

Dum dominantur apes, vis dicam, quale futurum
Imperium Romæ? copia mellis erit.

Solus autem Barberinus vanam ejusmodi ſpem eludens, omnem movit lapidem, ut ceterorum ſuffragia in Cardinalem Albanum transferret, a quo etiam ad D. Petri Cathedram promoto Legatus a Latere Neapolin decernebatur, Philippo Hiſpaniarum Regi obtentum Regnum gratulaturus. Paulopoſt Romam redux, ibidemque vi morbi oppreſſus, die undecima Octobris naturæ debitum reddidit, emenſo ætatis anno ſeptuageſimo quarto.

## §. LXVII.

## *Principum atque Illuſtrium deceſſus.*

Eodem pariter fato hoc anno ſublati ſunt Hermanus Wernerus Epiſcopus Paderbornenſis, cui Franciſcus Arnoldus a Metternich die vigeſima prima Maij ſucceſſit, & Marquardus Rudolphus de Rodt Conſtantienſis Epiſcopus, qui eodem anno ſucceſſorem habuit Joan-

Sæc. XVII. A. C. 1704.

Joannem Franciſcum Schenck de Stauffenberg. Deceſſit etiam Joannes Martinus ab Eyb Euchſtadienſis Epiſcopus, cui anno ſequenti die nona Februarii ſubrogatus eſt Joannes Antonius Knöbel a Catzenelenbogen: Obiere inſuper die trigeſima Octobris Friderica Amalia Holſatiæ - Gottorpenſis Duciſſa, Friderici III. Daniæ Regis Filia, Thereſia Joſepha Luſitaniæ Regis Filia, & Vaudemontius Princeps junior, qui Catholicam fidem profeſſus, Cæſaris in Italia Archiſtrategus erat. Rudolphus Auguſtus Brunsvico - Guelpherbytanus Dux die vigeſima ſexta Januarii, Eliſabetha Juliana Antonii Ulrici ejusdem ſtematis uxor, Emanuel Cothenſis Princeps die trigeſima Maij, Joannes Carolus Birckenfeldenſis Dux die vigeſima prima Februarii, Georgius Daniæ Princeps die quarta Martii, & Georgius Brandeburgicus die vigeſima ſexta Martii, & Auguſtus Ferdinandus Bavariæ Dux in Schellebergenſi prælio die ſecunda Julii trucidatus.

## §. LXVIII.

## *Jacobi Benigni Boſſueti Meldenſis Epiſcopi obitus.*

*Dupin Bibl. des Auth. t. 18. p. 158.*

Speciali mentione digniſſimus eſt, Jacobus Benignus Boſſuetus Meldenſis

densis Episcopus, Ecclesiæ Gallicanæ oraculum, Hugonotarum docilium Ductor, contumacium malleus. Hic Divioduni natus, quam primum adolevit, sine mora in ludum literarium in patria emittebatur, cumque præclara ingenii præstantia emineret, vix novem annorum fines assecutus, studiis humanioribus tradebatur, quibus suam operam tam assidue dedit, ut *Bos suetus aratro* diceretur. Hac necessaria supellectile instructus ad studia Academica adspirare cæpit, ac Parisios ablegatus, Philosophiæ puriori & Theologiæ tanto profectu operam navavit, ut in Facultate Theologica Parisiensi primum honoris gradum ac denique ipsam Doctoratus lauream vigesimo quinto ætatis suæ anno publice merito suo adipisceretur. Metensis Ecclesiæ Canonicis accensitus, ac postea Archidiaconus & Decanus electus, in obsequium hujus Ecclesiæ primos ingenii sui fructus impendere statuit; frequenter igitur nec sine maximo Auditorum applausu, atque animarum proventu tam Metis quam Parisiis Verbum Dei prædicavit, ac Hugonotarum conversioni intentus, eorum errores ore & calamo acriter infectatus est. Insuper a Galliarum Rege sacram hujus Viri eloquentiam stupente ad Condomiensem Episcopa-

Sæc. XVII. A. C. 1704.

*Niceron relat. Erud. t. 3. p. 199.*

Sæc. XVII. A. C. 1704.

scopatum nominatus, quamplurimos suæ Diœcesis Calviniſtas etiam quosdam Prædicantes, necnon Auguſtinum Brueys Montpeſſulanum Advocatum, qui prius Boſſueti expoſitionem refellere aggreſſus erat, ad veræ fidei ſemitam reduxit, habitoque colloquio cum Claudio Charentoniano Prædicante eum non ſemel elinquem reddidit, percelebrem vero Abbatem Dangeau, Turrenium Mareſcallum, ejusque Neptin de Duras ad veræ Eccleſiæ ſinum revocavit. Tot meritis clarus a Galliarum Rege Delphini Filii ſui inſtitutioni præficiebatur, quocirca Epiſcopatum ſuum ultro dimiſit, totumque efformando Regio huic Principi ſeſe dicavit, ac demum in laboris præmium ab eodem Rege Meldenſi Epiſcopatu honoratus, primo Burgundiæ Duciſſæ a concionibus, poſtea ab eleemoſynis eſſe promeritus eſt: Tantam denique eruditionis, pietatisque famam ſibi conciliabat Boſſuetus, ut etiam ex Proteſtantibus moderatiores hunc Præſulem omni veneratione proſequerentur, & duntaxat ii, qui judicium ſuæ maledicentiæ legibus, atque inveteratæ omnes promiſcue Catholicos convitiandi licentiæ potius quam veritati conſonum ferre conſueverunt, Boſſueti, cujus argumenta refellere deſperant, famam con-

*Vid. t. 64. pag. 303. & tom. 63. pag. 371.*

convitiis proſcindere nituntur: hos inter haud infimus eſt, Apoſtata ille, qui ſe Joannem Baptiſtam Denis, ac Boſſueti Secretarium nominat, qui impudenti calamo inter alias criminationes contra Clerum Gallicanum, quæ nonniſi mordaci mendacio conſtant, effuſas, inſuper ſcribere non erubuit, quod Boſſuetus adhuc Canonicus ac nonniſi Subdiaconus cum quadam Nobili fœmina matrimonium inierit, atque ex ea duas filias ſuſceperit: id vero nonniſi poſt Boſſueti obitum ſeu poſt quinquaginta annos innotuerit: verum hæc fabula adeo male conſuta eſt, ut ejus falſitas manibus palpetur: Pudet ejusmodi nugas refellere: Ceterum celeberrimus hic Præſul ex calculi doloribus ſumma patientia toleratis, inter luculenta firmæ in Deum fiduciæ ſigna, uti vixit, id eſt pie in Domino obiit Pariſiis die duodecima Aprilis annos natus ſeptuaginta ſeptem.

Sæc. XVII. A.C. 1704.

*Jean Denis Mem. anecd. du Clergé pag. 108.*

## §. LXIX.

### *Ejusdem Opera.*

Illuſtravit digniſſimus hic Præſul univerſam Eccleſiam pluribus, iisque utiliſſimis lucubrationibus: Adhuc Metenſis erat Archidiaconus, cum Pauli Ferri Calviniani Prædicantis Catechismum

Sæc. XVII. A. C. 1704.

mum edito libello confutaſſet. Jam ſupra commendavimus ejus *expoſitionem doctrinæ Eccleſiæ Catholicæ*, quam varii Proteſtantes, qui ex hujus libelli lectione plurimos ad ejurandam ſectam fuiſſe permotos dolebant, incaſſum refellere nitebantur, unde pro more ſuo remedium in calumniis quærentes ſpargebant, quod hujus libri doctrina Tridentino non fuerit conſona, ac propterea prima ejus editio, quæ duntaxat duodecim exemplaria complectebatur, a Sorbona fuerit rejecta, nullaque Epiſcoporum approbatione munita. Aſt hiſce nugivendulis ipſemet Boſſuetus os obturavit, & Papillonus fol. 64. comprobatum reddidit, quod editio Anno 1681. & 1679. cum editione Anni 1686. ex toto conſonet, & Auctor Bibliothecæ Anglicæ Vol. 9. pag. 523. falſo ſcripſerit, quod editio Anno 1671. nonniſi duodecim exemplaribus conſtiterit. Scripſit etiam Boſſuetus diſſertationem in Hiſtoriam univerſalem, cujus editio Anno 1700. facta locupletior eſt, quam Archangelus Auguſtini Venetus Carmelita ſub ficto nomine Selvagii Canturani Italice reddidit. Orationem in Cleri comitiis Anno 1682. habitis, Colloquia cum Claudio Prædicante, Tractatum de communione ſub duplici ſpecie ad Neo-converſos, Epiſtolam Paſtoralem

*Vid. ſupra l. 206. t. 63. pag. 557.*

ralem ad eosdem, Catechismum Meldensem, & Historiam variationum in Protestantium Ecclesiis, quod opus in varia idiomata versum iterato prælo prodiit, latina autem versio Viennæ 1753. procusa non modo innumeris typi erroribus scatet, sed etiam manca & mutila, & a vero Authoris sensu aliena est: Hanc Bossueti Historiam Jurieus, Basnagius, aliique refellere nitebantur, sed Bossuetus editis sex animadversionibus silentium eis imposuit, & contra Basnagium suæ Historiæ vindicias publici juris fecit. Insuper hic Præsul ridiculas Protestantium interpretationes Apocalypseos contra Pontificem factas confutans, edidit Apocalypsin unacum explicatione, pariter explicationem quarumdam difficultatum circa Missæ preces ad Neophytum quemdam, preces Ecclesiæ in diebus Dominicis & festis, librum Psalmorum, Statuta & decreta Synodalia pro Diæcesi Meldensi, epistolam de adoratione S. Crucis, libros Salomonis, Proverbia, Ecclesiasten, cantica, Sapientiæ librum, & Ecclesiasticum cum notis, reflexiones in spectacula theatrorum, Instructionem Pastoralem de Statibus orationis contra Quietistas, falsosque mysticos unacum eorum condemnationis sententia. Meditationes de remis-

Sæc. XVII. A. C. 1704.

Sæc. XVII. A. C. 1704.

sione peccatorum pro tempore Jubilæi. Epistolam quinque Præsulum contra Nodum Sfondrati: Declarationem contra librum Feneloni, summam Doctrinæ libri, cui titulus: *Explicatio Regularum* &c. Varia scripta in eundem librum, responsum ad quatuor Feneloni epistolas, relationem Quietismi, de nova Quæstione tractatus tres. 1. *Mystici in tuto.* 2. *Schola in tuto.* 3 *Quietismus redivivus:* Observationes in Feneloni responsum ad relationem Quietismi. Decreta Synodalia de celebratione Festorum, Responsum ad præjudicia decisiva, responsum ad librum, cui titulus: *præcipuæ propositiones libri de Regulis Sanctorum*: Duas Instructiones Pastorales circa Christi promissiones suæ Ecclesiæ factas, Declarationem Conventus Cleri Gallicani, Decretum contra novum Testamentum Trivoltiense, & Instructionem binam circa ejus versionem, Dissertationem de doctrina & crisi Grotii: Explicationem Prophetiæ Isaiæ, Politicam ex Verbis S. Scripturæ haustam, quam præfatus Carmelita in Italicum idioma transtulit, epistolam ad Moniales Portu Regienses, Vindicias reflexionum in Novum Testamentum &c. contra problema Ecclesiasticum, Elevationem ad Deum circa Religionis Christianæ mysteria, Meditationes in Evan-

Evangelia, tractatum de libero arbitrio & concupiscentia, & sex orationes funebres. Sæc. XVII. A.C. 1704.

## §. LXX.

## *Protestantium Scriptorum decessus & lucubrationes.*

Ex pluribus Scriptoribus Acatholicis, quos hoc anno mors vivis eripuit, celebriores adducimus, quos inter primo loco venit Andreas Caroli, qui edidit memorabilia Ecclesiastica Sæculi XVII. & epistolam apologeticam pro horum memorabilium fide historica. II. Christophorus Franckius scripsit specimen controversiarum Ecclesiæ Lutheranæ cum Remonstrantibus, exercitationes Anti-Wendelianas & Anti-Limborchianas. III. Joannes Locke posteris reliquit tentamen humani intellectus, epistolam de tolerantia, librum de educatione filiorum, tractatum de civili regimine, & Paraphrasin in Epistolam D. Pauli. IV. Joannes Abraham Birnbaum vulgavit dissertationes de privilegio, de contractu literali, de licentia renuntiandi, de jure pupillorum, & de foro privilegiato. V. Job Ludolph scripsit Lexica Amharicolatinum, & Æthiopico-Latinum, Historiam Æthiopicam, epistolam ad *Niceron l. c.*

Sæc. XVII. A.C. 1705.

Abyſſinorum gentem, commentarium & Appendicem ad Hiſtoriam Æthiopicam, Pſalterium Davidis Æthiopice, Confeſſionem fidei Claudii Regis Æthiopiæ, tractatum de bello Turcico feliciter gerendo, unacum epiſtolis Pii V. pluraque alia. VI. Joannes Hedingerus elucubravit diſſertationom de fœdere gratiæ, Quæſtiones de diſcrepantia V. T. a N. diſſertationem de clypeo S. Georgii ſeu de fœdere Suecico, & nonnulla alia.

*Vid. ſupra pag. 106.*

## §. LXXI.

## *Clementis XI. Conſtitutio contra externam obedientiæ Janſenianæ ſpeciem.*

*Recueil Hiſt. des Bull. Dupin t. 4. Hiſt. d'Eccl. Hode vie de Louis XIV. lib. 57.*

Quamvis Archiepiſcopus Mechlinienſis præcipuos Janſenianæ factionis Duces in Belgio acriter infectatus eſſet, nihilominus non deerant, qui in Gallis novas, easque tam Eccleſiæ quam Regno noxias concitarent turbas, editisque libris ſpargerent, quod Clemens IX. admittendo quatuor Franciæ Epiſcopos ad Eccleſiæ pacem, duntaxat obſequioſum ſilentium circa Janſenii factum requiſierit, & Innocentius XII. damnando quinque ejus propoſitiones in ſenſu *obvio* diverſum a ſenſu Janſenii damnaverit, nec circa definitionem ſenſus con-

controversi plus quam silentium obsæc. XVII.
quiosum exegerit, idque hæresis ac idolo- A. C. 1705.
latriæ species foret. Ejusmodi cavillationibus atque effugiis Jansenistæ in ipsa Ecclesiæ viscera grassabantur, totumque Clerum, & animarum Pastores diro schismate discindebant. Eapropter Ludovicus Franciæ Rex hisce turbis finem imponere intentus, cum ex judicii actis contra Quesnellum, Jansenismum non esse merum phantasma, sed factionem religioni proin ipsi etiam Regno summe pernicioſam fore, luculenter agnovisset, optimum Jansenii Patronos compescendi medium censuit, si Pontifex Prædecessorum Constitutiones solemni & authentica Bulla confirmaret, & cuncta hæc Novatorum effugia disertis verbis damnaret. Hanc in rem Franciæ Rex unacum Philippo V. Hispaniarum Rege supplices ad Clementem Papam dedit literas, quibus acceptis Papa omnem curam, operam & vigilias in hoc negotio impendit, & tandem diuturno ac maturo rerum examine præmisso die decima quinta Junii ejusmodi Constitutionem edidit, hujus tenoris:

„Vineam Domini Sabaoth, quæ „est Catholica Ecclesia, pro commisso „Nobis Divinitus Apostolicæ Servitutis „munere custodire, atque excolere omni „studio, atque industria jugiter sata-

Sæc. XVII. A. C. 1705.

„gentes, ea, quæ a Romanis Pontifi-
„cibus Prædeceſſoribus noſtris ad ſuc-
„creſcentes in illa pernicioſarum novi-
„tatum vepres radicitus evellendos,
„prudenti, ſalubrique conſilio conſti-
„tuta eſſe noſcuntur, ut quibuscunque
„Inimici hominis molitionibus dejectis,
„firmius ſemper, atque exactius obſer-
„ventur, Apoſtolici muniminis noſtri
„præſidio libenter roboramus, atque
„alias deſuper ſollicitudinis, & provi-
„dentiæ noſtræ partes interponimus,
„ſicut omnibus maturæ Conſideratio-
„nis trutina perpenſis, ad fidelem,
„ac tutam orthodoxæ veritatis cuſto-
„diam, necnon animarum pretioſo uni-
„geniti Dei Filii Domini Noſtri Jeſu
„Chriſti ſanguine redemptarum Salu-
„tem expedire in Domino arbitramur.„

„Sane poſtquam Fel. rec. Innocen-
„tius Papa X. Prædeceſſor Noſter per
„quamdam ſuam deſuper editam Con-
„ſtitutionem quinque famoſas Propoſi-
„tiones ex Libro Cornelii Janſenii Epi-
„ſcopi Iprenſis, cui titulus *Auguſtinus*
„excerptas Apoſtolici cenſura Judicii
„rite confixerat, rec. me. Alexander
„Papa VII. etiam Prædeceſſor Noſter
„ad ejusmodi jam damnatos errores
„a Chriſti fidelium mentibus prorſus
„aboſendos, publicæque tranquillitatis
„perturbatorum ſubtili tectas calliditate
„machi-

„machinationes penitus evertendas, Sæc. XVII.
„prædictam Innocentii Prædeceſſoris A.C. 1705.
„Conſtitutionem, toto illius inſerto te-
„nore, confirmavit, novarumque de-
„clarationum acceſſione conſtabilivit,
„ſua in id pariter edita conſtitutione.„

Poſtmodum Clemens Papa adduxit Conſtitutionem Alexandri VII. jam a nobis ſupra allegatam, demum hæc ſubjunxit:„ Subinde vero, quo omnis „Apoſtolicarum definitionum eluden-„darum aditus intercluderetur, memo-„ratus Alexander Prædeceſſor priſcum „Eccleſiæ morem ſequutus, certam „edidit formulam ab omnibus Eccle-„ſiaſtici Ordinis, tam ſæcularibus, „quam regularibus perſonis ſubſcri-„bendam per aliam ſuam hac in re „promulgatam conſtitutionem.„

Hac quoque inſerta Pontifex ita proſequebatur: „Sic equidem cauſſa „finita eſt; non tamen ſic, ut par erat, „finitus eſt error Apoſtolico toties mu-„crone percuſſus: neque enim defuere, „nec adhuc deſunt, homines veritati „non acquieſcentes, & nunquam Ec-„cleſiæ contradicendi finem facientes, „qui variis diſtinctionibus, ſeu potius „effugiis ad circumventionem excogi-„tatis, Eccleſiam ipſam turbare, eam-„que interminatis quæſtionibus, quan-„tum in ipſis eſt, involvere, & impli-

Sæc. XVII. A. C. 1705.

„care conantur; quodque deterius est, „ipsamet Apostolicæ Sedis decreta re„darguendis eorum pravis sensibus con„dita, ac præsertim quasdam piæ me„moriæ Clementis Papæ IX. die 19. „Januarii 1669. ad quatuor Galliæ Epi„scopos, necnon binas similis memo„riæ Innocentii Papæ XII. etiam Præ„decessorum nostrorum die 6. Februarii „1694. & die 24. Novembris 1696. ad „Episcopos Belgii in forma Brevis re„spective datas literas, in erroris sui „patrocinium advocare, temerario pla„ne ausu, non erubescunt; perinde, „ac si memoratus Clemens Prædeces„sor, qui eisdem suis literis se Inno„centii X. & Alexandri VII. Prædeces„sorum Constitutionibus supradictis fir„missime inhærere, ac a dictis quatuor „Episcopis veram, & totalem obedien„tiam, adeoque formula a Præfato „Alexandro Prædecessore, sicut præ„mittitur, edita sincere per eos sub„scribi voluisse declaravit, aliquam in „tam gravi negotio exceptionem, seu „restrictionem, quam nullam prorsus „se unquam admissurum fuisse prote„status fuit, reipsa admisisset; dictus „vero Innocentius XII. Prædecessor, „dum sapienter, ac provide prædictas „quinque Propositiones ex memorato „libro Jansenii excerptas in sensu ob„vio,

„vio, quem ipsamet Propositionum „verba exhibent, ac præseferunt, damnatas esse pronunciavit, non de ipsomet obvio sensu, quem in Jansenii „libro habent, quive ab eodem Jansenio intentus, ac a præfatis Innocentio X. & Alexandro VII. Prædecessoribus damnatus fuit, sed de alio quopiam diverso sensu cogitasset; dictasque Innocentii X. & Alexandri VII. „Prædecessorum Constitutiones temperare, restringere, aut alio quovis modo immutare voluisset iisdem ipsis „literis, quibus eas in suo robore fuisse, „& esse, seque illis firmiter inhærere „verbis, apertissime asserebat.„

„Præterea iidem inquieti homines „sparsis undequaque scriptionibus ac „libellis, exquisita ad fallendum arte „compositis, non sine gravi Apostolicæ „Sedis injuria, maximoque totius Ecclesiæ scandalo docere non sunt veriti, *ad obedientiam præfatis Apostolicis Constitutionibus debitam non requiri, ut quis prædicti Jansseniani libri sensum in ante dictis Propositionibus, sicut præmittitur, damnatum, interius, ut hæreticum, damnet; sed satis esse, si ea de re obsequiosum (ut ipsi vocant) silentium teneatur.* Quæ quidem assertio quam absurda sit, & animabus fidelium pernicioſa, satis apparet, dum fallacis

Sæc. XVII. A. C. 1705

„hujus Doctrinæ pallio non deponitur „error, ſed abſconditur; vulnus tegi„tur, non curatur; Eccleſiæ illuditur, „non paretur, & lata demum Filiis „inobedientiæ via ſternitur ad foven„dam ſilentio hæreſin; dum ipſam Jan„ſenii doctrinam, quam ab Apoſtolica „Sede damnatam Eccleſia univerſalis „exhorruit, adhuc interius abjicere, „& corde improbare detrectant.„

„Quin etiam eo impudentiæ non„nullos deveniſſe compertum eſt, ut „veluti naturalis honeſtatis, nedum „Chriſtianæ ſinceritatis obliti aſſerere „non dubitaverint, *præfatæ formulæ a memorato Alexandro Prædeceſſore præſcriptæ ſubſcribi licite poſſe, etiam ab iis, qui interius non judicant, prædicto Janſenii libro doctrinam hæreticam contineri.* „Quaſi vero contra quam ſcriptum eſt: *Qui loquitur veritatem in corde ſuo.* Et: „*qui jurat proximo ſuo, & non decipit;* „hujusmodi erroris Sectatoribus liceat „Eccleſiam ipſam jurejurando decipere, „ſimulque Apoſtolicæ Sedis provident„tiam fallere; dum ejusdem formulæ „conceptis verbis loquuntur, quod Ec„cleſia loquitur, quod tamen ſentit „ipſa, non ſentiunt; ſeque parere Con„ſtitutionibus Apoſtolicis profitentur, „quibus animo contradicunt.„

„Hinc

„Hinc est, quod Nos ad opportu- Sæc. XVII.
„num & efficax tam exitiali morbo, qui A. C. 1705.
„ut cancer serpit, & quotidie in de-
„terius vergit, remedium adhibendum,
„non minus demandatæ nobis omnium
„Ecclesiarum sollicitudinis debito, quod
„plurimorum Venerabilium Fratrum
„nostrorum diversarum partium, ac
„præsertim Regni Galliarum Episco-
„porum Zelo, ac precibus excitati;
„ne hujusmodi pravi homines Catho-
„licæ Ecclesiæ pacem subvertere im-
„pune pergant, & simplicium, ac pu-
„sillorum mentibus imponere, docen-
„tes, quæ non oportet; neve ullus a-
„pud eos quoque, qui bona, ut ajunt,
„fide, ac falsis rumoribus decipi se for-
„tasse patiuntur, de mente, ac senten-
„tia Apostolicæ Sedis amplius ambi-
„gendi superset locus, divino prius,
„tam privatis nostris, quam publice in-
„dictis precibus, implorato præsidio,
„ac re mature discussa, de nonnullo-
„rum Venerabilium Fratrum nostrorum
„S. R. E. Cardinalium consilio, audi-
„tisque complurium in sacra Theologia
„Magistrorum suffragiis.„

„Primo quidem præinsertas Inno-
„centii X. & Alexandri VII. Prædeces-
„sorum Constitutiones, omniaque, &
„singula in eis contenta authoritate
„Apostolica tenore præsentium, con-
„firma-

Sæc. XVII. A. C. 1705

„firmamus, approbamus, & innova„mus.„

„Ac insuper, ut quævis impoſte„rum erroris occasio penitus præcida„tur, atque omnes Catholicæ Eccleſiæ „Filii Eccleſiam ipſam audire, non ta„cendo ſolum (nam & impii in tenebris „conticeſcunt) ſed & interius obſe„quendo, quæ vera eſt orthodoxi ho„minis obedientia, condiſcant; hac „noſtra perpetuo valitura conſtitutione „Obedientiæ, quæ præinſertis Apo„ſtolicis Conſtitutionibus debetur, ob„ſequioſo illo ſilentio minime ſatisfieri; „ſed damnatum in quinque præfatis „Propoſitionibus Janſeniani libri ſen„ſum, quem illarum verba præſeferunt, „ut præfertur, ab omnibus Chriſti fi„delibus, ut hæreticum, non ore ſo„lum, ſed & corde rejici, ac damnari „debere; nec alia mente, animo, aut „credulitate ſupradictæ formulæ ſub„ſcribi licite poſſe; ita, ut qui ſecus, „aut contra, quoad hæc omnia, & ſin„gula, ſenſerint, tenuerint, prædica„verint, verbo, vel ſcripto docuerint, „aut aſſeruerint, tanquam præfatarum „Apoſtolicarum Conſtitutionum trans„greſſores, omnibus & ſingulis illa„rum cenſuris & pœnis omnino ſub„jaceant, eadem Authoritate Apoſto„lica

„lica decernimus, declaramus, ſtatui- Sæc. XVII.
„mus, & ordinamus.„ A.C. 1705.

„Decernentes pariter easdem præ-
„ſentes, & præinſertas literas ſemper,
„& perpetuo validas, & efficaces exi-
„ſtere, & fore, ſuosque plenarios, &
„integros effectus ſortiri, & obtinere.
„Sicque per quoscunque Judices ordi-
„narios, & delegatos ubique judicari,
„& definiri debere, ſublata eis, & eo-
„rum cuilibet quavis aliter judicandi,
„& interpretandi facultate, & auctori-
„tate; ac irritum, & inane, ſi ſecus
„ſuper his a quoquam quavis auctori-
„tate ſcienter, vel ignoranter contige-
„rit attentari.„

„Quocirca Venerabilibus Fratribus
„Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliis-
„que locorum ordinariis, necnon hæ-
„reticæ pravitatis Inquiſitoribus, & Ju-
„dicibus Eccleſiaſticis, ad quos perti-
„net, committimus, & mandamus, ut
„ſinguli in ſuis reſpective diæceſibus,
„ac locis ſuæ Jurisdictioni ſubjectis,
„ipſas præſentes literas, & in eis con-
„tenta, quæcunque exequantur, &
„executioni mandari, & obſervari ab
„omnibus curent, & inobedientes, &
„rebelles quoscunque per cenſuras, &
„pœnas præfatas, aliaque juris & facti
„remedia, appellatione poſtpoſita, in-
„vocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit,
„brachii

Sæc. XVII. A. C. 1705.

„brachii sæcularis auxilio, omnino „coerceant, & compellant.„

## §. LXXII.

## *Clementis XI. Papæ epistola ad Franciæ Regem hac in causſa.*

*Dupin l. c. pag. 394. Epist. & Breve Clemens XI. pag. 262.*

Cum igitur Pontifex in hac constitutione disertis verbis declararit, quod sensum Jansenii in ejus libro, quem hæreticum non modo exterius sed & interius damnare oporteret, & obsequiosum silentium non sufficeret, sat mirari non possumus, quod nihilominus celebris quidam Scriptor hæc asserere præsumpserit: „omnium expectatio eo abiit, ut Pontifex circa solam quæstionem facti agitatam, & in „casu conscientiæ propositam diserte „pronuntiaret, scilicet, an quis interius credere obstringatur factum Jansenii vel non: ipse vero id studiose declinarit, conjungens jus cum facto, „declarando, quod obedientiæ Constitutionibus debitæ non satisfiat per „obsequiosum silentium, quod tamen „circa propositiones sufficere, nullus „affirmavit, quæstio unice vertitur, an „quinque propositionum libri Jansenianisensus sit hæreticus: quod Papa non „definit, contentus, ut eas damnet „in sensu obvio, quem Jansenii sensum appel-

„appellat, quin id credere, nos ob- Sæc. XVII.
„ſtrictos eſſe, definiat.„ Hucusque A.C. 1705.
hic Scriptor, quicunque Clementinæ Conſtitutionis verba vel fugitivo oculo percurrerit, manifeſte deprehendet, quod *hic telas Araneæ texuerit*, quibus ſuam pervicaciam contegere, & imbelles animas capere molitur.

Ceterum Pontifex hanc ſuam Conſtitutionem ad Ludovicum Franciæ Regem transmiſit die decima ſeptima Julii has ſubjungens literas: „Eximio „tuendæ Catholicæ Religionis Zelo, „quo Majeſtas tua Regalis cæteras animi „tui dotes illuſtrat, gratum ſane fore „duximus, ac perjucundum, quod ex„tirpandis prorſus Janſeniani erroris „reliquiis Apoſtolicam Conſtitutionem „matura, ut plane rei gravitas poſtu„lat, deliberatione præhabita, nuper „ediderimus. Nam proinde ad Maje„ſtatem tuam ſtatim mittere non æ„quum modo, ſed & quodammodo „debitum exiſtimavimus. compluribus „Venerabilis Fratris Philippi Antonii „Archiepiſcopi, Epiſcopi Immolenſis „Nuntii noſtri literis, & frequentibus „dilecti Filii Tuſſani S. R. E. Cardinalis „de Janſon nuncupati, qui Majeſtatis „tuæ negotiis hic præeſt, ſermonibus „abunde intellexerimus, quam ardenti „jam pridem Majeſtas tua deſiderio „flagra-

Sæc. XVII. A. C. 1705.

„flagraret, ut ſublatis penitus inquie-
„torum hominum Catholicæ veritati
„caliginem affundentium effugiis, ortho-
„doxæ fidei ſinceritati, & omnimodæ
„tranquillitati hac in re conſuleretur.
„Quod nonniſi B. Petri Cathedræ, in
„qua immeriti reſidemus, judicio, more
„majorum præſtari ſatis poſſe, cogno-
„veras. Id vero, cum opportune, &
„ſalubriter, ut confidimus, Deo fa-
„vente, actum ſit, minime dubitamus,
„quin Majeſtas tua Venerabilibus Fra-
„tribus Regni tui Epiſcopis, quorum
„cæteroquin Nobis perſpecta pietas, &
„hac in re ſtudium, & vigilantia eſt
„pro integra ejusdem noſtræ Conſtitu-
„tionis obſervantia, favorem omnem,
„& patrocinium ſit adhibitura. Probe
„enim pro conceſſa tibi divinitus ſin-
„gulari ſapientia noſti, Catholicæ im-
„primis fidei puritate conſtabiliri regna,
„tum vero demum res ipſius fidei in
„tuto eſſe, cum ſollicitudinem, qua
„Sacerdotalis oculus regalis brachii
„fulſit authoritas, ac Majeſtati tuæ
„Apoſtolicam Benedictionem &c.„

§. LXXIII.

Sæc. XVII. A. C. 1705.

## §. LXXIII.

### *Regis epistola ad Cleri comitia.*

Acceptis hisce Papæ literis Franciæ Rex Clementis Constitutionem ad Cleri Gallicani comitia transmisit, postulans, eam universi Regni Præsules acceptarent, ut ab eis receptam Rex ubique & ab omnibus promulgari, atque executioni dari, Regio diplomate præcipere posset. Hanc in rem Rex die secunda Augusti ad Clerum has dedit literas: „Ad reprimendas „quorumdam turbidi ingenii hominum „machinationes, quibus altercationes „ob Janseniani libri damnationem exor„tas innovare intenti, pacem Ecclesiæ „perturbant, ad preces nostras sum„mus Pontifex eodem, quo ejus Præ„decessores spiritu animatus, post ex„actum, maturumque hujus rei exa„men, tandem tanti operis negotio „ultimam admovit manum, ac die de„cima quinta Julii sua Constitutione „Archiepiscopo Gualterio Immolensi „Episcopo ac Nuntio suo in mandatis „dedit, ut Nobis traderet literas, qui„bus pro præfatæ Constitutionis pro„mulgatione, ejusque per universam „Regnum executione auctoritatem

*Recueil des Bull.*

Sæc. XVII. A. C. 1705.

„meam interponere rogati ſumus. Cum „autem, ſervata tamen forma Sacris „Decretis & Eccleſiæ Gallicanæ praxi „ſtabilita, tranquillitatem, quæ hujus „Conſtitutionis fructus eſſe debet, Re„gni noſtri Eccleſiis prompte reddi ar„denter deſideremus, opportunitate „veſtri Conventus Pariſienſis juſſu no„ſtro convocati utendum ratus, hujus „Conſtitutionis tranſumptum vobis eo „fine transmittimus, ut eam reveren„tia Pontifici debita, ac conſueto ve„ſtro Eccleſiæ bonum utilitatemque „promovendi Zelo recipiatis. Horta„mur itaque vos, ut de ejus accepta„tione, necnon de opportunis illam in „omnibus Regni Diæceſibus in uſum „deducendi mediis nulla mora delibe„retis, ut de veſtra acceptatione, ve„ſtroque conſilio certiores redditi, præ„fatæ Conſtitutionis promulgationem, „ac per univerſum Regnum, Provin„cias, & loca executionem præcipere „valeamus, rogantes, ut Deus Vos „cuſtodiat &c. „

## §. LXXIV.

## *Cleri Gallicani acta in cauſſa Conſtitutionis Pontificiæ.*

*Argentre Coll. Jud. t. 3. p. 450.*

Altera mox die Cardinalis Noallius Pariſienſis Archiepiſcopus in publicis Cleri

Cleri comitiis Regis literas unacum Constitutione Pontificia prælegi jussit, ac postea ejusdem Regis pietatem, prudentiam, & benevolentiam erga Clerum commendans, rationes, quibus hic Princeps ad petendam hanc Constitutionem urgebatur, necnon ingentia pacis commoda inde in Ecclesiam redundatura exposuit, minime dubitans, eam non modo cum omni reverentia, sed & ingenti gaudio a singulis acceptatum iri. Hanc in rem Rothomagensem Archiepiscopum, sex Episcopos, & septem Abbates tanquam Deputatos nominavit, eisque Constitutionem tradidit, ut desuper in comitiis referre possent. Die autem vigesima prima ejusdem Mensis idem Rothomagensis Archipræsul retulit, a ceteris Deputatis decretum esse. I. Doctrinæ capita dijudicandi potestatem Episcopis ex Divina institutione competere. II. Pontificum Constitutiones a toto Pastorum Corpore acceptatas obligare universam Ecclesiam. III. Hanc acceptationem *per viam judicii* ab Episcopis fieri: his stabilitis Archiepiscopus retulit, Deputatos censere, I. omni veneratione & submissione acceptandam esse Pontificis Constitutionem. II. Proin a Cleri Conventu ad summum Pontificem perscribendam esse

Sæc. XVII. A. C. 1705.

Sæc. XVII. A. C. 1705.

epiſtolam gratulatoriam, gratesque eidem eſſe referendas. III. Omnes quoque Regni Epiſcopos epiſtola encyclica monendos eſſe, ut uniformi, quantum fieri poterit, mandato præfatam Conſtitutionem, nil eidem addendo vel demendo, in omnibus ſuis Diœceſibus recipi ac promulgari jubeant. IV. Grates pariter Regi reddendas pro patrocinio hac in re Eccleſiæ impenſo, & pro confidentia & bonitate erga Clerum in ſuis literis comprobata. V. Supplicandum Regi, ut hanc Conſtitutionem in toto Regno ad acta referri & promulgari, Regio edicto præcipiat, inſertaque clauſula prohibeat, ne exiſtimati exempti, qui ſe Ordinarios dicunt, hanc cauſſam cognoſcere præſumant: Poſtea Præſules hujus Conſtitutionis verba & argumentum non modo eruditis ſed & ſolidis animadverſionibus illuſtrarunt, ac ſequenti die hanc Deputatorum ſententiam exequi decreverunt.

## §. LXXV.

### *Regium diploma pro acceptanda Pontificis Conſtitutione.*

*Recueil l. c.* Cuncta hæc Cleri Gallicani concluſa Franciæ Rex ſumma animi lætitia excepit, eaque expectationi ſuæ, votisque conſona reperiens, hoſce Præſules

Sæc. XVII. A. C. 1705.

sules plurimum commendabat, quod in Pontificis Constitutione Spiritum & Ecclesiæ doctrinam, cui Franciæ Clerus semper inviolabili fide adhæsit, agnoscentes, reverentia Ecclesiæ Capiti a Deo constituti debita eandem receperint. Eapropter edito Versaliis diplomate Regio die ultima Augusti præcepit, ut hæc Papæ Constitutio a Regni Archiepiscopis & Episcopis in Parisiensi Conventu congregatis acceptata in omnibus locis recipiatur, promulgetur, & juxta formam & tenorem suum effectui detur. Pariter omnes Archiepiscopos, ac Regni Episcopos hortatus est, eisque injunxit, ut in omnibus Diæcesium suarum Ecclesiis eandem legi, promulgari, & officii actis inseri curent, ac uniformi modo observari jubeant, ut pax inde sperata in charitate inviolabiliter conservetur, & altercationes, quibus ea hucusque turbata erat, haud ultra renoventur: cumque *Ecclesiæ judicium circa doctrinam præcipue Personis & characteri Episcoporum sit reservatum*, idque eis nullo privilegio adimi possit, hinc Rex voluit, ut suum diploma non obstante quacunque exemptione, privilegio &c. observetur, ipsi etiam Parlamento Parisiensi Rex præcepit, ut si nihil Sacris Decretis, Canonibus, Regii

Sæc. XVII. A. C 1705. sceptri juribus, & prærogativis, aut Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus in præfata Constitutione contrarium reperiri constiterit, Regias hasce literas una cum Pontificis Bulla prælegi, publicari & ad tabulas referri curent, ejus tenorem observent, & ab omnibus Curiæ Regiæ subditis observari satagant. Denique Curiæ Ministris mandavit, ut requisiti ad exequendam hanc Constitutionem Archiepiscopis & Episcopis auxilium opemque brachii sæcularis præstent.

## §. LXXVI.

## *Cleri Gallicani epistola ad Papam.*

*Recueil l. c.* Quamprimum Cleri Gallicani Præsules hasce Regis literas receperant, mox sequenti Mense datis ad Clementem Papam literis eundem de unanimi eorum consensu, & Bullæ acceptatione certiorem reddidere, hisce verbis: „Quantum nobis metuendum videba„tur, ne, quæ sopitæ credebantur, „circa Jansenismum contentiones, „acrius reviviscerent, tantum nunc „Sanctitati Vestræ gratulamur, tumul„tus, qui recens apud nos inquieto„rum hominum contumacia fuerant „excitati, ipsius prudentia simul, & „auctoritate fuisse compressos, firma„tam

„tamque impoſterum Apoſtolicæ Sedis „judicio, Eccleſiarum pacem ac con- „cordiam.„ Sæc. XVII. A. C. 1705.

„Nonnullis quidem ſcriptis, ſum- „morum Pontificum Conſtitutionibus „authoritatem detrahere, Janſeniique „librum adverſus Eccleſiæ Decreta per- „tinaciter tueri, paucis abhinc annis „tentaverunt ejusdem Janſenii Secta- „tores; cum ſtatim pro Epiſcopali mu- „nere libellos, qui in Diæceſi Pari- „ſienſi de induſtria ſparſi undequaque „fuerant, juſta cenſura proſcripſit Emi- „nentiſſimus Archipræſul, applauden- „tibus æquiſſimæ damnationi Univerſis „Galliarum Epiſcopis, quorum in co- „lenda Apoſtolica Sede ſingulare ſtu- „dium, atque in profligandis profanis „novitatibus indefeſſus labor ſemper „emicuit.„

„Verum agebatur de vindicando a „pravis, & alienis expoſitionibus ge- „nuino ſenſu Conſtitutionum Apoſtoli- „carum Innocentii X. & Alexandri VII. „quas ſolemni, & a Majoribus accepto „more, Clerus Gallicanus, atque ad „ejus exemplum univerſa recepit Ec- „cleſia.„

„Æquum igitur erat, & Eccleſiæ „imprimis utile, ut poſt damnatam ab „Apoſtolica Sede in ejusmodi conten- „tionum exordio Janſenianam hæreſin,

Sæc. XVII. A. C. 1705.

„omnes etiam cavillationes in erroris „patrocinium excogitatæ, ejusdem Se„dis judicio prorsus amputarentur, & „ita Constitutionibus Apostolicis sua „constaret authoritas, atque impostе„rum, quod optabat Apostolus: *idipsum dicerent omnes, essentque perfecti in eodem sensu, & eadem sententia.*

„Hunc igitur tamdiu optatum Pa„storalis Vigilantiæ fructum certo nunc „sperare licet ex edita Constitutione, „quam pro singulari erga Sedem Apo„stolicam obsequio, pro eximio in „tuenda tum veritate, tum Ecclesia„rum pace studio, Christianissimus Rex „noster a Sanctitate Vestra efflagitavit. „Hanc ab Illustrissimo Archiepiscopo, „Episcopo Immolensi Nuntio Aposto„lico, Majestati suæ traditam, ad nos „in generalibus Cleri Gallicani comitiis „in unum coactos, antequam in Gal„liis executioni demandaretur, trans„mitti voluit.„

„Definitionem itaque Beatitudinis „Vestræ debita observantia colentes „(quodque scribebant olim ad beatum „Leonem Galliarum Episcopi): (a) *exultantes in ea, ita nos semper ex paterna tradi-*

(a) Epist. Synod. Episc. Gall. ad Leonem inter Epist. S. Leonis post ep. 76. epist. S. Synodi Chalced. ad eundem.

*traditione tenuisse, ut Apostolatus vester exposuit, jure lætati sumus* Et (ut quondam quartæ Synodi Patres Magni „Leonis Epistolam excepere) uno spiritu, una conspiratione, una concordia Constitutionem Sanctitatis Vestræ „ea, qua par est, reverentia suscepimus, communique consilio promulgandam, & executioni demandandam „in Ecclesiis & Diœcesibus nostris decrevimus: Atque omnium fuit sententia, sedulo cavendum, ne quis Pastorali nostræ Sollicitudini commissus „impune contraria docere, scribere, „aut loqui præsumat.„ (*b*)

„Sed tantæ authoritati, tamque „maturo judicio obtemperaturos omnes speramus: futurumque (quod „olim in Galliis post beati Leonis Epistolam accidit) *ut prava persuasio participes non inveniat, aut inventos amittat* (*c*).

„Erit hæc propria vestri Pontificatus laus & gloria, firmata nimirum „& constabilita pax, quam Eusebius „Mediolanensis Episcopus *consummati certaminis coronam appellabat, quamque quiete perpetua retenturos*, ut ajebat, „ultro confidimus & optamus.„ (*d*)



(*b*) Epist. Gall. ad S. Leonem.

(*c*) Epist. Euseb. Mediol. ad eundem.

(*d*) Ead. Epist. Episc. Gall. ad S. Leonem.

Sæc. XVII. A. C. 1705.

„*Quis autem* (liceat enim rursus illo-„rum verbis uti, quorum erga Sedem „Apostolicam perpetuum obsequium, „velut hæreditario jure nobis vindica-„mus) *Apostolatui vestro pro hoc tanto munere dignas æstimat gratias posse persolvi? quod nos ante oculos habentes non desinamus Deo gratias agere, & supplicare gratulantes, quod tantæ Sanctitatis, tantæque Doctrinæ Apostolicæ Sedi Antistitem dederit, petentes, ut datum concessumque munus Pontificii vestri longissima ad ædificationem Ecclesiarum suarum ætate servet, ac tueatur.* Quæ semper erunt vota „eorum, qui se cum singulari venera-„tione profitentur &c.„

## §. LXXVII.

### *Epistola Encyclica ad omnes Franciæ Præsules.*

*Argentre Coll. Jud. t. 3. p. 453.*

Pari etiam Religionis studio & observantia erga S. Sedem, Regisque sui voluntatem animati Franciæ Præsules in suis comitiis encyclicam epistolam ad omnes Franciæ Episcopos die decima quarta Septembris dederunt, cujus summa hæc: „Quamvis nos jam „ab aliquot annis scripta Constitutioni-„bus contra Jansenismum emanatis „contraria, atque in Parisiensi Diœcesi „damnata pariter damnaverimus, Rex-„que

„que inimica pacis evertere semper in- Sæc. XVII.
„tentus fuerit, nunc tamen, ut in suo A.C. 1705.
„Regno Ecclesiarum tranquillitatem
„magis solidaret, Pontificem rogavit,
„ut falsas Innocentii X. & Alexandri VII.
„Constitutionum interpretationes dam-
„nare, & per sacræ Sedis decisionem
„in Gallicana Ecclesia receptam & ac-
„ceptatam omnium animos subjicere,
„cunctosque Jansenii errores innovandi
„obtentus auferre, & perpetuo alter-
„cationes Ecclesiæ & Regno noxias
„extinguere velit. Id vero præstitit
„Pontifex sua Constitutione die 16. Julii
„edita, *cujus solemnis acceptatio tanquam judicium ac totius Ecclesiæ decisio habenda est.* Postea Præsules retulerunt, quod jussu Regis hanc Constitutionem, tantique momenti negotium mature *examinarint*, & quamvis nonnisi simplices Apostolicorum decretorum executores sint, *vere tamen unacum Papa judicent, & pronuntient.* Nos, prosequebantur „Præsules, hanc decisionem considerantes, & de Franciæ Episcoporum doctrina huic Constitutioni & Ecclesiæ „menti consona persuasi, omnes unanimi consensu eam acceptavimus, & „propterea Rex illam pariter ab omnibus recipi jussit, illius tamen execu-„tione Episcopis jure reservata: Non „eo animo vobis scribimus, ut vos

„ex-

Sæc. XVII. A. C. 1705. „excitaremus ad recipiendam deci„ſionem non minus in ſe juſtam, quam „ſua auctoritate venerandam: aliunde „enim ad exequenda ea, quæ hac in „re miniſterii veſtri ratio, & Eccleſiæ „bonum exigit, veſter Zelus & ſcien„tia vos impellet, ut id vero efficacius „promoveamus, unanimi ſuffragio hanc „Bullam in noſtris Diæceſibus publi„cari & executioni dari mandavimus „per edicta, quantum fieri poteſt, uni„formia, quocirca ſolis deciſionis Apo„ſtolicæ verbis inhærentes, nihil ad„dendum, nihil demendum cenſe„mus. Tam prudenti conſilio vos quo„que acceſſuros, nobis perſuadet veſter „Zelus pro veritate, amor pro pace & „perfecta inter Epiſcopos harmonia &c. Quam tamen Præſules Galli in comitiis congregati ſibi auctoritatem attribuant, quamque libertatum ſuarum tenaces ſint, ex hac epiſtola luculenter, & ex Papæ literis patet, quibus anno ſequenti apud Regem querebatur, in hiſce comitiis rem ita fuiſſe geſtam, *ac ſi non tam de recipienda prafata Conſtitutione, quam de Sedis Apoſtolicæ authoritate circumſcribenda, vel potius eligenda cogitatum eſſet.*

§. LXXVIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1705.

## §. LXXVIII.

### *Hæc Pontificis Conſtitutio a Facultate Pariſienſi recepta.*

Sub idem ferme tempus Ludovicus XIV. Franciæ Rex ad Pariſienſem Facultatem Theologicam die trigeſima Auguſti literas dedit, quibus Facultatis Doctoribus injunxit, ut Conſtitutionem Pontificiam executioni darent, atque in Theſibus & prælectionibus tam Philoſophicis quam Theologicis nihil deciſionibus in præfata Conſtitutione contentis contrarium tradant, doceantque: Hanc epiſtolam Cardinalis Noallius Pariſienſis Archiepiſcopus Franciſco Joiſelio Decano, ſex aliis Magiſtris, & Virantio Facultatis Syndico, quos ad ſe accerſiverat, unacum Pontificis Conſtitutione tradidit, ſignificavitque, *mentem Regis eſſe, ut S. Facultas quocunque negotio ad alia comitia remiſſo, in hodiernis vacet recipiendæ præfatæ conſtitutioni, iisque præcipiendis & ſtatuendis, quibus illa totam obtineat in Scholis Theologicis cum debita reverentia auctoritatem.* Ea res Decanum ſumma affecit lætitia, eo potiſſimum nomine, quod, cum e manibus Innocentii decimi primam adverſus Janſenianam hæreſin Conſtitutionem, jam elapſis

Sæc. XVII. A. C. 1705. lapsis abhinc annis quinquaginta duobus accepissent, nunc quoque solemnem Clementis undecimi Bullam (quæ ultimum videretur futurum esse Ecclesiæ super ea re judicium) ad Sacram Facultatem deferre posset.

Postea tam Regis epistolam, quam Papæ Bullam prælegendam Facultati tradidit, quibus reverenter auditis Syndicus hæc effatus est. „Felix est dies „hæc, nec satis lætari possunt Sacer„dotes & Doctores, quod Rex glorio„sissimus immensis occupatus Regni „negotiis, simul etiam ad omne Reli„gionis & Ecclesiæ bonum intentus „tanta sollicitudine incubuerit impe„trandæ a sancta Sede necessariæ Con„stitutioni, ac tam prompto animo cu„ret, ut illa ab omnibus religiose, „quamprimum observetur; quod au„tem eam vim ab Illustrissimis Gallia„rum Episcopis receptam, necdum „publici juris factam unacum regali„bus literis ad Sacram Facultatem „transmiserit, perhonorificum est Re„giæ in Theologiam Parisiensem singu„laris benignitatis & benevolentiæ te„stimonium. Ab annis quinquaginta & „amplius vexari Ecclesiam pertinacis „hæresis molestissima factione: pugnare „adversus rebelles acriter & magna „cum laude Sacram Facultatem, nemo

est,

Sæc. XVII. A.C. 1705.

„est, qui ignoret: nondum hodie Va-
„ticano e colle emittitur præsidium,
„quo tandem contumaciam omnem ce-
„dere necesse sit, & vinci; exhaustum
„jam videbatur omni ex parte nego-
„tium, imo & ita finita caussa, ut non
„possit non esse finitus error, si quis
„errantibus pudor superfit, ita a sum-
„mo Pontifice conditum est, & con-
„cinnatum diploma Apostolicum, ut,
„quod tenendum sit, plene adstruat,
„quod autem fugiendum, longe arceat,
„cavillos prævertat, & dissipet, dicta
„omnia priorum Pontificum ab injuria
„vindicet, & concordem in iis verita-
„tis defensionem demonstret, assensum-
„que & obsequium victrici Sapientia
„simul alliciat, & imperet, omnia Sa-
„cræ Constitutionis verba librata sunt
„lance fidei, & Christianæ prudentiæ,
„sententias sublimes æque ac lucidas,
„errorum censuram fortem, ac certo
„ferientem, doctrinam denique solida
„a Perta excisam, & Apostolico fulgore
„corrusscantem videmus, non potest
„non agnosci mens, animus, stylus
„ipse Sanctissimi Ecclesiæ capitis pro-
„prio ore sacra fundentis oracula, &
„ipsa Apostolica manu veneranda toti
„orbi Christiano rescripta delineantis,
„spirant cuncta totum a seipso expres-
„sum magnum Clementem hoc studio

„vin-

Sæc. XVII. A. C. 1705.

„vindicandæ & asserendæ fidei, hoc
„vigore authoritatis, hac moderatione
„Sapientiæ, hac majestate eloquii,
„hac sincera & aperta, quam docet,
„omnibusque præscribit professione ve-
„ritatis, cæterum non mediocri esse
„deberet Parisiensibus Doctoribus so-
„latio, & ad tuendam, quam sectan-
„stud ent, fidei puritatem, incitamen-
„to, quod ipsorum deliberatio Kalen-
„dis Septembribus anni præteriti ha-
„bita ita huic recenti Clementis un-
„decimi Sanctioni consona sit, ut jam
„possint merito gloriari a se traditam
„fuisse, & commendatam doctrinam
„vere Apostolicam, dico, finem dicendi
„nullum fore, si sacræ Constitutionis sin-
„gula capita prædicentur, moras ne-
„ctendas non esse pietati Magistrorum
„properantium ad commune officium.
„Bullam laudari melius non posse,
„quam prompto, candido, integroque
„obsequio, Syndici quidem hac in parte
„necessarium non esse ministerium
„ipsius postulationes, & rogationes
„præverti votis communibus; ne quid
„tamen solitis desit solemnitatibus &
„formulis, postulo, ut Sacra Facultas
„solemni Decreto recipiat præfatam
„Bullam, eamque referri jubeat una
„cum Epistola Regis, suos in commen-
„tarios, & provideat strictis cautioni-
„bus,

„bus, ne quis unquam illam ulla ex „parte violare præſumat, ac tandem „decernat, publicas Regi optimo & „Religioſiſſimo gratulationes.„ Sæc. XVII. A.C. 1705.

Abſoluta hac oratione Decanus unacum ducentis Doctoribus unanimi ſuffragio, ſumma cum reverentia & religione I. recepit, & amplexa eſt Conſtitutionem S. Pontificis Clementis undecimi . . . . juſſitque, ut addita mentione ſingularis obſervantiæ, & alacris obedientiæ referretur unacum literis Regiis in Tabulas, & in acta publica Sacræ Facultatis.

II. Præcepit omnibus & ſingulis Magiſtris, Doctoribus & Baccalaureis ut eam colant, & obſervent, prohibuitque ſub pœna ipſo facto incurrenda excluſionis ab omni gradu, & ſpe Magiſterii, ne quis dicto, ſcripto factove definitis in dicta Bulla ullatenus adverſetur.

III. Statuit adeundum eſſe per ſeſe Seniores, & Syndicum, Eminentiſſimum Pariſienſem Archipræſulem, ipſique renuntiandum, quid Decretum hodie fuerit a Sacra Facultate, & ſimul reverenter ſignificandum, maxime in votis eſſe Sacræ Facultatis, ut ſaltem per Venerabilem D. Decanum, & Deputatos poſſit Regi coram gratulari Zelum, quo fidem, Eccleſiamque protegit, & ſingularem, qua in præ-

Sæc. XVII. A. C. 1705. senti negotio erga Sacram Facultatem usus est, bonitatem & benevolentiam; tum denique actis Eminentissimo Archipræsuli maximis gratiis ob continuam ipsius de Sapientissimo ordine bene merendi voluntatem, ipsi supplicandum esse, ut interposito apud Sanctam Sedem officio certiorem faciat beatissimum Pontificem, quam prompto obsequio, quam sincero plausu, quam devoto pietatis gratissimæ affectu Sacra Facultas receperit recentem ipsius Constitutionem.

IV. Decrevit in exigendis Candidatorum subscriptionibus utendum esse imposterum Formula præscripta ab Alexandro VII. relata, & confirmata in præsenti Constitutione, quam Rex misit ad Sacram Facultatem. Hujus autem quarti Articuli executio communi consilio suspensa fuit, donec de Regia voluntate consuleretur Eminentissimus Archipræsul.

Die autem quinta Septembris S. Facultas ea, quæ pridie concluserat, confirmavit, Bullamque priusquam ad Parlamenti tabulas relata fuisset, accepta vit, moxque Decanus unacum sex Facultatis Doctoribus & Syndico Versaliis Regem adiit, ac totius Facultatis nomine eidem exposuit, quam religiosa gratulatione & admiratione prosequa-

sequatur ordo sacer quotidiana ipsius ad tuendam fidei puritatem, & asserendam Ecclesiæ authoritatem merita, quam grata Veneratione nuper exceperit, transmissam ad se unacum Regiis literis recentem summi Pontificis Constitutionem, quam prompto obsequio illam in Tabulas retulerit, & observandam ab omnibus Magistris, ac Candidatis unanimi deliberatione sanxerit. Sæc. XVII. A. C. 1705.

Ad hæc Rex reposuit, Sacram Facultatem a se semper magno habitam fuisse in pretio ob continua & magna ejus de Ecclesia merita, maxime ob constans & attentum studium amovendæ omnis profanæ novitatis, gratum sibi accidisse, quod nuper actum est a Sacra Facultate circa suscipiendam & executioni demandandam ultimam summi Pontificis Constitutionem: hortari se, ut Sacra Facultas eodem semper Zelo, & animo pergat prodesse & fidei & Regno; satagat imprimis coercere vere & fortiter inquieta, & novitatis amantia, si quæ modo occurrerint, ingenia; pollicerique Sacræ Facultati, nunquam defuturam, si ea opus habuerit, Regiam authoritatem.

Sæc. XVII. A. C. 1705.

## §. LXXIX.

## *Eadem Conſtitutio in Belgio acceptata.*

*Argentre Coll. Jud. pag. 455. Epiſt. Clemen. XI. pag. 290. & 281.*

Quam primum hæc Pontificis Conſtitutio in Belgium fuiſſet delata, mox Mechlinienſis Archiepiſcopus eam ab omnibus Epiſcopis & univerſitatibus promulgari, ac recipi petiit: Praeprimis igitur eandem Lovanienſis Univerſitas ſummo gaudio excepit, ac propterea die decima ſecunda Decembris a ſummo Pontifice hiſce literis honorata: „Ex datis nuper ad Nos literis „veſtris libenter audivimus, quanto „cum gaudio Apoſtolicam noſtram ad„verſus Janſeniani erroris reliquias con„ſtitutionem exceperitis, quave animo„rum alacritate debitam eidem obe„dientiam pro ingenito vobis in ham„ſanctam Sedem obſequio polliciti ſitis. „Quod vero inſuper pro tuenda ſtrenue „fidei veritate, quam Beatus Petrus „in hac eadem Sede adhuc vivens d„præſidens univerſis Chriſti fidelibus „præſtat, eximium Zelum veſtrum pro„dideritis; laudamus admodum, & „peculiares bonorum omnium Larg„tori Deo gratias agimus; qui in ip„ſigni facultate veſtra orthodoxæ Re„ligionis præſidium, & decus maxi„mum

„mum Ecclesiis Belgicis repositum vo- Sæc. XVII.
„luit, ut scilicet assiduis studiis, ac A. C. 1705.
„laboribus vestris abunde valeatis ex-
„hortari in doctrina sana, & eos, qui
„contradicunt, arguere: Pergite igi-
„tur, dilecti Filii, in suscepto munere
„feliciter exequendo, & eliminatis pe-
„nitus ex Academiæ vestræ finibus,
„doctrinis variis & peregrinis, quibus
„nonnulli nimis alta sapientes, apud
„semetipsos misere abduci se passi sunt,
„inviolabilis Petræ, supra quam Chri-
„stus fundavit Ecclesiam, dogmatibus
„& institutis firmiter inhærere, pater-
„næque nostræ, qua vos omnes in Do-
„mino amplectimur, Charitatis am-
„pliora semper, ubi se occasio dederit,
„argumenta expectate. Apostolicam in-
„terim vobis Benedictionem peraman-
„ter impertimur. „

Jam antea Pontifex gratulatorias ejusmodi literas dedit ad Mechlinien-sem Archiepiscopum, die vigesima sexta Septembris hæc ad eum perscribens: „Quod editam nuper a Nobis ad eli-
„minandas Jansenianæ hæreseos reli-
„quias Constitutionem omni, quæ vere
„Catholicum, & Religiosum decebat
„Antistitem, reverentia exceperis, per-
„gratum quidem Nobis, & perspectæ
„simul pietati tuæ, ac singulari, quo
„ferves orthodoxæ fidei tuendæ Zelo

Sæc. XVII. A. C. 1705.

„consonum fuit. Quod vero Nobis ea „de re gratulari volueris, peculiaris „insuper erga Nos, & hanc Sanctam „Sedem observantiæ tuæ Nobis argu„mentum extitit. Debitas propterea „pro utroque officio præstito laudes Fra„ternitati tuæ libenter impendimus, „votisque tuis apud Deum nostra con„jungimus, ut extinguendis prorsus er„roribus, Ecclesiæque paci restituendæ „prædicta Constitutio nostra prospiciat. „Id vero in regionibus vestris, maxime „de Fraternitatis tuæ opera ac studio, „quo apud omnes Pastorali tuæ curæ „subjectos debitam eidem Constitutioni „obedientiam curaturum te minime „ambigimus, Nobis, favente Domino, „pollicemur, nihil plane omissuri, quo „& sustinendæ Catholicæ fidei cautio„& promovendis etiam, ubi se occasio „dederit, commodis, ac dignitate tua, „sedulam Apostolici muneris nostri ope„ram præbere, præcipuamque dilectio„nem, qua Te, paterne amplectimur, „declarare possimus, & Apostolicam „Benedictionem Fraternitati tuæ per„amanter impertimur.„

Ejusdem ferme tenoris literas Pontifex dedit ad Cardinalem Estræum Albanensem Episcopum, necnon ad Cardinalem Noallium, Guilielmum Brugensem, & Paulum Carnutensem Episcopos.

scopos. Ceterum hæc Pontificis Constitutio illis, qui eam desiderarunt, triumphi argumentum, illis vero, qui per eum damnati fuere, nova oppositionis materia exstitit; dicebant enim alii, controversiæ caput non esse decisum, alii decisionis vim vituperiis, calumniis, & aperto Sedis Apostolicæ contemptu infringere moliebantur, atque ex iis Withu, Licentiatus Lovanienſis petulantius, hanc Bullam appellitare non erubuit *opus tenebrarum Antichristo dignum*, quo vera Christi gratia destruitur, & Pelagianismus stabilitur: in Galliis quoque Episcopus S. Pontii in Occitania hanc Constitutionem acceptare renuit, eoquod viginti tres Episcopi Anno 1667. pro obsequioso silentio stetissent, ejus tamen edictum ad Diœcesanos missum unacum ipsius epistola ad Atrebatensem scripta Anno hujus sæculi nono fuit condemnatum. Sæc. XVII. A. C. 1705.

## §. LXXX.

### *Bellum contra Gallo - Hispanos a fœderatis continuatum.*

Diffluente gaudiis Vienna ob geminam prioris anni victoriam, cædibus immaduit Bavaria; cum enim Imperator copias suas e Bavaria maximam partem in Italiam traduceret, rustici *Theatr. Europ. t. 17. pag. 111. Briet. contin. Annal. pag. 1018.*

Sæc. XVII. A. C. 1705

*Burnet t.5. pag. 354. Lambert t.3 pag. 614. Quincii t. 4. pag. 569.*

ruſtici amoris ac fidei erga veterem ſuum Principem haud obliti, Auſtriaci Domini imperium impatienter ferebant, Primo quidem ſecretæ audiebantur indignationes, dein ad publicas criminationes, apertosque tumultus res exceſſit. Ex tumultuaria horum agitatione Bavariæ Ordines tetram ſibi præſagiebant tempeſtatem, quam ut prævenirent, Deputatos Viennam decrevere, qui ruſticorum querelis ſatisfieri, & patriam ab immodicis exactionibus ſublevari peterent: Equidem Imperator Löwenſteinium Comitem, prudentia, & moderatione ſingulari Virum, totius Bavariæ Adminiſtratorem conſtituit, data eidem plena facultate, cuncta pro rerum exigentia diſponendi ſimulque ruſticis, priusquam vi & armis uteretur, publicam fecit facultatem petendi, quid e re ipſorum arbitrarentur, eo autem obtento quieſcerent. Diſceſſerat eodem tempore Monachio Electrix Thereſia Cunigunda, ut Matrem ſuam Mariam Caſimiram Viduam Poloniæ Reginam Roma reducem Venetiis ſalutaret: interim vero plures Bavari exercitus Ductores Monachium venerant, qui ſe exauctoratos eſſe, nunc vero Electrici ſuæ obviam procedere jactabant, arcana autem conſilia contra Cæſareos unacum Neiſingero fove-

fovebant, armaque variis in locis parata tenebant: Concepta tumultus ſuſpicione excitabatur vigilantia Löwenſtenii Gubernatoris, cujus juſſu Nobilium, civiumque ædibus perluſtratis magna armorum copia variis in locis abſcondita reperiebantur; ac inſuper Barone de Lirr, aliisque duobus Conſiliariis Donawerthæ captis, inter eorum literas & chartas tota conſpirationis ſeries deprehendebatur, inſuper ex interceptis aliis literis, & exterorum aliquot detentione, qui rem peracturi clam convenerant, innotuit, quod ex condicto Cæſaris præſidia trucidare decretum fuiſſet, mox ergo Palatini Electoris copiæ, quæ in Italiam contendebant, inde in Bavariam revocantur, Monacenſes incolæ armis exuuntur, Electrici autem, cum clandeſtini tumultus conſcia crederetur, ad Carinthiæ fines properanti, ne in Bavariam rediret, a Cæſare interdicitur, ſimulque Monacenſis Præfectura, perinde acſi in commiſſum cecidiſſet, eidem eripitur: Præterea querebantur Auſtriaci, pacta nuper Landavii inita minus integra fide fuiſſe ſervata, Monachii, Waſſerburgi, aliisque in locis defoſſa pro conjuratis arma, machinas bellicas, ingentemque nummorum congeriem, quarum ope cives ad inſur-

Sæc. XVII. A. C. 1705.

Sæc. XVII. A. C. 1705

rectionem animarentur; insuper exprobrabant, oblatam rebellibus Hungaris seditionis societatem, sollicitatos per literas Bohemos, ex spoliis Tyrolensibus complura fuisse retenta, bellique tormenta Æniponto, Kuffsteinio, aliisque urbibum contra pactionum fidem abstracta: Vicissim Bavari querebantur, immodicis pecuniarum exactionibus patriam exhauriri, Electrici pretiosa quæque fuisse erepta, Nobiles Matronas ædibus suis ejectas, supellectile pretiosa exutas, monetalis officinæ instrumenta Viennam abstracta, Electricem patria excluſam, & pactiones cum ea initas fuisse violatas. Doluit insuper Bavaris Religionis Catholicæ studiosissimis, quod Dani, Brandeburgici, aliique Lutherani, qui in Bavaria & superiori Palatinatu apud agrestes stativa agebant, ludibria, uti in Bavaram Nationem universim, ita & in Catholicorum sacra ritusque effræni petulantia spargerent, atque ideo rustici Cæsarem, cujus stipendia merebant, nemis innexum dicebant. Postremum vero decretæ conjurationis incitamentum erat Löwensteinii edictum, quo præceptum, ut omnes innupti juvenes ab anno ætatis decimo octavo usque ad trigesimum quintum die vigesima quinta Septembrls in condicto loco con-

convenirent, atque ex illis duodecies mille ſacramento militari obſtricti in Italiam, atque in Hungariam mitterentur: Tum vero communis omnium erat ira & conſternatio: alii proſugiunt in ſylvas, potiſſimi clam conferunt capita, Principum liberorum, Electoris & patriæ, liberandæ conſilia agitant, urbes deſignant ope civium intercipiendas; & quamvis variis in locis diſperſi, cæſi, captique fuiſſent, nihilominus publicis literis cunctos ad arma in patriæ defenſionem capeſſenda excitarunt, & annonam ac copias contulerunt, eorum numero jamjam ad triginta millia & ultra excurrente, poſtquam vero Cæſaris copias magno numero imminere intellexerant, pactionem facturi ſuos Deputatos Monachium ablegarunt, cum vero totius Bavariæ reſtitutionem & integram populo libertatem unacum Tyrolis acceſſione pro damnis illatis peterent, repulſam paſſi, potius generoſa morte, quam lento alieni imperii cruciatu confici maluerunt: demum Monachii primum erupit conjuratio, dum Herbevillius, armorum per Bavariam Præfectus, decem millium præſidium urbi imponere nitebatur; tunc enim cives ad arma conclamare, portas venienti occludere, tormenta, ſtationesque per mœnia diſpone-

Sæc. XVII. A. C. 1705.

Sæc. XVII. A. C. 1705.

sponere, cunctaque ad defensionem instruere. Monentur a Lævensteinio per hominem die decima nona Decembris in urbem missum, positis armis, apertisque portis præsidium reciperent, nisi unaomnes perire, urbemque in cineres redigi vellent. Hisce minis territi parent; jubentur arma publicum in forum comportare: conceditur civibus venia, præcipui tamen conspirationis Authores conjiciuntur in vincula, atque inter eos etiam duo Consiliarii: Horum tamen exemplo ac suppliciis non terrebantur rustici, qui Monachium recuperare intenti, partitis agminibus noctu Kelheimium intercipiunt, ac cæsis captisque præsidiariis cives imperato tributo ad redimendum urbis incendium adigunt, dein ductore Krausio lanionem Wasserburgum, Burghusium, & die vigesima octava Novembris Brunoviam, ac demum die quarta Decembris Schardingam occupant: nec his contenti, Brunoviæ belli Senatum habent, atque ex quolibet districtu Nobilem, Parochum, & rusticum adesse jubent, ut unacum duobus Consiliariis Burghusianis de patria a Cæsareis vindicanda collatis consiliis deliberarent: Ex horum suasu Monachium ipsa Nativitatis Dominicæ vigilia junctis viribus aggredi decernunt, jubentque, ut plus-

quam

quam viginti rusticorum millia ad diem vigesimam sextam Decembris prope Monachium convenirent: cum autem continenti pluvia rivi exundarent, ægre quatuor millia die præstituta urbem quatere inceperunt, jamque pontem Isaranum occuparunt. Verum de horum adventu per Starenbergium e vinculis elapsum, Löwensteinius jamjam certior factus, tumultuariam horum vim facile elusit, unde rustici numero inferiores, cum præsidium Cæsareum a fronte, & subsidiariæ copiæ magno numero accitæ eorum tergis instarent, Sendlingam usque sese receperunt, a præsidiariis cum ingenti clade repulsi, ceteri, quibus ferrum pepercerat, in genua bis provoluti vitæ veniam exorarunt, sed toties Debentius, & Kriechbaumius sclopeta in eos immitius, quam Christiana moderatio postularet, exonerari, & sexcentos adhuc superstites, in vincula dari jussit: octavo post die alii prope Vilshovium & Allerspachium cæsi sunt, & Monachii, ex conjurationis auctoribus, alii laqueo, alii rota, & quadrifariam secti variis in locis ad ceterorum terrorem suspensi periere, & non pauci capite plexi sunt, urbes, quas ceperant, deditæ, Monachii & Brunoviæ

Sæc. XVII. A. C. 1705.

Sæc. XVII. A. C. 1705. noviæ munimenta penitus diruta, omnesque armis exuti.

Interea Galli Homburgum & Maximilianus Emanuel Bavariæ Elector die decima Junii Hujonum expugnavit, ac Leodium ingressus, arcem obsidere cæpit, audito tamen Marleburgi adventu vasa collegit, suaque castra post Hagenoam per Badensem captam repetiit: mox vero Marleburgus die vigesima quarta Julii Hujonum deditionem recepit, & aggeres, queis se Galli ad Mosellam tuebantur, perrupit, plurimosque captivos abduxit, aliis Lovanium versus refugientibus. Tillemontium quoque se Cæsareorum arbitrio permisit, decimo autem post die Bavarus Marleburgum aggressus, eum cæsis quadringentis in fugam egit, ac die vigesima octava ejusdem Mensis edicto per Belgium promulgato vetuit, ne Cæsaris vel Imperatoris nomen regnanti Josepho tribueretur, eoquod Monachium Cæsaris nomine occupatum fuisset.

In Italia Galli magis prospera utebantur Fortuna; expugnatis enim Mirandola, Villafranca, & Nicæa Vaudemontius Clavasium cepit, ac Turinum quatere statuit, obsidionem tamen solvere coactus est, ut se opponeret Cæsareis, qui in Ducatum Mediolanen-

lanensem irrumpere festinabant: Jam enim Eugenius Princeps trajecta Abdua Sabaudo opem ferre paratus, cum Gallis ad Cassanum prælium iniit, victoriam tamen utrinque cæsis quamplurimis uterque exercitus sibi arrogavit, Carolus vero Hispaniæ Rex destructa Gallorum classe cum Lusitanico exercitu Albam, Sanasium, Valentiam Alcantaræ, & Albuquercium necnon Barcinonem deditione cepit, ab obsidione tamen Pacis-Augusti a Tesseo Hispaniæ Maresciallo repulsus est. Sæc. XVII. A. C. 1705.

## §. LXXXI.

## *Stanislaus in Polonorum Regem coronatus.*

Postquam Sueciæ Rex die vigesima sexta Julii Polonos, Moscos, & Saxones, Mitavii, & ultima ejusdem Mensis prope Varsoviam ingenti clade protriverat, Stanislaus Lescinsky hostium suorum metu solutus, Regni diadema sibi suæque uxori Catharinæ imponi procurabat: Hanc in rem Cardinalis Radieswius Poloniæ Primas ad diem quartam Octobris Regni comitia indixit, ut exauctorato Augusto Rege Stanislai a fœderatis electi inauguratio perficeretur. Ea res Pontificis animum intimo perculsit dolore; quocirca Cardi-

*Hode Hist. de Louis XIV. l. 57. Theatr. Europ. t. 17.*

Sæc. XVII. A. C. 1705

Cardinali diras, dignitatis abrogationem, atque Ecclesiasticorum omnium Beneficiorum & proventuum jacturam comminatus est, si ab Augusti Regis partibus discederet. Pariter singulis Regni Episcopis sub iisdem pœnis inhibuit, ne Regis coronationi interessent. Verum Cardinalis sollicite omnes eos, per quos Pontificis literas sibi tradi timebat, a suo colloquio excluſit, Papam tamen palam offendere veritus, Varsaviam ad comitia, etsi sæpe vocatus, venire renuit, ac propterea Sueciæ Rex ejus bona a militibus occupari jussit, quin tamen Cardinalis, ut comitiis assisteret, persuaderi posset, dicens: *parum refert, an Suecus vel alius me bonis meis spolient:* nihilominus datis ad comitia literis pollicitus est, se omnia ibidem decernenda rata habiturum, dummodo coronatio non præcipitaretur, ipse tamen Stanislai electionem ubique in Regno promulgabat, edito desuper proclamate, in quo hujus inaugurationem etiam Borussiæ Regi gratam ratamque esse, perperam affirmabat, quapropter Prussus non modo Cardinalem acriter reprehendit, sed insuper sub pœna calumniatoribus statuta omnes libellos infames contra Moscoviæ Ducem sparsos legi, aut retineri inhibuit. Quamprimum Pontifex Cardi-

Cardinalis ſimulationem compererat, mox die decima Junii ad eundem literas dedit, in quibus eum ſua dignitate & proventibus exuit, eoquod ſua auctoritate abuſus, & ſui officii oblitus, legitimi Regis Majeſtatem violaſſet, ac non ſine dedecore Eccleſiaſtici Status tot Pontificis monita ſpreviſſet, accerſitisque hæreticis copiis totum Regnum diſſidiis involviſſet; tandem eum hortabatur, ut intruſi Regis coronationi obſiſteret, ſecus cunctis per Canones Apoſtolicos ſtatutis pœnis aliisque coercendus &c. Inſuper omnem Clerum Polonum Stanislao adhærentem, aut quovis modo faventem diris devovit. Hæc Pontificis ſeveritas præpedire haud poterat, quominus Stanislai fautores habito conventu Auguſti exauctorationem, & Stanislai electionem ratam haberent, ſeque a priori juramento abſolutos rati fidem ſuam novo Regi obſtringerent, cunctaque contra eum a Sendomirienſi conventu acta tanquam irrita declararent: Huic decreto Epiſcopi, Pontificis indignationem veriti, ſubſcribere tergiverſabantur, a ceteris tamen animati, demum ſuis quoque ſuffragiis acceſſere; non deerant etiam, qui in Epiſcoporum defenſionem ſcriptum, quod Vidua Poloniæ Regina Pontifici trade-

Sæc. XVII. A. C. 1705.

Sæc. XVII. A.C. 1705.

ret, in vulgus ſpargerent, in quo Pontificis auctoritatem, ejusque ſuper profanas cauſſas inſpectionem acribus, minusque moderatis verbis non modo minuere, ſed penitus infringere, ac negare viderentur, quæ tamen ſcripta poſtea die quinta Februarii anno ſequenti Auguſtus Poloniæ Rex per carnificem flammis addixit. Tandem prævalente ſeditioſorum factione fœderati Suecorum armis protecti, Stanislaum per Leopolitanum Archiepiſcopum Varſaviæ die quarta Octobris coronari curarunt: Paulopoſt Sueciæ Rex, quo pretio coronam Stanislao vendidiſſet, manifeſtabat, inter alias fœderis conditiones poſtulans, ut Sectariis, quos *diſſidentes* vocant, liberum ſectæ exercitium, & Varſaviæ Templum & Schola concederetur: Huic petito non modo Eccleſiaſtici, ſed ipſe etiam Stanislaus Rex tam ſtrenue obſtitit, ut potius diadema deponere, quam hæc pacta in Eccleſiæ Orthodoxæ præjudicium firmare vellet: aſſentire tamen coactus eſt, ut hæretici in conſuetis locis ſuæ ſectæ ſacris vacare, ſuosque liberos in eadem educare poſſent, quamdiu tranquille vivere deprehenderentur: Inito hoc pacto fœderati Papam datis literis de Stanislai coronatione certiorem reddidere, poſtulantes, ut nominationes ad

ad beneficia ab Auguſto Saxoniæ Electore factas deinceps minime admitteret. Econtrario Auguſtus Poloniæ Rex Dresdam delatus, Tikoezimo cum Moſcoviæ Duce novum fœdus ſancivit, vi cujus hic copiarum aurique ſubſidia Polono largiter pollicitus, Religionis Catholicæ exercitium in Moſcovia, & Capuccinorum Conventum erigi indulſit. Sæc. XVII. A. C. 1705.

## §. LXXXII.

### *Leopoldi I. Cæſaris obitus.*

Funeſtiſſimus fluxerat hic annus Domui Auſtriacæ, totique Imperio morte Leopoldi Imperatoris. Hic jam anno priori adverſa uſus valetudine, die decima ſeptima Aprilis hoc anno plena virium dejectione correptus eſt, cumque medicamentis nil profici, viresque velut in horas fugere ſentiret, Joſepho Filio ſuo ſupremam rerum adminiſtrationem commendavit, Imperatrici vero Eleonoræ ultimum valedixit. Poſtremis hiſce officiis defunctus, ne ſibimetipſi, neve ſalutis ſuæ rationibus deeſſet, expiatis a prima juventute conſcientiæ maculis, die prima Maji Sacro Viatico & unctione ad luctam ſupremam munitus eſt, poſtea ſolitas Ec-

*Wagner Hiſt. Leop. l. 18. p. 789. Hodc Hiſt. Lud. XIV. lib. 57. Mem. Hiſt. & Chron. Thoyras cont. Hiſt. d'Ang. t. 12. pag. 38.*

Sæc. XVII. A. C. 1705. cleſiæ preces, piaque ſuſpiria ſugge-rentis Nuntii Apoſtolici verbis ad ſy-labam velut integris ſenſibus inhæſit, ac ſæpe imaginem Chriſti cruci affixi Ferdinandi II. memoria celebrem com-plexatus, *A Te*, inquit, *ſceptrum & coronam recepi, utrumque ad pedes tuos lubens depono*, neque deinceps Majeſta-tis titulo compellari ſuſtinuit. Demum die quinta Maij voce moritura, artico-lata tamen cum moriente Salvatore di-xit: *Conſummatum eſt, in manus tuas Domine commendo Spiritum meum.* Hæc verba mox internecinum totius halitus ſilentium excepit: In hunc igitur mo-dum Leopoldus Imperator vere Ma-gnus diem ſupremum explevit anno æta-tis ſexageſimo quarto, Menſibus decem, diebus ſex & viginti, Romani Imperii quadrageſimo ſeptimo, Regni Hunga-rici quinquageſimo, Bohemici quadra-geſimo nono.

Copia virtutum, quibus Leopoldus eminuit, ferme inopes reddidit magni hujus Cæſaris Panegyriſtes: nobis de-xiſſe ſufficiat, quod etiam apud cap-tales ſuos hoſtes Princeps religione, pietate, ceterisque optimi Monarchæ dotibus ubertim exornatus audiat, at-que in vaſtis etiam Armeniæ Regnis ejus nomini rebusque ſecundis effusus applauſum ſit, ipſo etiam Ludovico XIV. Galliæ

Galliarum Rege sæpius dicente, se non tam arma Leopoldi, quam ejus miracula timere. Tanto flagrabat Religionis Catholicæ studio, ut ante sui electionem Protestantibus varia in suæ sectæ incrementum postulantibus responderit, se nullum omnino totius orbis imperium cum minimo rei Catholicæ damno empturum: eodem fidei ardore Hungaros ampliorem libertatem petentes repulit, asserens, malle se egentem, nudumque de throno in exilium mortemque ire, quam ut se regnante tantillum detrimenti caperet religio. Eminuit præterea singulari erga B. V. pietate, quam Oetingæ, Viennæ ac Manerstorffii in Sacra Eremo PP. Carmelitarum Discalceatorum sæpe veneratus, vota sua his verbis signabat: *Ego peccatorum maximus, creatura infima, vilis & indignus D. Virginis Servus Leopoldus*, Denique intemeratæ justitiæ, morum castimoniæ, moderationis, æquanimitatis, munificentiæ, magnanimitatis, morumque castimoniæ laudes omnis ei Europa summo consensu tribuit. Lugent præcipue hunc Cæsarem eruditi, quorum liberalis amator, censor æquissimus & sagacissimus æstimator erat, cumque ipsemet non modo linquas Germanicam, latinam, Italicam, Hispanam & Gallicam apprime calle-

Sæc. XVII. A. C. 1705.

Sæc. XVII. A. C. 1705. ret, sed etiam, omni disciplinarum genere a primo juventutis suæ flore ingenium haberet excultum, ad rei literariæ augmentum commodumque Viennæ rarissimum Bibliothecæ apparatum, Olmuci, Oeniponti & Wratislaviæ Academias erexit. Nihilominus Scriptores Galli Leopoldo crimini dabant, quod Jacobo II, Angliæ Regi Catholico contra seditiosos opem ferre neglexerit, & suorum consiliis sese regi passus fuerit, necnon Anno 1683. justo indulgentior Hungaris Sectariis Templa & Gymnasia tribuisset, atque a Colonitsio Cardinale ac Jesuitis deceptus, Prædicantes exilio aliisque pœnis subjecisset. Verum hi Scriptorculi in memoriam revocare debuissent, quod pariter Franciæ Reges ad stabiliendam fœderati Belgii Rempublicam, ad Germaniæ Protestantes in sua secta per pacem Osnabrugensem firmandos, & ad Hungariæ Sectarios potentia augendos omnes vires suas contulerint, sique tantum Gallorum quam Leopoldi interfuisset ad exauctorandum Jacobum II., absdubio omnem illum adhibuissent conatum, quem tempore Cronwelli in excidium Caroli I. impenderunt: Quam gravi autem bello tum Leopoldus a Gallis pressus erat, nullus ignorat; Gallicarum quoque reunionum motus, am-

ampliſſima ſubſidia Hungaris Proteſtantibus ſuppeditata, Turcici belli propinquitas, ac funeſtorum temporum iniquitas majoribus malis, ac præſentaneo totius Domus Auſtriacæ excidio adeo triſte remedium a Leopoldo extorſere. Defuiſſet autem Imperator Religionis ac juſtitiæ officiis, ſi Prædicantes, hominesque ſceleratos, perduelles, legum pactorumque violatores, rebellionum concitatores, & iniquos Catholicorum oppreſſores diutius noxia indulgentia, ac impunitate toleraſſet. Sæc. XVII. A. C. 1705.

## §. LXXXIII.

### *Urbani Saccheti Cardinalis extrema.*

Leopoldi Cæſaris mortem præceſſerat obitus Urbani Saccheti, qui ex nobiliſſima Florentinorum proſapia ortus, ac Romæ natus, a Julio Cardinale ejus Patruo ad virtutum ac literarum exercitia ſtrenue incitabatur, unde ab eo in Franciam, Belgium, Germaniam & Italiam miſſus ampliſſima eruditionum penu locupletatus, Piſas conceſſit, ubi ſummos in Jurisprudentia tam ſacra quam civili honores cum laude aſſecutus, Romam reverſus eſt, atque ab Alexandro VII. Papa utriusque Signa- *Vit. Card. pag. 58.*

Sæc. XVII. A. C. 1705

turæ Referendarius, & Protonotarius, a Clemente XI. Cubiculi Pontificii Præfes, demum ab Innocentio XI. Cardinalis, & Viterbienſis Epiſcopus renuntiabatur. Amplioribus tamen dignitatibus aditum intercluſit adverſa valetudo; quippe apoplexia tactus, per plurimos annos lecto affixus hærere cogebatur; tandem vero die octava Aprilis Romæ anno ætatis ſuæ ſexageſimo quinto miſeram vitam cum feliciori morte commutavit.

## §. LXXXIV.

## *Michael Radziejowskius Cardinalis fatis functus.*

*Zalusky epiſt.*

Pariter vivis, ſimulque adverſitatibus mors hoc anno eripuit Michaelem Radziejowskium. Hic illuſtriſſimis ſuis Parentibus brevi orbatus, ſumptibus Mariæ Ludovicæ Poloniæ Reginæ adolevit, atque ab eadem Pariſios miſſus, in humanioribus non modo diſciplinis, ſed etiam Hiſtoria, Geographia, & Politia tantum profecit, ut ob vaſtam eruditionem, necnon Germani, Gallici, Italici & latini ſermonis elegantiam omnibus ſe admirabilem præſtaret: Sagum induere intentus, cunctis Nobilium exercitationibus ſtrenue vacabat; aſt cujusdam Nobilis Maza-

Mazarino Cardinali propinqui mortem ex lapsu acceleraſſe inſimulatus, ut affinium vindictam declinaret, ex Francia in patriam reverſus eſt, ubi ſacræ militiæ nomen dedit, ac primo Warſaviæ Canonicatum & Cracoviæ Præpoſituram, poſtea Kiovienſem Epiſcopatum obtinuit. Nec hic gradum fixit præceps fortuna; Reginæ enim patrocinio ſuffultus, atque a Joanne Sobieſckio Rege ad pinquiſſimum Warmienſem Epiſcopatum nominatus, ſupremus Regni Procancellarius renuntiabatur: omnes tamen hoſce proventus Eccleſiaſticos ad reſtaurandas ornandasque Diæceſium ſuarum Eccleſias, necnon ad bellum Turcicum impendebat: Pia hac liberalitate adeo ſibi beneficum reddebat Innocentium XI. ut ab eo ultro, & absque ullius ſollicitatione Romana Purpura decoraretur. Mox a Rege Gnesnenſis Archiepiſcopus & Regni Primas nominatus, pompæ ſplendorem, corporis cultum, ac famulorum frequentiam juxta dignitatum amplitudinem metiebatur, quin tamen pauperum obliviſceretur: præterquam enim, quod pro Religionis Catholicæ augmento, & piis fundationibus immenſas ferme divitias effunderet, etiam Lovitzii ſplendidam oppido domum pro Miſſionariis, duos Con-

Sæc. XVII. A. C. 1705.

Sæc. XVII. A. C. 1705

ventus pro PP. Capuccinis, & Monasterium Varsaviæ pro Carmelitis ære suo erigi curavit, & quamplurimas Ecclesias & Monasteria variis in locis dotavit, atque in egenos Nobiles ingentem auri vim profudit: Harum tamen virtutum splendor prævalente æmulorum invidia haud poterat lividorum oculos usque adeo perstringere, quin innocuum Cardinalis consortium cum Catharina Constantia Towianskii Palatini Lencziczensis uxore incontinentiæ nota appeterent: integra autem calamitatum series insequebatur Cardinalem, dum mortuo Rege Polono totius Reipublicæ summam administrare cæperat: ita nempe fulmina plerumque cacumina feriunt; cum enim in novi Regis electione neutri contendentium parti displicere, artificiosa simulatione satagaret, omnium in se concitavit indignationem, & a Polonis tanquam patriæ proditor, ab Augusto Rege velut capitalis Regni hostis, a Sueco ceu fædifragus vexabatur: Tanta adversitatum congeries, ac præcipue fastidium ex eo conceptum, quod sine ipsius consensu duos Reges Augustum & Stanislaum a Polonis coronari cerneret, adeo ipsius animum oppressit, ut febri obrutus, octavo post die decima tertia Octobris Gedani e vivis excederet, postquam

quam Pontificis Bullam, qua anathemate perculsus, omni dignitate exutus declarabatur, valvis Gedanensium Ecclesiarum publice affixam intellexerat: Annum attigerat ætatis sexagesimum, Purpuræ vero decimum nonum. Sæc. XVII. A. C. 1705.

## §. LXXXV.

## *Caroli de Tournon Legati Apostolici decretum contra Ritus Sinenses.*

Insignem prorsus locum in Historia Ecclesiastica sibi vendicant summo ardore agitata dissidia circa Ritus Sinenses, indeque exorta Caroli Thomæ de Tournon Commissarii Apostolici fata, calamitates, & glorioſa, ac matyrii æmula mors: Hujus facti veritas certius erui nequit, nisi ex testimoniis illorum, qui non modo coævi, sed & oculares, præsentesque testes erant: nec horûm tamen auctoritas hucusque tantas obtinuit vires, tantamque inspiravit reverentiam, ut alterutra contendentium pars hujus facti veritatem omnino decisam, certam, ac minime dubiam communi judicio crederent; cum enim iidem testes simul essent partes & testes, tam horum rituum Assertores, quam illorum hostes mutuo sese de partium studio incusant: inde vero hujus Historiæ relatio adeo intricata & diffi-

*Apolog. des Jes. sur la conduit. dans les Aff. de la Chine Bahr noviss. Sin. not.*
*Diffesa del decr. di Tourn. dal P. Lucino*
*Expos. facti de Sin. controv.*
*Relat. de la nouv. Pers. de la Chine.*

Sæc. XVII. A. C. 1705.

difficilis redditur, ut, quos viæ duces hoc in itinere sequi tutum sit, vix non ignoretur: ne autem tam celebrem Historiam omnino intactam relinquerem, &, salva tamen veritate Historica, neutram contendentium partem offenderem, neutrique ex privato studio favere viderer, Authores selegi, quos fidei integritas, veritatis amor, & dignitatis auctoritas præ ceteris commendat. Haud ignoro, multa a nonnullis hujus argumenti Scriptoribus ex privata aversione, aut immodico suæ partis studio veritati & charitati minus consona fuisse typis edita; quocirca Clemens XI. Papa suo decreto, cui maxima inviolabili observantia inhæsurum profiteor, de hisce ritibus & controversiis tractari inhibuit, ne magis diuturna contentio inter Partes exasperatas non sine fidelium scandalo invalescat: minus æquos tamen judico censores illos, qui cunctos, quia vel eorum defectus referunt, vel ad eorum apologias responderunt, aut facta etsi verissima, eorum tamen nomini minus honorifica ingenue exponunt, pro calumniatoribus, factiosis, de partium studio suspectis habent, idque duntaxat verum esse credunt, quod in eorum favorem, honoremque refertur, proin Navarettam, Ciceum, Brisacierum,

rum, A. Leoniſſam, aliosque, quam diu eorum ſententiæ favent, tanquam veritatis oracula adorant, quamprimum vero poſt Romanam deciſionem eis adverſantur, mendacii, calumniæ, privatique odii reos, lividæque criminationis Authores proclamant: Non equidem adduci poſſum, ut credam, omnia, quæ nonnulli de rituum horum Patronis publicis monimentis conſignata reliquere, vera eſſe, ſed adducar tamen, ut mecum tacitus ſuſpicer, nec omnia de eorum factis vere, nec omnia falſo referri: Quis enim falſi arguere præſumat ipſum Turnonium, Præſulem vitæ ſanctitate, & moderatione celeberrimum, teſtem omni exceptione majorem? quis Ludovicum Mariam Lucini S. Palatii Magiſtrum poſtea Cardinalem, qui Turnoniani Decreti vindicias Romæ editas ipſi Benedicto XIII. Papæ exhibuit, nuncupavit, earumque approbationem retulit? quis tot alios Scriptores coævos, rerum gnaros, ac tum præſentes probatæ fidei teſtimonio, dignitatis eminentia, eruditionis præſtantia inclytos, & in ſua relatione omnino concordes? Horum fidei inſiſtens, vadum tento, nec eorum cenſuram moror, quibus nemo ad ſaporem coxerit, niſi privatæ eorum orexi ſatisfecerit; haud enim

Sæc. XVII. A. C. 1705.

Sæc. XVII. A. C. 1705.

enim me latet, ea esse quorumdam ingenia, ut nisi calamus in eorum laudes & favores latius excurrat, Thersites agant, qui etiam Achilli, ejusque integritati convitiantur. His prævie ad prævertendas nimium delicati Momi calumnias animadversis, operam meam quemvis æquum veritatis cultorem æqui bonique consulturum sperans, relationi manum appono.

Postquam igitur Carolus Thomas Maillard de Tournon Patriarcha Antiochenus, atque in Sinarum Imperio Commissarius & Visitator Generalis, & Legatus a Latere Anno hujus sæculi tertio die quarta Novembris unacum multis Missionariis Coromandelam venit, facta exscensione Pondicherii aliquamdiu substitit, ubi de statu Missionum Indicarum ab ipsis Jesuitis edoctus, varia iniit consilia, ut superstitiones fidei puritati & Evangelii propagationi tantopere adversas ex Neophytorum cordibus eradicaret: Hanc in rem anni prioris die vigesima tertia Junii sequens edidit decretum:

„Inter graviores, quibus premimur, „curas pro Apostolici Visitatoris mu„nere, Nobis licet tanto oneri impar„bus injuncto, ea sane est præcipue, „quum Nos huc missos esse considera„mus, ad expurgandum Dominicum „agrum

„agrum a Zizaniis novella Christi ger- Sæc. XVII.
„mina suffocantibus, & de aliorum A. C. 1705.
„peccatis rationem esse reddituros, qui
„æternam Dei ultionem pro nostris
„nunquam satis expiandis jure formi-
„damus. Quamobrem statim, ac ad
„has Indiarum oras appulimus, men-
„tis nostræ oculos per vastissimas istas
„Orientales regiones circumferentes,
„quum corpus pertinaci morbo jaceret
„detentum, Missionum necessitates un-
„dique inquirere curavimus, ut eisdem
„pro viribus de opportuno remedio
„prospiceremus. Et quidem merito
„inter primas nostræ sollicitudini oc-
„currerunt novæ Domini Vineæ in Re-
„gnis Madurensi, & Mayssur, recen-
„tiusque Carnatensi, iisdem fere legi-
„bus, parique labore ab Evangelicis
„Societatis Jesu operariis, Lusitanis,
„& Gallis plantatæ, ubi inter Ethnico-
„rum atque Gentilium persecutiones,
„ac inter tot vitæ asperitates, viventes
„germinant Evangelii palmites assiduis
„Missionariorum sudoribus irrigati. Il-
„luc sane fuissemus, non minus labo-
„ris, quam gaudii in Christo Jesu par-
„ticipes esse vehementer cupientes, nisi
„hoc Nobis diuturna infirmitas prohi-
„buisset. Quod autem per Nos ipsos
„immediate obtinere non licuit, exhi-
„bitum erga Nos & Sanctam Sedem
„Apo-

Sæc. XVII. A. C. 1705.

„Apoſtolicam obſequium a Patribus
„Venantio Bouchet Carnatenſis Mi-
„ſionis Superiore, & Carolo Michaele
„Bartoldo Madurrenſe Miſſionario, viris
„Doctrina, & propagandæ fidei Zelo
„præſtantibus opportune ſuppeditavit.
„Etenim vero, quum ab illis in mori-
„bus, lingua, & religione iſtarum re-
„gionum ex longa in his vitæ conſue-
„tudine apprime verſatis plura certius
„cognoverimus, quæ eosdem palmites
„enerves reddant, & fructu vacuos,
„utpote, qui gentilium vanitatibus ma-
„gis inhæreant, quam viti, quæ eſt
„Chriſtus, in multo experimento tri-
„bulationis abundantia gaudii noſtri
„fuit. Rebus itaque maturo examini
„ſuppoſitis, dictisque Patribus orete-
„nus, ac in ſcriptis fuſe auditis, atque
„Dei ope publicis precibus implorata,
„ut fidei puritati, ſpiritualique Chri-
„ſtianorum proventui ſalubriter in De-
„mino conſulamus; utque fiat oblatio
„gentilium accepta, & ſanctificata in
„Spiritu ſancto, ad præſens Decretum
„Auctoritate Apoſtolica, etiam cum
„facultate Legati a latere devenimus.
„Et a Sacramentorum adminiſtratione
„exordium ſumentes, diſtricte prohi-
„bemus, ne in baptizandis tam pueris
„quam adultis, cujuscunque ſexus &
„conditionis, omittantur Sacramentalia

„ſed omnia palam adhibeantur, & ſig- Sæc. XVII.
„nanter ſaliva, ſal, & inſufflatio (*) A. C. 1705.
„quæ ex Apoſtolica traditione Catho-
„lica Eccleſia recepit, ac ob recondita
„in his ſacris cæremoniis Divinæ erga
„nos Bonitatis Myſteria ſancte, & in-
„violabiliter cuſtodivit; Decreto ſanctæ
„univerſalis Romanæ Inquiſitionis de
„Anno 1656. pro Sinis facto ob diver-
„ſas rationes, & circumſtantias, mini-
„me obſtante. „

„Item præcipimus, ut juxta lau-
„dabilem Eccleſiæ conſuetudinem ſem-
„per imponatur baptizando a bapti-
„zante

(*) Fatentur P. Lainez, & P. Brandolinus, quod in Baptismo ſemper omiſerint uſum Salivæ, & inſufflatio ideo non fuerit adhibita, *eoquod apud hoſce Gentiles os hominis res ſit immundiſſima, a quo quicquid prodit, ſive ſaliva ſit, ſive anhelitus, apud ipſos ſpurcum id reputetur* pag. 290. Verum poſtquam Calvinus dixerat, uſum ſalivæ *eſſe cæremoniam inanem, ridiculam, imo fœdam*, Tridentina Synodus anathema dixit, ſiquis hoſce *ritus aut contemni, aut in novos alios per quemcunque Eccleſiaſticum Paſtorem mutari poſſe dixerit*, & S. Auguſtinus Ep. 118. c. 5. ait: *Si quid tota per Orbem frequentat Eccleſia, quin ita faciendum ſit diſputare, inſolentiſſimæ inſaniæ eſt.*

Sæc. XVII. A. C. 1705.

„zante nomen alicujus Sancti in Ma-
„tyrologio Romano descripti, omnibus
„interdictis nominibus Idolorum, ve-
„falsæ Religionis pœnitentium, quibus
„gentiles utuntur, & Neophyti hacte-
„nus appellari consueverunt, ante-
„quam essent per baptismum Divinæ
„Gratiæ renati. „

„Nec Parochis, seu Missionariis su-
„quovis prætextu liceat Crucis, Sanc-
„ctorum, & rerum Sacrarum nomina
„per translata immutare, nec ea alio
„idiomate explicare, nisi latino, ve-
„saltem Indico, quatenus voces Indice
„Regionis, latinæ significationi liqui-
„do, & ad amussim respondeant. „

„Et quia audivimus Baptismum
„Infantium ex Christianis Parentibus
„ortorum, eorumdem incuria sæpe
„sæpius diu protrahi (*), non sine
„maximo dictorum Infantium Salutis
„discrimine, monemus Evangelicos ope-
„rarios, ut Sacrorum Canonum memo-
„res, terminum breviorem, quam fieri
„possit, attentis circumstantiis, gene-
„toribus præfigant, graviter conscien-
„tiam

(*) Id fatetur P. Lainez, dicens pag. 33
*Evenit interdum, ut plusquam optandum fore
infantium Baptismus differatur, nec negamus
quin aliquando forte interveniat aliqua Paren
tum negligentia.*

„tiam eorum onerantes, nisi filios in- Sæc. XVII.
„tra fixum tempus ad Ecclesiam de- A. C. 1705.
„ferant sacro fonte abluendos.„

„Præterea cum moris hujus Regio-
„nis sit, ut Infantes sex, vel septem
„annorum, interdum etiam in tene-
„riore ætate ex genitorum Consensu,
„Matrimonium indissolubile de præ-
„senti contrahant per impositionem
„Tallii, seu aureæ tesseræ nuptialis
„uxoris collo pensilis: Missionariis man-
„damus, ne hujusmodi irrita Matri-
„monia inter Christianos fieri permit-
„tant; nec sponsos sic conjunctos co-
„habitare sinant, donec completa le-
„gitima ætate, & explorato eorum
„consensu, in faciem Ecclesiæ juxta
„formam a Sac. Concilio Tridentino
„præscriptam, verum, & Canonicum
„Matrimonium contraxerint.„

„Et quoniam apud peritiores im-
„piæ illius Religionis Sectatores Tallii
„præsefert imaginem, licet informem
„Pulleyaris, sive Pillayaris Idoli nu-
„ptialibus Cæremoniis præpositi: quum-
„que dedeceat Christianas Mulieres ta-
„lem effigiem collo deferre in signum
„Matrimonii; districte prohibemus, ne
„imposterum audeant Tallii cum hac
„effigie collo appendere; & ne uxores
„innuptæ videantur, poterunt uti alio
„Tallii, vel Sanctissimæ Crucis, vel

Sæc. XVII. A. C. 1705

„Domini Noſtri Jeſu Chriſti, vel Bea„tiſſimæ Virginis, vel alia quavis re„ligioſa imagine ornato.„

„Et quum ſuperſtitione non carea„funiculus centum & octo filis compo„ſitus, & croceo ſucco delinitus, qu„plerique dictum Tallii appendunt, pro„hibemus etiam dictum filorum numa„rum, & unctionem. Cæremoniæ e„tiam nuptiales juxta harum Regionu„morem tot ſunt, tantaque ſuperſtitio„ne maculatæ, ut tutius remedium„optari non poſſet, quam eas omnino„interdicendo; quum undique noxi„gentilitatis labe ſcateant, & difficile„mum ſit, eas a ſuperſtitioſis expur„gare. At vero, ut faciliori conver„ſionum viæ, & Neophytorum con„modo, quantum fieri poteſt, in De„mino indulgeamus, Miſſionariis, d„præcipue Miſſionum Superioribus in„jungimus, ut novis adhibitis diligen„tiis, ſeveriorique calculo, ſuperſtitio„omnia a dictis cæremoniis expurgent„ita, ut nihil inultum relinquatur, quo„Chriſtianam pietatem offendat, „gentilium ſuperſtitionem redoleat. E„ſignanter, præter eas, quas audiv„mus jam ſtatutas in hac materia a„iisdem Miſſionariis reformationes, ru„mus Arboris Areſciomaram omnin„auferatur, ferculorum numerus no„

„minus, ac cibi præscripta qualitas „varietur, circuli supra Caput Sponso- „rum ad tollenda maleficia omittantur. „Et quod de ferculis diximus, de lu- „teis vasis ibidem adhiberi solitis a No- „bis dictum, & prohibitum intelli- „gatur,„

„Fructus etiam vulgo dictus *Cocco*, „ex cujus fractione prosperitatis, vel „infortunii auspicia gentiles temere du- „cunt, vel omnino a Christianorum „nuptiis rejiciatur, vel saltem, si illum „concedere velint, non publice, sed „secreto, & extra solemnitatem ape- „riatur, ab iis, qui Evangelica luce „edocti, ab hujusmodi auspiciorum de- „liramento sunt alieni.„

„Nullus rite, & sufficienter disposi- „tus arceatur a sacramento Pœniten- „tiæ ad peccatorum remissionem tan- „quam instrumento Divinæ Misericor- „diæ a Christo Domino instituto, & „signanter Mulieres menstruali morbo „laborantes, non attentis diebus purifi- „cationis, juxta morem gentilium, „quum hæc sacramentalis vera animæ „Purificatio, & non alia sit attendenda „a Christi fidelibus, eorumque Pasto- „ribus; quibus præterea non liceat per „seipsos, nec per Catechistas, nec per „alios quoscunque dictis Mulieribus „prohibere accessum ad Ecclesiam, vel

Sæc. XVII. A. C. 1715

„ad confeſſarium durante dicta infir-
„mitate, & dicto purificationis tem-
„pore.„

„Dedecet etiam Chriſtianæ Vir-
„ginis honeſtatem prima vice dicto
„morbo laborantis, illum cognatis,
„vicinis, & amicis notum facere, &
„inverecunde publicare, iisque Ethni-
„corum more, & ritu in ejus domum
„collectis ſuper re tam ſordida feſtum
„inſtituere: Quocirca hujusmodi cele-
„britates, & Ritus orthodoxis puellis
„penitus interdicimus, & abolemus,
„Miſſionariisque injungimus, ut non
„ſolum eas, verum etiam genitores
„moneant, quam diſſona ſit virgineæ
„pudoris legibus hujusmodi obſcœna
„conſuetudo, quæ a gentilium impu-
„dentia videtur inducta, ut ita labe-
„factata puellarum verecundia, eas ef-
„frenate ad libidinem provocare va-
„leant.„

„Ferre pariter non poſſumus, quod
„a Medicis ſpiritualibus pro animarum
„Salute ea charitatis officia denegen-
„tur, quæ Medici gentiles, nobilis et
„tiam generis, ſeu Caſtæ pro Corporis
„ſalute præſtare non dedignantur in-
„firmis, licet abjectæ, & infimæ Con-
„ditionis vulgo dictis Parreas; quas
„propter diſtricte mandamus Miſſiona-
„riis, ut, quantum in ipſis erit, ne-
„mini

„mini e Christianis ægrotis, quantum- Sæc. XVII.
„vis Parreas, & vilioris, si adessent, A. C. 1705.
„generis, hominibus desideranda re-
„linquatur in infirmitate copia Confes-
„sarii. Et ne ingravescentibus morbis,
„cum gravissimo vitæ temporalis pe-
„riculo, æternæ consulere cogantur,
„iisdem Missionariis præcipimus, ne
„infirmos hujusmodi Conditionis ad
„Ecclesiam deferendos expectent, sed
„consultius domos, ubi ægrotant, pro
„viribus petant, ad eos invisendos, ac
„piis sermonibus, & precibus, sacra-
„mentorumque pabulo recreandos; at-
„que demum in extremo vitæ discri-
„mine constitutos, sancto infirmorum
„Oleo deliniant (*), absque persona-
„rum, aut sexus acceptione, expresse
„damnantes quamcumque praxim huic
„Christianæ pietatis officio contrariam.„

„Non sine maximo animi nostri mæ-
„rore accepimus, etiam Christianos
„tympanorum pulsatores, tibicines,
„aut alterius cujuscunque Musici in-
„strumenti Sonatores ad Idolorum fe-



(*) Fatetur P. Nobili in epistola ad suum Generalem Anno 1610. quod ab eo tempore, quo Indias ingressus est, ab ipso etiam Parærarum, seu pauperum *contactu* abstinuerit, *Christi & animarum salutis gratia, eoquod ad civilem solum cultum pertinere certo sciret.*

Sæc. XVII. A. C. 1705

„ſtivitates, & ſacrificia accerſiri ad lu-
„dendum, & interdum etiam cogi ad
„quamdam ſervitutis ſpeciem erga pu-
„blicum ab ipſis contractæ per hujus-
„modi artis exercitium, nec facile eſſe
„Miſſionariis, eos ab hoc deteſtabili ab-
„uſu avertere. Quocirca conſiderantes
„quam gravem rationem eſſemus Deo
„reddituri, ſi hujusmodi Chriſti fideles
„a dæmonum honore, & cultu pro vi-
„ribus non revocaremus, illis prohibe-
„mus, ne impoſterum audeant, nec in
„Pagodis, nec extra, tum occaſione
„ſacrificiorum, tum quarumcunque ſo-
„lemnitatum ſuperſtitioſo cultu imbu-
„tarum ſonare, aut canere ſub pœna
„Excommunicationis latæ ſententiæ,
„quum nullo modo liceat Chriſti fa-
„mulis Belial inſervire; ideoque Miſ-
„ſionarii non ſolum eos monere tene-
„buntur de præfata prohibitione; ve-
„rum etiam illam omnino executioni
„demandare, & contraſacientes ab Ec-
„cleſia expellere, donec ex corde reſi-
„piſcant, & publicis pœnitentiæ ſignis
„patratum ſcandalum emendaverint.„

„Declaramus præterea Pontificiam
„Conſtitutionem Gregorii Papæ XV.
„incipientem: Romanæ Sedis Antiſtes
„&c. ad petitionem PP. Societatis Jeſu
„editam, qua indigenis Chriſti fidelibus
„lavacra, non alia occaſione, & fine,
„quam

„quam Corporis reficiendi, & a na- Sæc. XVII.
„turalibus ſordibus mundandi, ab Apo- A. C. 1705.
„ſtolica Sede permittuntur, interdictis
„tempore, & modo, quibus a gentili-
„bus adhiberi ſolent, æque afficere
„Evangelicos Operarios, quibus pro-
„pterea non liceat, ſub quacunque alia
„cauſſa, & fine, non etiam ad effe-
„ctum, ut exiſtimentur Sanias, ſeu
„Brachmanes, præ cæteris dediti hu-
„jusmodi ablutionibus, illis uti, præ-
„ſertim ſtatutis eorum horis, & ante,
„vel immediate poſt quamcunque ſa-
„cram functionem.„

„Cineres itidem ex vaccæ ſtercore
„confectos, & impiam gentilium pœ-
„nitentiam a Rutren inſtitutam redo-
„lentes, benedicere, eosque fronti
„ſacro Chrismate delinitæ impingere,
„ſive alia quæcunque ſigna albi, vel
„rubei coloris, quibus Indi ſuperſtitio-
„ſiſſimi in fronte, vel in pectore, aut
„in alia quavis Corporis parte utuntur,
„deferre prohibemus; mandantes, ut
„ſanctæ Eccleſiæ conſuetudo, piique
„Ritus cineres benedicendi, illisque
„Chriſtianorum Caput Cruce ſignandi,
„ad humanæ infirmitatis memoriam re-
„colendam, religioſe ſerventur, tem-
„pore, ac modo ab Eccleſia præſcripto,
„ſcilicet Feria quarta Cinerum, & non
„alias.„

Sæc. XVII. A. C. 1705

„Sive alia quæcunque ſigna albi vel „rubei coloris, quibus Indi ſuperſti„tioſiſſimi in fronte, vel in pectore, aut „in alia quavis corporis parte utuntur, „deferre prohibemus. Et demum, „quia ex librorum de falſa religione, & „de rebus obſcænis, ſuperſtitioſisque „tractantium lectura venenum, ut plu„rimum, ſerpere ſolet ad cor fidelium, „quo non minus fidei puritas offendi„tur, quam mores corrumpuntur, ma„gnopere commendantes Zelum, ac „ſtudium Miſſionariorum, qui libros „ſanam Eccleſiæ Catholicæ doctrinam, „rerumque ſacrarum monumenta conti„nentes pro Indorum Chriſti fidelium „conditione in linguam Malabaricam, „ſeu Tamulicam tranſtulere, vel novos „pro illorum commodo, & inſtitutione „compoſuerunt; iisdem Chriſti fideli„bus expreſſe interdicimus, fabuloſos „gentilium libros, eosque legere, & „retinere prohibemus, ſub pœna Ex„communicationis latæ ſententiæ, niſi „prius habita licentia Parochi, ſeu Miſ„ſionarii curam animarum exercentis, „quorum prudentiæ committimus facul„tatem ſuper hoc diſpenſandi, & libros „(ſi qui forte ſunt) noxia ſuperſtitio„ne vacuos, & nihil contra bonos mo„res tractantes pro Chriſtianorum uſu „ſeligendi, eorumque lecturam permi„tendi.

„tendi. Ea igitur universa, & singula Sæc. XVII.
„auctoritate Apostolica, & tenore præ- A. C. 1705.
„dictis damnamus, ac districtiori, quo
„possumus, modo prohibemus, man-
„dantes Patri Provinciali Provinciæ
„Malabaricæ, cæterisque Superioribus
„Societatis Jesu in Indiis Orientalibus,
„ut hoc nostrum Decretum notificent
„singulis Missionariis, sive aliis quibus-
„cunque curam animarum exercenti-
„bus sibi subjectis, illudque perpetuo,
„& inviolabiliter exequi faciant sub pœ-
„na Excommunicationis latæ sententiæ
„quoad Provinciales & Superiores, &
„suspensionis ipso facto incurrendæ
„quoad subditos contra facientes, seu
„aliter permittentes; atque ita decer-
„nimus, & mandamus in omnibus,
„donec aliud fuerit ab Apostolica Sede,
„vel a Nobis ejusdem auctoritate pro-
„visum, inviolabiliter servari, non ob-
„stantibus quibuscunque.„

„Et ne ex his, quæ expresse præ-
„cepta vel prohibita a Nobis fuere, ta-
„citum quis deducere valeat in reli-
„quis practicari solitis in istis Missioni-
„bus nostrum assensum, seu approba-
„tionem (cum plura forsan reforma-
„tione digna nostram cognitionem ef-
„fugerint, & alia maturius examen po-
„stulan-

Sæc. XVII A. C. 1705

„ſtulantia indeciſa remanſerint) hanc „interpretationem omnino rejicimus, „& menti noſtræ eſſe contrariam decla„ramus. Volumus autem juſtis de „cauſſis, ut hoc noſtrum Decretum af„ficiat, & pro publicato habeatur poſt „illius traditionem a noſtro Cancellario „faciendam PatriGuidoni Tachard Vice„Provinciali Patrum Gallorum Socie„tatis Jeſu in Indiis, cui propterea in „virtute ſanctæ obedientiæ onus injun„gimus, quatuor ſimilia exemplaria „transmittendi ad Patrem Provincia„lem Provinciæ Malabaricæ, atque ad „Patres Superiores Miſſionum Madu„renſis, & Mayſſur, & Carnatenſis, „quibus poſt bimeſtre, & reliquis Miſ„ſionariis poſt trimeſtre a die conſigna„tionis faciendæ dicto Patri Tachard, „idem Decretum pro publicato, & no„tificato pariter habeatur. Datum Pu„dicherii in Sancta Viſitatione Apoſto„lica hac die vigeſima tertia Junii An„no 1704. & publicatum die octava Ju„lii ejusdem anni 1704. per traditionem „factam coram Illuſtriſſimo, & Reve„rendiſſimo Domino per me Cancella„rium infraſcriptum R. P. Guidoni Ta„chard PP. Gallorum Soc. Jeſu in In„diis Orientalibus Superiori, præſenti„bus R. R. PP. Franciſco Lainez Supe„riore

„riore Miſſionis Madurenſis & Venantio „Bouchet Superiore Miſſionis Carna- „tenſis.„ Sæc. XVII. A. C. 1705.

*CAROLUS THOMAS,*
*Patriarcha Antiochenus, Viſitator Apoſtolicus.*

*ANDREAS Candela,*
*S. Viſitationis Apoſtolicæ Cancellarius.*

## §. LXXXVI.

## *Hujus decreti fata.*

Hoc decretum Turnonius die octava Julii Pondicherii promulgavit, illudque obſervandum Jeſuitis tradidit. Verum hi non modo hoc decretum ægre ferebant, ſed etiam illud aperte impugnabant, prout ipſemet Turnonius in ſua epiſtola ad Banchierium S. Officii Aſſeſſorem his verbis refert: *Jeſuitæ, qui hucusque de bona mea voluntate contenti videbantur, hodie palam contra meum decretum inſurgunt & poſtquam articulum juris impugnarunt, absdubio factum, etſi minime controverſum, directe etiam variabunt.* Præprimis vero ſanguinem & aquam ſudabant, ut Turnonium ad moderandas tam cenſuras, quam rituum prohibitionem conſtringerent; cum autem hic *ſalvo ſui Miniſterii & conſcientiæ debito*, ut ipſius verba ſonant, plene eorum

*die 10. Jul. An. 1704.*

*Epiſt. die 9. Jul.*

Sæc. XVII. A. C. 1705. eorum votis cedere non posset, excommunicationis tamen pœnam in *suspensionem a Divinis* per triennium duntaxat commutavit, vehementer veritus, *ne hac indulgentia peccaverit, ac Deo gravem rationem reddere cogatur.* Nihilominus Jesuitæ Patrem Franciscum Lainez Madurensis Missionis Superiorem, ut contra Patriarchæ decretum reclamaret, Romam ablegarunt, qui etiam anno hujus sæculi septimo ibidem perveniens mox librum, cui titulus: *defensio Indicarum Missionum*, quas *usque ad internecionem* per hoc decretum vulnerabas ajebat, concinnavit. Nec minus gravem Turnonio molestiam creabat Archiepiscopus Goanus, qui Sinensis Missionis tranquillitatem turbari, suamque jurisdictionem, atque existimatum in omnes Indiarum Ecclesias Primatum lædi ratus, die vigesima nona Decembris promulgato edicto, præfati decreti executionem inhibuit, & Turnonium in jus vocare, eique interminato anathemate, omnem jurisdictionis actum inhibere, ac demum censuras in decreti transgressores irrogatas omnino nullas declarare præsumpsit; suam vero agendi rationem vindicaturus, jam antea die vigesima prædicti Mensis hæc ad Papam perscripsit: *His positis, Sanctissime Pater, executionem decreti Domini Patri-*

Sæc. XVII. A. C. 1705.

*Patriarchæ Antiocheni distuli, volens ruinas harum Missionum his novitatibus oppressarum Sanctitati vestræ patefacere; nesciens etiam hujus Prælati auctoritatem; noluit enim Bullas publicare: hoc vero sancta Mater Ecclesia suis delegatis prohibet, quapropter omnibus tam Ecclesiasticis quam laicis intra hujus Primatus limites constitutis inhibui, ne eidem Patriarchæ obtemperarent, aut ejus censuris starent: nisi prius de suæ Delegationis facultate constet &c.* Priusquam hæ literæ Romam deferrentur, jamjam Pontifex de hujus Archiepiscopi oppositione notitiam hauserat, quocirca die trigesima Octobris anno sequenti has ad eum dedit literas: „Rumore, non quidem sa„tis adhuc tuto, publico tamen, ad„monemur, Fraternitatem tuam quasi „nesciam, aut incertam personæ, ac „facultatum ejusdem Venerabilis Fra„tris Patriarchæ Antiocheni, ad de„lenda, atque irritanda, quæcunque per „eum in istis partibus acta fuerant, „progressam fuisse, ansamque per hoc „contumacibus præbuisse, qua se nec „Excommunicationis vinculo, nec im„pedimento Irregularitatis illigatos esse „perperam judicarent, aut certe te„mere dictitarent. Et quamvis nullo „modo adduci possimus, ut credamus, „te singulari prudentia, ac pietate præ-

„ditum

Sæc. XVII. A. C. 1705

„ditum abrogare ea voluiſſe, quæ per
„Viſitatorem Apoſtolicum, hoc eſt,
„authoritate noſtra conſtituta fuerunt,
„ne tamen hæc ipſa, quæ vulgo in
„præſens aſſeruntur, certi exempli vim
„aliquando obtinere poſſint, tibi de-
„nunciandum eſſe ducimus, omnibus-
„que compertum eſſe volumus, neminī
„quacunque dignitate præſtanti fas eſſe,
„aut fuiſſe, decreta, aut acta authori-
„tate eidem Patriarchæ a Nobis de-
„mandata, edita irritare, aut irrita
„declarare. Notum præterea facimus,
„ſententiam Excommunicationis ſic,
„ut præfertur, latam in ſuo robore
„permanere, ac permanſuram eſſe, do-
„nec illi, qui obſtricti ea ſunt, abſolu-
„tionem ab eodem Patriarcha, ſive ab
„alio ſpecialem a Nobis poteſtatem ha-
„bente, aſſequi mereantur. Confidi-
„mus autem, Te de periculo Anima-
„rum fore pro tuo munere ſollicitum,
„ac ſedulo daturum operam, ut illi,
„qui certe fidelibus præire debebant
„in via ſalutis, a laqueo, quem para-
„verunt pedibus ſuis, rite exſol-
„vantur.„

§. LXXXVII.

Sæc. XVII. A. C. 1705.

## §. LXXXVII.

## *Ejusdem Legati adventus in Aula Imperatoris Sinensis.*

Interim Turnonius hoc anno die octava Aprilis Manila Cantonium Provinciæ *Kuang Tung* Metropolin attigit, moxque Patri Beauvillerio Sinensium Jesuitarum Procuratori exposuit, quod controversia circa ritus Sinenses Romæ contra ipsos decisa sit, proin consultum foret, ut ipsimet ultro ab horum rituum usu abstinerent, eoquod Pontifex Societatis honori ac famæ consulturus, Bullam, qua hosce ritus proscripsit, nunquam publicæ luci daturus sit: Verum Jesuitæ, ut ait P. Gonzalez in sua relatione, quam Romæ jussu summi Pontificis edidit, in cunctis Missionibus divulgarunt, Romæ decisum esse, quod controversi ritus nullatenus superstitiosi forent: idem P. Lainez ad P. Spiritum Ord. S. Francisci Missionarium die tertia Februarii hæc rescripsit: *Turnonius, priusquam Ponticherio discederet, urgente me, & PP. Tachard, Breuille, & Bouchet diserte censuras sustulit, & mihi exhibitum est, Clementis XI. oraculum vivæ vocis, quo ritus & consuetudines in Societatis Missionibus usitatæ ad facilitandam Gentilium conversionem permittuntur.*

*Gonzalez Relat. de la Pers. de la Chine. p. 21. Relat. mort. Turn. p. 7. Lucini l. c. pag. 9.*

Sæc. XVII. A. C. 1705

*tur*. Paulopoſt Cang-Hi Sinarum Im- peratori nuntiatum eſt, ſummi Pontifi- cis Legatum ad Urbem Cantonienſem adventaſſe: mox igitur Imperator hunc Legatum ſummo honore ac reverentia ubique excipi, ac Regiis ſumptibus ad Aulam adduci juſſit, transmiſſo ad Ur- bium Gubernatores hoc mandato: *To* (*) *Vir Spiritualis, cum Religionis ſuæ negotia examinaturus veniat, non autem a Regibus Occidentalis Maris ad tributum perſolvendum miſſus ſit, noſtris hujus loci veſtibus induatur. Ad ſupremum Præfe- ctum Zum Tum, & Pro-Regem mittan- tur literæ, ut eum honorifice ſuſcipiant, & naves ac neceſſaria miniſtrent, celeri- que faciant, eum in Regiam deportari. Hu noſtrum decretum Regium Europæis, qu morantur in Aula, monſtretur, ut illius perpendant, ſiquidem ita fieri expediat. Tu Heſchgen (**) quamprimum lingua Ta- tarea epiſtolam ſcribe, & ſupremi Præ- fecti, ac Pro-Regis Filiis ſeu Fratribus eam trade, illius exemplar unum ad ipſos, alterum ad Nos ablegetur, ſi aliud quid a hoc occurrat, ociiſſime renuntia, & ju noſtra præſtolare.*

Verum

(*) Hoc erat nomen Sinicum Turnonii Pa triarchæ Antiocheni.

(**) Hoc nomen erat illius Mandarini, cu hoc negotium ab Imperatore demandatum erat.

Verum Turnonius ad Indiarum o- Sæc. XVII.
ram appulsus, cum jamjam anno priori, A. C. 1705.
ac rursus hoc anno Pekini apoplectico assultu pressus decumberet, has ad Imperatorem literas dedit: „Cum ex „beneficentia Vestræ Majestatis Honor „mihi obtingat, ut liceat, imo jussu „suo, debeam, scriptotenus repræsen- „tare, quæ viva voce, coram exponere, „in votis & mandatis habeam, nisi me, „obstinatæ dispositionis meæ misera con- „ditio, tantopere desiderato a me bono, „hactenus privasset. Regiæ suæ præ- „sentiæ me Personaliter sistendi, id- „circo prævia profunda reverentia, „quam debeo tantæ Majestati, hucus- „que tantum mihi cognitæ ex fama pu- „blica, communi applausu, & vel ma- „xime ex a me perceptis, summæ suæ „Munificentiæ, qua me prævenit, ex- „perimentis, dico, quod Sanctissimus „Dominus Noster Clemens XI. summus „Pontifex, & omnium Christianorum „universalis Pater: Posteaquam propria „sollicitudine Pastorali, pro sui gregis „spirituali Salute, motus, animo fixum „habuit, in has omnes extra Europam „sitas regiones Orientales, unum a- „mandare Visitatorem, qui Nomine „ipsius perquireret, ac perspiceret spi- „rituales hujus novæ sobolis suæ ne- „cessitates; eique provideret; qui bono

Sæc. XVII. A. C. 1705.

„animarum promovendo intenderet, „ac ſuper ſpiritualibus illis adjumen„tis ipſam Sanctitatem ſuam probe in„formaret, ejusdem paterna Charitas, „etiam eminus diſpenſare parata eſt, „me, licet indignum, tam excelſi „ſanctique propoſiti ſui, ab omnibus „Europæ Principibus ac viris honoratis „generali applauſu commendati, dele„git executorem. Inter cætera ver„juſſa, quibus me dignatus fuit, ſpe„cialiter dedit in mandatis, ut appul„ſus in hoc vaſtiſſimum Sinarum Im„perium cuicunque alteri potentia ſu„perius, procurarem habere acceſſum „ad pedes Veſtræ Majeſtatis, & No„mine ſuo ipſi exponere vivos affectus „æſtimationis, amoris, & gratitudinis „quibus erga Perſonam Majeſtatis ſuæ „fertur, non ſolum propter frequentes „relationes ſibi factas, uti etiam, de „litteratura, & affabilitate hujus na„tionis tantopere deprædicatæ, eo„quod per leges ſub ſupremo Sapien„tiſſimo regimine Veſtræ Majeſtatis con„ditas, ad virtutis cultum adeo bene „dirigatur, & indiſpenſabiliter obliga„tur; ſed multo amplius propter not„tias ſæpe ſæpius acceptas de ſumma „Clementia, qua Veſtra Majeſtas S„Evangelii Miniſtros a longinquo ad„ventantes, ſuſcipere, & tractare digna„tur,

„tur, ipsisque veræ legis Divinæ præ- Sæc. XVII.
„dicationem permittere. Inde namque A. C. 1705.
„est, quod mihi Sanctitas sua impense
„commendaverit, ut suo Nomine Ma-
„jestati Vestræ pro tanta benignitate,
„enixissimas referrem gratias, & quod
„Imperialis Personæ suæ salutem sibi
„propriam faciens, Deum incessanter
„oret, pro diuturna conservatione, &
„maxime perfecta prosperitate Vestræ
„Majestatis.„

„Tenerrimos certe affectus summi
„Pontificis Nostri erga Majestatem Ve-
„stram pro nimia temporis moderni an-
„gustia, neque calamo circumscribere
„valeo, neque verbis explicare. Spero
„nihilominus futurum, quando mihi
„honorifica fors obtigerit, coram Im-
„periali suo solio Majestati Vestræ me
„inclinandi, ut ad plenam ipsius per-
„suasionem, quæ circa prædicta certo
„mihi cognita sunt, latius exponere
„queam. Ut vero interim suis Impe-
„rialibus jussis quadantenus obediam;
„subjungo, tantam esse suæ Sanctitatis
„sollicitudinem pro salute, & incolu-
„mitate Vestræ Majestatis, ut desideret
„cum hac sua imperiali Aula literarium
„habere commercium, quo valeat de
„tempore in tempus certam adipisci
„notitiam de prospero statu Regiæ suæ
„Personæ, & earum rerum, in quibus

Sæc. XVII. A. C. 1705.

„foret possibile gratificari suæ Majestati,
„ejusque vota prævenire potius, quam
„excipere; ad illum porro finem, appri-
„me conduceret, ut esset hic loci de
„stabili constituta persona, præpollens
„prudentia, integritate, ac Doctrina
„simulque insignita charactere Superio-
„ris omnium Europæorum, quæ pro-
„inde posset satisfacere desiderio sua
„Beatitudinis ad servitium Vestræ Ma-
„jestatis, & ad rite ordinandam hanc
„Missionem, cui Vestra Majestas sub
„patrocinio, & Charitatis, tam exem-
„plo, quam affectuosis documentis,
„continua præstat fomenta. Hæc sunt
„quæ occurrunt mihi, in compendio
„Vestræ Majestati humiliter repræsen-
„tanda ea promptitudine, quam sua
„jussa suprema exigunt, & eo langui-
„dæ manus conatu, quem debiles meæ
„vires per longam infirmitatem exte-
„nuatæ permiserunt; sed confisus ani-
„mo generoso Majestatis Vestræ, quo
„novit, minimos etiam obedientiæ actus
„sibi exhibitos ad gradum meriti sub-
„limare, & excelsæ suæ mentis intel-
„ligentia ex paucis verbis comprehen-
„dere, & comprehendendo penetrare
„cor illius, qui gratiam suam sibi sa-
„tagit exorare; spero nihilominus fore,
„ut dignetur compati mihi, meque be-
„nigno consolari rescripto.„

§. LXXXVIII

Sæc. XVII.
A. C. 1705.

## §. LXXXVIII.

### *Patris Lainez liber, ejusque fata.*

Non modo P. Lainez, sed etiam PP. Barcos, & Beauvillerius ex Aula Pechinensi Romam contenderunt, ibidem rituum Sinensium causſam contra Turnonii decretum propugnaturi. Attamen, licet seorsim binis navibus veherentur, ambo tamen naufragio facto perierunt: Eo nihilominus, velis remis & vento pariter colludentibus, P. Lainez Romam Anno hujus sæculi septimo appulsus est: Verum jam antea Clemens XI. Pontifex die septima Januarii Turnonii decretum examinari, ac mature discuti, ac demum illud publice approbari jussit, edito hoc decreto: „Sanctissimus auditis votis DD. „Card. dixit, rescribendum esse dicto „Patriarchæ, commendando illius pru„dentiam, ac Zelum, & quod exacte „observari debeant ea omnia, quæ in „Decreto supradicto fuerunt ab ipso „præscripta, donec aliter a Sede Apo„stolica provisum fuerit. -- Quo vero „ad quæstionem de quibusdam . . . . „qui in eisdem regionibus vocantur: „*Parreas* . . . . sanctitas sua dixit, quod „seperatim examinari debeat.„

Sæc. XVII. A. C. 1705.

Cum igitur Lainesius Turnonii decretum a Papa approbatum cerneret, librum suum, cujus supra meminimus, Romæ in vulgus spargere minime ausus est, paucis tamen mensibus, cum jam in Melioporensem Episcopum renuntiatus esset, Roma in Indias revesus est, ac Madraspatami non modo hunc librum, sed etiam pastoralem e vulgavit epistolam, in qua censuras Turnonio fuisse sublatas dicebat, præfatumque oraculum vivæ vocis jactabat.

*Epist. Pastoral. dat. Madrust. 22. Febr. 1711.*

*Reg. S. Offic. 1. Sept. 1712.*

Re Romam delata Pontifex præcepit, *ex Regesto Decretorum Congregationis S. Officii de Anno* 1706. *extrahi authenticum exemplar resolutionis eadem in re captæ ab ipsa SS. in Congregatione habita* 7. *Januarii* 1706. *illudque extradi ad hoc, ut juxta illius tenorem & formam omnia in Decreto supradicto contenta, exacte in iisdem partibus observari debeant, donec aliter ab Apostolica Sede decernatur.*

Insuper Pontifex ad ipsum Lainesium decima septima Septembris die datis literis hæc perscripsit: Intimo dolore sensu percepi, evulgatum fuisse, „quod præscripta in quodam decreto „die 27. Junii 1704. Pudicherii edito, „&c. a Nobis rescissa, & abrogata, ac „simul ceremoniæ, & Ritus, qui eo„dem decreto superstitionis labe infecti „declarantur, vel omni, vel aliqua ex „parte

„parte approbati, ac permissi fuerint. Sæc. XVII.
„Quum autem maxime cupiamus, ut A. C. 1705.
„in re tanti momenti non modo Frater-
„nitati tuæ, verum etiam te curante
„cæteris istarum partium Antistitibus,
„ac Missionariis aperte veritas innote-
„scat, Tibi conjuncta folia, a Notario
„sanctæ Romanæ & universalis Inquisi-
„tionis signo roborata, mittenda duxi-
„mus.„

His præmissis Pontifex præfata S. Officii decreta unacum Turnonii decreto retulit, ac tandem suam epistolam his verbis absolvit: *Ex quibus abunde intelliges, quænam in ejusmodi rebus hactenus fuerit, & adhuc sit mens nostra.*

Præterea Cardinalis Sacripante S. Congregationis de Propaganda Præfectus ex Pontificis mandato Visdeluo Claudiopolitano Episcopo injunxit, ut plenam Turnoniani decreti executionem urgeret.

Quoniam vero Lainesii liber admodum rarus sit, & nonnisi duo aut tria exemplaria Lusitano naufragio erepta, & a Contio tum Lusitaniæ Nuntio Romam transmissa exstent, haud injucundum erit, quædam ex eo notabiliora adducere. Facta igitur Madureiensis, Massurianæ, & Carnatensis Missionis descriptione, & antiquitate refert Lainesius, quod hi populi non habeant le-

Sæc. XVII A.C. 1705.

Pag. 22. 36. 39. 41. 40. 47.

gem ſcriptam, ſint tamen apud eos *conſuetudines bene multæ, quæ vim legis jam obtinuere, &c. & licet in illis multa puerilia, minuta, nec honeſta, nec vel honeſtati contraria, ſed prorſus media, imo penitus inepta, & a recta ratione aberrantia ſint, tanti tamen illa æſtiment, ut populos, a quibus non obſervantur, barbaros, impoliticos, ac naturæ lumine deſtitutos appellare non vereantur.*

Agens de eorum religione teſtabatur, quod inferiorum duntaxat Deorum numerent *tercenta triginta millionum millia, & quaſi exiguus numerus ille foret, eſſe velint præterea octoginta pœnitentium millia*, quibus tamen tribuunt *parem, imo ſuperiorem Diis potentiam*, quos inſuper, *furtis, odiis, homicidiis, perjuriis, adulteriis, inceſtibus, & quidem cum propria Matre, infandæ cum belvis Veneri obnoxios fuiſſe, absque pudore confitentur, & in Deorum Hymnis modulantur . . .* dicentes, *hæc, quæ in hominibus ſcelera eſſent graviſſima, in Diis ludos eſſe . . .* cum tamen *eorum veſtigiis inhærentes pejora perpetrent: . . . .* Eorum idola refert ipſe, *horrendis modis eſſe configurata, & undique collatis partibus mala coagmentata*, non tamen *eodem apud omnes eſſe pretio, Vidi, qui illa non plurimi æſtimarent, quam illud ipſum metallum, ex quo conflata ſunt, vidi ingenti cum dolu-*

*luptate*

*luptate, qui illa calcibus impeterent &c.* Sæc. XVII.
*ſed ſtolidum vulgus hæc velut ipſos Deos* A. C. 1705.
*colit.* Narrat etiam, eos eſſe *ſuperſtitioſiſſimos*, deditosque expiationibus, *Pag.* 365.
quæ *variis ritibus peraguntur*, atque *ad* 49. 82. 84.
*peccata expianda nihil communiori uſu re-* 89. 91.
*ceptum eſſe, quam Balnea.*

Chriſtianorum autem numerum in hiſce Miſſionibus aſcendere refert ad ducenties viginti millia, & quod in ſola Madurenſi Miſſione ſepties mille ſexcenti fuerint baptizati, & ipſe ſolus intra viginti duorum annorum ſpatium viginti millia Sacro fonte expiarit, poſtea de eorum pietate ſcribens ait: *non ſolum multi illorum Regnorum Ethnici in Evangelicam fidem conceſſere, ſed Chriſtum induentes optimi facti ſunt Chriſtiani, utpote qui ad omnes fidei regulas vitam ſuam accurate componentes, Europæis ipſis exemplo eſſe poſſint. Certe tanta ſunt vitæ integritate, ut non ſit infrequens, Miſſionarium a prima luce ad meridiem usque confeſſiones excipere, quin lethalis peccati reum quemquam inveniat.*

Eos autem induci haud poſſe refert ad deſerendos ſuæ Nationis ritus Turnoniano decreto prohibitos, *id*, proſequitur, *quod Evangelii amplificationi* *Pag.* 23. 75.
*non mediocriter officere dolemus, quum inter illorum Ethnicorum conſuetudines plurimæ ſint Eccleſiæ legibus contrariæ: lex*

*v. g.*

Sæc. XVII. A. C. 1705

*v. g. ſtabilita, ut conſanguineam in primo gradu ducere compellantur.*

*Quod alias conſuetudines bene multas etiam civiles obſervare non poſſimus, & doceamus, non eſſe obſervandas, eoquod Eccleſiæ inſtitutis adverſentur . . . quas conſuetudines cum violemus, inclamant Ethnici, nos familias perturbare, ſua jura, ſuosque uſus convellere, & barbaris inſtitutis commutare, . Sic enim inſtituti ſunt Populi illi, ſic profanis Sacra miſcent, ut Religionis officia ad honeſtatem plurimum facere arbitrentur, &c. Itaque paterentur multi nos de Diis ſuis ſentire, ut volumus, at vero ſtatis Sacrificiis, aliisque ſolemnitatibus deeſſe, hoc illis intolerandam ruſticitatem ſapere videtur. Præceptorum Divinæ Legis ſeveritas, eorum præſertim, quibus eorum vitia damnantur, vindicta v. g. poligamia, matrimonii diſſolubilitas, quam multi ſunt, qui ante ſibi abſtruſiſſima myſteria credenda putant, quam ejusmodi præcepta obſervanda.*

Mirum tamen, quod hi Ethnici adeo fuerint dociles, ut relictis ritibus fidei Catholicæ adverſis tot millia Baptismum receperint, & tamen omnem ferme docilitatem exuiſſe referantur, ritusque Turnoniano decreto damnatos, minus licet carni blandientes relinquere nolint, proin ejus decretum fidei propagationi obſtare dicatur: cum autem Tur-

Turnonius in suo decreto in testimonium Bouchetum, & Bartoldum Jesuitas adduceret, cunctosque decreti sui articulos Agemalensi Synodo aliisque Conciliis Goæ habitis conformes diceret, Lainesius asserere non dubitavit, *Aberrasse a vero Goana Concilia in usibus Indicis damnandis*, & hosce duos Jesuitas æque ac ceteros Missionarios Turnonio obtemperantes, in horum rituum notitia parum exercitatos esse, mox tamen sui oblitus, Boucheti testimonium, & Bartoldi attestatum eo fine adduxit, ut hosce ritus in decreto prohibitos tolerandi necessitatem per idoneos testes probaret. Concludit denique Lainesius, quod tam Agemalensis Synodi, quam Turnoniani decreti observantia *Pietati Christianæ magis sit contraria*, legi Divinæ & naturali adversa, ad promovendas seditiones, vexationes & strages apta, proin absque peccato mortali ea, quæ ibi præcipiuntur, observari non possint.

Sæc. XVII. A. C. 1705.

*Pag* 223. 172. 639. 601. 236.

*Pag.* 596. 450. 473.

## §. LXXXIX.

### *Turnonius Patriarcha ad Imperatoris alloquium admissus.*

Tandem Turnonius Patriarcha ad Regiam delatus est, ubi cum Imperatore de statu Missionum & de dissidiis

*Gonzalez Relat. l. 4. pag. 23.*

Sæc. XVII. A. C. 1705.

diis inter Jesuitas Gallos, & Lusitanos exortis conferens, insolitis prorsus honoribus, ac singularis benevolentiæ significationibus excipiebatur. Haud dissimulanter hic Princeps testabatur, quod summum Pontificem, eoquod tot Reges ac Principes eundem tanquam Patrem suum venerarentur, pro magno sane Monarcha haberet, arctamque cum eo societatem, atque amicitiæ fœdus inire desideraret: quinimo munera a Pontifice submissa, atque a Turnonio oblata acceptare recusabat, ni prius Patriarcha Virum nominasset, per quem vicissim dona summo Pontifici destinata Romam mittere posset. Votis igitur Imperatoris cedens Turnonius, nominabat Sabinum Mariani: Hujus Viri selectus oppido gratus erat Imperatori, qui eidem literas ad Papam dedit, petens, ut sibi tres Musicos, tres Mathematicos, tres Medicos, totidemque Chirurgos, qui pariter Missionarii esse possent, ac plenam in Imperio morandi libertatem haberent, submittere velit: Insuper ad Jesuitarum preces Imperator velut Interpretem Sabino adjungi permisit P. Joachimum Bouvet, non tamen voluit, ut hic Legatum, ultra maris portum comitaretur, quamvis postea hic ab Imperatore impetrasset, ut Romam usque venire vellet.

leret. Tanta Imperatoris benevolentia excitatus Patriarcha, impenſe ab eo petiit, ut pro Miſſionariis *de Propaganda* Domum in Regia erigere ſibi liceret: Annuit Legati precibus die vigeſima ſeptima Decembris Imperator, qui eadem die PP. Thomæ Pereyra & Franciſco Gerbillonio Jeſuitis ſe hanc gratiam Turnonio feciſſe, ſignificavit. Aſt horum prior oppoſuit, Sacerdotes recens ad Imperium delatos, homines eſſe ex variis Regnis collectos, qui nonniſi ad turbandos Imperii uſus, necnon ad patriæ leges, ritusque in Europa proſcribendos adventaſſent. Ea res tantopere Imperatorem commovit, ut non modo conceſſionem factam revocaret, ſed etiam deinceps remiſſius ſtudium erga Pontificem exhiberet: nihilominus Menſe Februario anni ſequentis Mandarinum quemdam ad Turnonium ablegavit, qui eidem ſignificaret, ab erigenda Domo Imperatorem non eſſe alienum, dummodo ceteri Miſſionarii ſeſe non opponerent; nolle enim ſe quibusdam gratificari, & alios præcipue dudum ſibi devotos offendere: His propoſitis Mandarinus Turnonio author erat, ut cum PP. Pereyra, Grimaldo, Antonio Thomæ, & Gerbillonio de libello ſupplici deſuper concinnando conferret, ſi tamen ſuam ſupplicationem ab

Sæc. XVII. A. C. 1705.

Sæc. XVII. A. C. 1705.

ab Imperatore benigne excipi velit. Igitur Patriarcha hoſce quatuor Jeſuitas accerſivit, rogans eos, ut ad conficiendum hunc libellum ſuam quoque jungerent operam. Verum P. Grimaldus venire renuit, P. Pereyra omnino tacuit, & reliqui deliberandi ſpatium petiere, unaomnes autem mox Imperatorem adierunt: biduo poſt nuntiatum Legato, nolle Imperatorem, ut Jeſuitæ in præfato libello partem haberent: in eo autem temporis articulo Imperator Turnonio ſeſe minus propenſum exhibuit; fertur etiam, Pereyram Imperatori ſuggeſſiſſe, Turnonium in Sinas veniſſe, ut Jeſuitas inde proturbaret. Id vero, cum audieret natu maximus Imperatoris Filius, ad Patrem Barcos indignabundus dixit: *Vos gravi odio a Patriarcha diſſidetis*, negante id Jeſuita, Princeps petiit, ut ſua dicta jurejurando firmaret, quod tamen ille facere recuſabat (*).

§. XC.

(*) Hæc omnia relata habentur a P. Franciſco Gonzalez a S. Petro Miſſionario Sinenſi, qui ex mandato ſummi Pontificis ſuecinctam ſuam relationem Romæ edidit, eamque deſumpſit ex vaſtiſſima Hiſtoria, quam omnes Miſſionarii a ſuis Miſſionibus ejecti in Macaonenſi Urbe conſcripſerunt.

Sæc. XVII.
A. C. 1705.

## §. XC.

## *Pontificis controversiæ cum Josepho I. Cæsare.*

Quamprimum Clemens XI. Papa Leopoldum Cæsarem obiisse, per Josephi Romanorum Regis literas compererat, mox die trigesima Maij datis ad hunc literis sibi tanti Imperatoris obitum permolestum accidisse professus, spem suam manifestabat, qua eum Majorum suorum, qui ob perpetuam in Deum, Ecclesiam & Romanos Pontifices cultum commendantur, insignem pietatem æmulaturum confidebat, vicissim pollicitus, quod eidem impensurus esset communis Patris officia, quæ a nemine unquam desiderari hactenus passus fuisset, aut in posterum pateretur; Paulopost tamen idem Pontifex a suo promisso recessisse arguebatur, eoquod Cæsareis copiis transitum per ditiones Pontificias denegasset, cum tamen Gallis æque ac Hispanis Romæ milites conducendi facultatem dedisset: Majus autem indignationis argumentum accessit, partim ob cruentas rixas inter familiares Oratoris Cæsarei, & Cardinalis Furbini exortas, partim ob decretum, vi cujus Papa quosdam nominabat, qui Ecclesiarum, ut vocant

*Wagner Hist. Jos. Imp. Epist. Clem. XI. Gottfrid. Hist. cont. pag. 641.*

Sæc. XVII. A.C. 1705. Nationalium, & præprimis Germanicæ S. Mariæ de Anima & Hospitalis redituum & administrationis rationem exigerent, cum autem hoc jus soli Cæsaris tanquam Protectoris Legato competeret, vehementer reclamabat Lambergus Orator, Pontifice autem hoc proventus sequestrante, Cæsareus Rotæ Auditor obseratæ Ecclesiæ claves Cæsari Viennam submisit: cum ergo viginti septem gravaminibus a Cæsare expositis, satisfacere cunctaretur, ejus Orator Roma insalutato Papa discessit, & vicissim Imperator Daviæ Nuntio Apostolico, ut protinus Vieña excederet, præcepit: Inde vero Pontifex gravi dolore percussus, datis literis apud Augustum Poloniæ Regem, qui tum inter Sacerdotium & Imperium concordiam in Cæsaris Aula reddere adlaborabat, die vigesima Augusti vehementer queretur, eo potissimum nomine, quod, quamvis Cæsari, ejusque Ministris varias injurias irrogasse, perperam accusaretur, nihilominus ad tantæ indignationis excessum nullam dedisset causam, imo nil eorum prætermisisset, quæ ad avertendum ejusmodi malum conferre censuerit, inde vero publicum, & gravissimum apud fideles scandalum, & ingens ex Pontificis contemptu apud hæreticos gaudium orirentur. Decimo post

Sæc. XVII. A. C. 1705.

post die literas quoque ad ipsum Imperatorem, ejus Conjugem, Colonitzium, Lambergum, Grimaldum Cardinales, plures Præsules, & P. Ingelbertum Bischof Jesuitam Cæsaris Confessarium Pontifex dedit, exponens, quod suspiciones, quas Cæsaris Ministri contra Papam Cæsari ingesserint, solo veritatis & justitiæ lumine dispellere paratus sit: Ubi vero Pontifex *primarum precum jus* Cæsari, eoquod is nondum a Sede Apostolica confirmatus esset, in dubium vocare aggrediebatur, tum vero gravis utrinque exorta est altercatio, moxque aculeatis oppido libellis certatum, demonstratumque, minime necessariam esse prætensam hanc confirmationem, sine qua Imperatorum non pauci, priusquam Germaniæ concordata fuissent erecta, hoc jus absque ulla oppositione exercuissent &c. Demum vero controversia de Nationali Ecclesia hunc in modum composita est, ut deinceps Papa per Visitatorem Apostolicum redituum rationem exigere quidem valeat, semper tamen eidem adjungatur Deputatus natione Germanus.

## §. XCI.

### *Religionum dissidia.*

Jam dudum Mennonitæ, qui se Calvinistas dicebant, in Palatinatu per de-

*Gottfrid. Hist. cont. p. 634. l. 14. Ketteler Decad. 5. p. 293.*

Sæc. XVII. A. C. 1705.

detortas pacis Weſtphalicæ interpreta-
tiones & Proteſtantium Principum ma-
nas ſectam ſuam propagare nitebantur
quorum novationibus, & conficta op-
preſſionis querelis ac commentis Joannis
Guilielmus Palatinus Elector ſtrenue
quidem ſeſe oppoſuit, Fridericus Wil-
men Brandeburgicus Elector, ut ver
Catholicorum vexatione Palatinum
concedendam Calviniſtis libertatem ag-
geret, die tertia Januarii edito decre-
Magdeburgenſi Senatui injunxit,
omnia hujus Ducatus monaſteria, Ec-
cleſias, Eccleſiaſticos, Canonicatus
Scholas, reditus &c. exacte conſti-
beret, ut poſtea Catholicis, uti in P
latinatu aliisque ditionibus Principi C
tholico ſubjectis contra Calviniſtas
ctum ajebat, eorum bona & Temp
eripi ac imminui poſſent: Comm
batur etiam, ſe durius acturum co
Catholicis, qui in ejus ditionibus
gunt, acerbasque de utroque Ce
pœnas ſumpturum, niſi Riswicen
clauſula deleretur, & Proteſtanti
indemnitati in Palatinatu, Hungar
& Sileſia per Conventum Ratisbon
ſem conſulatur, inſuperhabito pra
pio Proteſtantibus adeo familiari
grato: *Cujus eſt Regio, ejus quoque
religio, Dominus territorii eſt Dominus
ligionis, Jus Reformationis eſt ſequela*
rit

*ritorii &c.* Jamjam Magdeburgi, & Halberſtadii exequendo Electoris decreto initium datum eſt: cum ergo Catholici præter duas Cathedrales, aliasque Collegiatas, inſuper multas alias Eccleſias & octodecim Monaſteria ibidem poſſiderent, horum jacturam, ac inde in irreparabilem calamitatum abyſſum religionem Catholicam præcipitari, necnon maximum animarum, ſalutisque damnum imminere veriti, omnium nomine Patrem Conradum Brüninghoffium Halberſtadienſem Guardianum Ord. S. Franciſci Recollectorum Ratisbonam ad Imperii comitia ablegarunt, qui etiam gravibus oppido verbis ac ſententiis expoſuit, ad eum neceſſitatis caſum rem eſſe devolutam, ut ad prævertendam Status publici ruinam nil aptius eſſet, niſi ut inter diſſidentes religiones juxta Weſtphalicæ pacis præſcriptum æqualitas, concordia & unitas ſervaretur: ſi ergo Principes Catholici Proteſtantibus ſibi ſubjectis hujus pacis beneficium denegarent, & Brandeburgicus Elector ſuum decretum contra Catholicos executioni daturus eſſet, absdubio Catholici Magdeburgenſes & Halberſtadiani e patria in amariſſimum exilium migrare coacti, extremo conſcientiæ, necnon animæ corporisque periculo exponerentur, at-

Sæc. XVII. A. C. 1705.

Sæc. XVII. A. C. 1705. que ex tota Saxonia religio Catholica extirparetur: Eapropter se Cæsaris, aliorumque Principum Catholicorum opem ad avertenda hæc mala implorare, jussum esse dicebat. His expositis, atque ad acta relatis Guardianus Viennam contendit, habitoque colloquio Cæsarem rogavit, ut ad tollenda Calviniſtarum gravamina Deputatos Düſſeldorpium mittere feſtinaret: annuente igitur Cæsare Catholici Brandeburgico ſupplicarunt, ut interim decreti ſui executionem differret, quo facto Elector Dieſtum & Burhardum ad præfatam urbem ablegavit, Catholicum Clerum ſollicitans, ut hoc negotium apud Electorem Palatinum, cæterosque Principes Catholicos urgere haud cunctarentur: Tandem vero mutuo utriusque partis conſenſu ibidem conventum, ut *Simultaneum*, ut vocant exercitium, in locis, ubi id ſub Electoribus Palatinis ſectæ addictis nunquam viguit, penitus tollatur, Eccleſiarum reditus inter Catholicos & Calviniſtas dividantur, indultaque ſectæ libertate circa matrimonia inter Catholicos & Calviniſtas inita, & circa filiorum inde ſuſceptorum educationem ac tutellam articulus die vigeſima prima Novembris ſtabilitus obſervetur. Hanc vero transactionem nonniſi neceſſitas, &

& gravioris mali metus excusare pote- Sæc. XVII.
rat; nam Palatinus Elector Protestan- A. C. 1705.
tibus nonnisi aliena & injuste invasa eripuit, Magdeburgenses autem & Halberstadienses Catholici iis, quæ sua, non aliena possidebant, spoliabantur; favebat insuper Palatino jus Reformationis ratione territorii & superioritatis sibi ex communi lege, Imperii recessibus, & contractibus, & pacis Westphalicæ Articulo V. §. 12. v. *Quantum* competens. Hæc tamen jura, Protestantes duntaxat sibi, non autem Catholicis favere volunt, quocirca etiam Papa non modo Lambergium Cardinalem, & Jaurinensem Episcopum sed etiam Electorem Palatinum suis literis, ut Brandeburgico decreto obsisterent excitabat, hæc ad eum perscribens: „Innotuisse arbitramur, ac molestum „accidisse Nobilitati Tuæ Decretum „Marchionis Brandeburgensis, quo pa„lam professus est, velle se vicem red„dere Principibus Catholicis pro gra„vaminibus per eos, ut asserit, illatis „professoribus illius sectæ, cui temere „nomen Evangelicæ tribuitur, ipseque „Marchio in primis adhæret, atque „opitulatur, ac propterea se pariformi„ter acturum cum Catholicis, præser„tim iis, qui sunt ex utroque Clero in „Ducatu Magdeburgensi, ac Principatu

Sæc. XVII. A. C. 1705

„Halberſtadienſi, niſi in Conventu Ra-
„tisbonenſi, ubi res in deliberatione
„verſatur, eorundem Sectariorum in-
„demnitati conſulatur. Quanta ini-
„quitate prolatæ ſint hujusmodi mi-
„næ adverſus innoxios: quanta e-
„tiam audacia erga Catholicos Princi-
„pes, per ſe ſatis liquet. Cogimur
„proinde Te, quem Zelo pro Ortho-
„doxa religione fervere novimus, &
„cujus etiam honor ea in re agitur,
„hortari, ut Catholicorum tutelam ſtre-
„nue ſuſcipias, eorumque cauſſam for-
„titer aſſeras, neque pari eos lance
„cum Hæreticis penſari patiaris. Quod
„Deo acceptum, Nobisque perjucun-
„dum erit, qui optamus Te ſemper
„magis bene mereri de Eccleſia Dei.

## §. XCII.

### *Principum atque Illuſtrium obitus.*

*Kettl. Decad. 5. p. 316. Theatr. Europ. t. 17. pag. 181.*

Menſe Octobri vix inchoato Auguſtus Fridericus Holſato-Gottorpienſis tum Lubecenſis Pſeudo-Epiſcopus fatis conceſſit; mox igitur Chriſtianus Auguſtus ejusdem familiæ Princeps armata manu hunc Epiſcopatum, necnon Cuthinienſem arcem Epiſcopalem invaſit, eoquod non modo in Coadjutorem jam antea electus fuiſſet, ſed etiam inter Domum Gottorpienſem &

Capi-

Capitulum Lubecenſe Anno 1642. & 1647. pactum Travendalii, Glückſtadii, & Monaſterii confirmatum exſtaret, vi cujus ſex Gottorpienſis domus Principes ſucceſſive in hoc Epiſcopatu ſuccederent: Verum Carolus jnnior Regis Dani frater, eoquod in electione ipſe duodecim Canonicorum ſuffragia, & Chriſtianus nonniſi novem tuliſſet, cum tribus Danorum millibus irrumpens, ejectis Gottorpienſibus die trigeſima prima Decembris præfatam arcem intercepit, ſibique Epiſcopatus adminiſtrationem vindicavit, donec hæc controverſia a Cæſare dirimeretur. Tandem vero Joſepho Imperatore, Regina Angliæ, Saxone, Brandeburgo, Batavisque ſuas partes interponentibus res ita compoſita eſt, ut Gottorpienſis in Epiſcopatum, arcemque a Cæſaris Legato Comite ab Eck, & Anglico Oratore de Wick, Danis inde recedentibus, reduceretur, Carolus vero hujus Epiſcopatus poſſeſſionem Angliæ Reginæ renuntiaret, ac promiſſa pecuniarum ſumma contentus eſſet. Ita nempe loco inveſtituræ per annulum & baculum apud Lutheranos ſubrogata fuit inveſtitura per aurum, gladium, & arma.

Sæc. XVII. A. C. 1705.

Deceſſit pariter Tirckheimii die decima nona Martii ex lethargo Maximilianus Bavariæ Dux annos natus ſexa-

Sæc. XVII. A. C. 1705.

ginta septem, item Sophia Carolina Prussiæ Regina, Ernesti Augusti Brunsvico-Luneburgici Electoris Filia; cum enim ad ipsius Matrem Bacchanaliorum delitiis vacatura contenderet, die prima Februarii nonnisi annos nata triginta septem ex gutturis inflammatione vivis erepta est. Præterea in castris Barcinonensibus obiit Georgius Hasso-Darmstadiensis Princeps, animi celsitudine, ac militari experientia inclytus, qui die decima quarta Octobris trajecto crure, ruptaque vena cava dolorum vehementiæ cessit? idem fatum subiit die decima sexta Augusti Bresciæ Josephus Innocentius Lotharingiæ Dux in Cassano prælio trucidatus. Inter Præsules Catholicos Hungari deplorabant mortem Ladislai Mathiæ Sonsky Nitriensis Episcopi, Viri pietate & scientia celebratissimi, cujus fatum sequebatur Joannes Antonius Collatus Insulæ Corcyranæ Archiepiscopus. Præter hos obiere die trigesima prima Decembris Ulyssipone Catharina vidua Caroli II. Angliæ Regis Uxor, die decima quinta Novembris Dorothea Carolina Hasso-Darmstadiensis Princeps Ernesti Ludovici uxor, die vigesima tertia Novembris anno ætatis decimo octavo Guilielmus Friderici IV. Daniæ Regis Frater, & die vigesima tertia Decem-

Decembris Ludovica Dorothea Friderico Haſſiæ Landgravio deſponſata, Regis Boruſſiæ Filia, quæ nonniſi vigeſimum quintum ætatis annum attigit: Vitæ etiam ſuæ finem fecit, quam usque ad annum octogeſimum primum produxit, Georgius Guilielmus Dux Cellenſis, denique die vigeſima Decembris ſexagenaria deceſſit Chriſtina vidua Friderici XI. Saxo-Gothani Ducis Conjux. Sæc. XVII. A. C. 1705.

## §. XCIII.

### *Conſtitutiones Clementis XI. Papæ, ejusque literæ ad varios.*

Ex plurimis, quas ſummus Pontifex promulgari juſſit, Conſtitutionibus & epiſtolis ab eodem ad varios datis paucas ſeligimus, & primo quidem ex ipſius mandato Caſparus Cardinalis de Carpegna Vicarius Urbis & Orbis die quarta Februarii præcepit, ut Eccleſiaſticorum cadavera in funeralibus officiis exponantur induta Sacris veſtibus eorum Ordini congruis, & quorumcunque etiam Nobilium, & Magnatum corpora non cum rhedis aliisque vehiculis, ſed præcedente Cruce in feretro ad Eccleſiam deferantur. Die autem vigeſima ejusdem Menſis, Pontifex Cultum ab immemorabili tempore in Luſitaniæ *Bull. magn. Part. 2. Clem. XI. pag. 251.*

Sæc. XVII A.C. 1705

taniæ Regno B. Reginis Thereſiæ & Sanciæ Monialibus Ord. Ciſtercienſis tribui ſolitum confirmavit. Varia etiam Pontifex præſcripſit obſervanda in expoſitione SS. Sacramenti pro oratione quadraginta horarum, ubi præcipue notandum, quod prohibuerit, ne ad Altare, ubi exponitur SS. Sacramentum, celebretur alia Miſſa, præter ſolemnem pro expoſitione, & hæc cantanda ſit cum Miniſtris, quin tamen præter Perſonas Regias quisquam adorandum ingrediatur ad Presbyterium, ubi manet expoſitum SS. Sacramentum. Jam ſupra meminimus, quod Pontifex Nuntio Apoſtolico in Luſitana Aula degenti negotium dediſſet, ut Jeſuitis ad habitum ejusdem Inſtituti aſpirantibus quem admittendi facultatem adimeret, niſi quindennia Cameræ Apoſtolicæ debita infra quadrimeſtre perſolviſſent; cum autem adverſus hujus mandati executionem Catharinæ Mariæ Viduæ Anglorum Reginæ, quæ Fratre ſuo Rege abſente Regnum adminiſtrabat, patrocinium implorarent, illa vero contra Nuntium acerbiora mandata dediſſet, hinc Pontifex die vigeſima quarta Januarii datis literis Reginam hortatus eſt, ut adverſus hunc Nuntium conſtituta revocari curaret. Quoniam vero Joſephus Clemens Colonienſis Archi-

epiſco-

episcopus, etsi pluribus, iisque amplissimis Ecclesiis jam per plures annos præfuisset, & nihilominus partim ætatis defectu, partim stabiliendæ prius in Bavara ejus familia successionis intuitu, indulgente Sacra Sede, Sacros Ordines nondum recepisset, Pontifex die decima Februarii eundem hortabatur, ut cessante jam omni ulterioris moræ caussa S. Ordinibus se initiari procuraret. Sub idem tempus Lutherani sectæ suæ exercitium Rhenobergam invehere moliebantur, quocirca Pontifex mox datis literis Leopoldum Cæsarem, Lotharium Franciscum Moguntinum, & Joannem Hugonem Trevirensem Archiepiscopos, necnon Lambergum Cardinalem, & Christianum Augustum Jaurinensem Episcopum necnon Colonienſe Capitulum Cathedrale impensius hortabatur, ut eorum conatibus obsisterent: Cum autem de Missionariis Constantinopoli, Peræ, & Galatæ agentibus variæ deferrentur querelæ, Pontifex P. Davidem a S. Carolo Carmelitam Excalceatum eo ablegavit, datoque die octava Augusti diplomate Pontificio illum Visitatorem Apostolicum constituit, cum facultate singulas Missiones sive Presbyterorum sæcularium, sive Regularium, etiam Jesuitarum visitandi, atque in rebelles animadver-

Sæc. XVII. A. C. 1705.

advertendi. Plurimum quoque commendabat Papa Marchionem Ferriol Gallicum Oratorem, eoquod Constantinopoli Catholicam religionem & Catholicos contra Turcarum insidias & calumnias tam strenue defenderit.

*Vid. supra l. 211. §. 66. p. 235. t. 66.*

Quantum vero Schiach Sultanus Heissein Persarum Rex Catholicis & præcipue Missionariis sese benignum propitiumque reddiderit, jam supra memoravimus: ut igitur Papa hunc Regem ad continuandum hunc favorem incitaret, ad eundem Reverendissimum P. Eliam a S. Alberto ex Ord. FF. Discalceatorum Carmelitarum Episcopum Asphamensem Roma in Persidem ablegavit, hisce literis, die decima octava Februarii eidem ad Regem traditis. Li-
„teras, quas Celsitudo tua ad Fel. re-
„cord. Innocentium Duodecimum Præ-
„decessorem nostrum, summa amoris,
„ac egregiæ tuæ voluntatis erga Romani
„Pontificis Nomen, ac Dignitatem si-
„gnificatione refertas, atque cumula-
„tas rescripserat: Nos, qui in ejusdem
„locum, nullis licet meritis nostris, sed
„Dei ordinatione post ipsius decessum
„suffecti sumus, magna animi nostri
„gratulatione excepimus, & fideliter
„Nobis explicari curavimus. Ex ipsis
„itaque agnovimus, quibus humani-
„tatis officiis intuitu præfati Prædeces-
„soris

Sæc. XVII. A. C. 1705.

„foris noſtri proſecutus ſis bona me-
„Petrum Paulum olim Archiepiſcopum
„Anegranum, cui Te favorabilem præ-
„buiſſe teſtaris in iis omnibus, quæ a
„Te Pontificio nomine expoſtulavit:
„neque interim illi admodum laboran-
„dum fuiſſe, ut ad conſtabiliendas ſem-
„per magis amicitias, animorumque
„Societatem, & conjunctionem, quæ
„tibi cum Chriſtianis Principibus, ac
„Regibus intercedit, te hortaretur,
„cum id maxime omnium velis, cu-
„piasque, præſertim ſupremi Eccleſiæ
„univerſalis Antiſtitis benevolentiam
„demereri, ac excolere. Quæ tua recta
„voluntas, & animi magnitudo, atque
„in Chriſtianos omnes propenſio grata
„præter modum Nobis accidit; ſicuti
„enim videmus, quanti Chriſtianæ Rei-
„publicæ interſit, Te Regem dignitate,
„potentia, opibus, Regnorum ampli-
„tudine, ac Populorum numero inter
„cæteros terrarum orbis Principes ſane
„præſtantem cum eadem Republica,
„& cum iis, qui præcipuum in ea lo-
„cum obtinent, voluntate conjungi, &
„peculiare ſtudium erga beati Petri
„Succeſſores fovere, ita magnum tuæ
„gloriæ incrementum in eo ſitum eſſe
„arbitramur, ut ultra ipſos late paten-
„tes Perſici Regni fines tui Nominis
„fama protendatur, & ab exteris Na-
„tioni-

Sæc. XVII. A. C. 1705.

„tionibus, diſſitisque Populis jure e-
„tiam fœderis libentiſſime ſuſcipiatur:
„atque laudibus efferatur. Quod ad
„Nos attinet, perſuaſum tibi eſſe vo-
„lumus, Nos mutuam, & omnino pro-
„penſam voluntatem erga Te gerere,
„nihilque tam cupere, quam ut Au-
„thor bonorum omnium Deus mune-
„rum ſuorum largitate Te repleat, &
„apprehenſa dextera tua Te per ſemi-
„tas juſtitiæ ad ſolidam, perpetuam-
„que felicitatem deducat; perſpectæ
„enim Nobis ſunt, & multorum teſti-
„monio comprobatæ eximiæ animi tu
„dotes, præſertim vero juncta cum
„ſumma prudentia æquitas illa vere
„Regia, per quam intelligis oportere,
„ut Chriſti fideles, qui tuas ditione
„incolunt, aut adeunt, tutela autho-
„ritatis tuæ perfruantur, quatenus vis
„nulla, aut moleſtia eisdem palam
„vel occulte inferatur; quod, ut dili-
„genter cures, & valide efficias etiam
„atque etiam a te petimus. Perfere
„autem ad Celſitudinem tuam has No-
„ſtras literas Venerabilis Frater Elias
„Epiſcopus Aſpahami Præſul Nobis
„valde ob fidem, doctrinam, ac pie-
„tatem, quibus inter paucos prædictus
„eſt, probatus, atque commendatus,
„qui ſicut non ſemel Nobiſcum ſplen-
„dide, ut decet, de Te locutus eſt,
„ita

„ita relatorem tibi, ac teſtem fore con- Sæc. XVII.
„fidimus, quo fervore Apoſtolicæ A. C. 1705.
„Charitatis vera tibi bona a Deo jugi-
„ter apprecemur. Opportunum vero
„eſſe duximus, eundem ad ſuam reſi-
„dentiam in præſens remittere, ut ibi-
„dem in omnibus, quæ ad iſtorum Chri-
„ſtianorum Salutem, indemnitatem, &
„commodum ſpectant, permanenter
„adſit, ſuamque præterea Nobis operam
„impendat in exequendis mutuæ inter
„Nos benevolentiæ officiis, ac in Ne-
„gotiis, quæ iſthic Nobis occurrent,
„pertractandis. Cupimus propterea,
„ut præfato Epiſcopo ſimilia acturo fi-
„des habeatur, tum etiam Chriſtiani,
„qui ſpirituali ipſius directioni com-
„miſſi ſunt, Regia tua protectione con-
„tinenter gaudeant, eosque proinde
„iterato tibi, & enixe commendamus:
„quos tamen per eundem Epiſcopum
„monitos volumus, ut ſalva in Deum
„fide, caveant, ne ab obſequio, &
„obedientia authoritati tuæ debita vel
„minimum quidem recedant. Munu-
„ſcula quædam exotica potius raritate,
„quam pretio ſuo æſtimanda, hac oc-
„caſione ad Te deferri mandamus, quæ,
„ut penſato unice amore noſtro, a quo
„proficiſcuntur, libenter excipias, opta-
„mus, & incolumitatem diuturnam,
„ac inprimis lumen Divinæ gratiæ

Sæc. XVII. A. C. 1705. „Celsitudini suæ ex animo auspica-
„mur.„

Insuper die decima quinta Julii eun-
dem Regem rogabat, quatenus Isra-
lem Ory Roma ad hoc Regnum profi-
ciscentem benigne exciperet, ac juva-
ret in his, quæ æquitati ac rationi con-
sona ab eo postulaverit: Catholicos
quoque enixe Regi commendavit, eo
quod hi Rege quidem inscio aut salten
falsis criminationibus præoccupato, a
Regiis Administris tam acerbe vexa-
rentur, ut quamplurimi, cum se insidiis
atque calumniis continuo appeti sensé-
rint, libertatem atque tranquillitatem
rebus fortunisque suis præferre malue-
rint, atque e Regno discedentes per-
fugium apud Christianos Principes
quæsierint. Paulopost idem Pontifex
a præfato Aspahamensi Episcopo certior
reddebatur, quod hæretici præsertim
Armeni in Persida agentes Catholicos
adeo indigne vexent, ut eis grave pe-
riculum vel potius exitium immineret,
hinc Venetos, Cosmum Etruriæ Ducem
& Leopoldum Cæsarem rogabat, ut
præfato Episcopo ea omnia officia, &
auxilia liberaliter exhibere velint, quæ
tum sublevandæ, tum etiam ab injuria
imposterum prohibendæ Ecclesiæ sua
opportuna fore duxerint. Eodem tem-
pore Manilanus Archiepiscopus quere-
batur,

batur, quod Jesuitæ, Dominicani & Augustiniani ordinariam Visitationem in septingentis & amplius Parochialibus Ecclesiis seu Doctrinis, quas in hac Diæcesi, aliisque Insularum Philippinarum Episcopatibus regunt, admittere renuant, ac potius animarum curam, præfatasque Ecclesias deserere, quam se ejusmodi Visitationi subjicere velle declarent, hinc Pontifex hanc controversiam quibusdam Cardinalibus expendendam commisit, ac demum die trigesima Januarii edito diplomate, ac postmodum die decima nona Martii datis ad eundem Archiepiscopum literis decrevit, declaravitque, jus visitandi easdem Ecclesias in his, quæ ad curam animarum, & ad Sacramentorum administrationem pertinent, Episcopis competere, nec præfatos Regulares, interminatis censurarum, amissionis bonorum, aliisque pœnis arbitrariis, dictas Ecclesias deserere posse. Paterne tamen Pontifex hunc Archiepiscopum, ceterosque illarum partium Episcopos hortabatur, *ut Religiosos Viros vicissim omni pietatis & amoris officio complectantur, eoquod hi pro Christiana fide tum conservanda tum amplificanda in eisdem Ecclesiis laborent, pondus diei & æstus portent, & Custodum curas ita suo studio atque labore relevent, ut magnam illarum par-*

Sæc. XVII. A. C. 1705.

*Bull. Carm. l. c.*

Sæc. XVII. A. C. 1705.

*partem in se suscipiant, ac perferant, cum tamen metuendum esset, ne eorum fervor tepesceret, ubi asperiorem, quam res exposceret, in se quandoque experirentur Episcoporum manum, præsertim Ecclesiæ armis, quæ nonnisi urgente necessitate tractanda sunt, communitam.* Præterea Leopoldus Colonitzius Cardinalis a summo Pontifice petiit, quatenus pro schismaticis ad Ecclesiæ unitatem facilius revocandis indulgere velit Missionariis latini Ritus, ut possint Sacra græco ritu, ubi necessitas tulerit, peragere, retenta tamen libertate ad ritum latinum, cessante hac necessitate redeundi: ad hasce preces Pontifex die nona Maij rescripsit, quod quidem hujus Cardinalis Zelum & pietatem in reconciliandis Hungariæ schismaticis maximopere commendaret, ejus tamen petitioni annuere haud posset, cum id constanti Catholicæ Ecclesiæ disciplinæ & observantiæ, Generalium Conciliorum decretis, ac Prædecessorum Pontificum Constitutionibus maxime adversetur, ac districte præceptum sit „ut tum latini, tum græci, tum quæ„cunque demum Nationes, quæ pro„prium Ritum ab Apostolica Sede ap„probatum habere noscuntur, eum per„petuo ita custodiant, ut nemini tum „Latinorum, tum Græcorum liceat

„sive

„sive in Consecrationibus, sive in Or- Sæc. XVII.
„dinationibus, aut in Divinis Officiis, A. C. 1705.
„aut in Sacramentorum Administratio-
„ne alterius Nationis ritum, vel alium
„ab eo, cui primum addicti sunt, usur-
„pare sub quovis titulo, vel prætextu,
„etiamsi inde spes propagandæ aliquanto
„magis Catholicæ Religionis affulgeret.
„Quæ cum provide sancita sint, cum
„gravissimis de causis, tum ob id præ-
„sertim, ut singulis Nationibus perspe-
„ctum sit, Apostolicam Sedem solici-
„tam esse, ut unusquisque Ritus ap-
„probatus perpetuo custodiatur, ac vi-
„geat, nihilque tam ab ea alienum sit,
„quam velle alterutrum promiscuo usu
„paulatim destitui, atque deleri, de
„quo non semel Catholici Græci,
„Schismaticis eorum suspicionem,
„atque timorem subdole confoventi-
„bus, apud eandem Sedem conquesti
„sunt.„

Perceperat insuper Pontifex, quod Laici Magistratus in Hispaniis Inquisitoris Generalis tribunal, eique competentes prærogativas imminuere, sese in causis fidei immiscere, atque ad eas cognoscendas judices laicos deputare, necnon Inquisitionis Ministros removere, suspendere, ac pro libitu suo eos velut emeritos declarare præ-

Sæc. XVII. A C. 1705.

sumpserint, hinc Pontifex datis die octava Augusti literis Ceutæ Episcopum Inquisitorem Generalem serio admonuit, ut facultates sibi a Sede Apostolica concessas strenue tueatur, sciatque cuncta adversus suum officium supremamque sanctæ Sedis auctoritatem quovis modo hucusque attentata vel attentanda ipso jure nulla & irrita esse. Denique Pontifex die decima octava Maij Cardinalibus in secreto, ut vocant, Consistorio Leopoldi Cæsaris mortem denuntians, eos hortabatur, ut ipsius animam precibus, aliisque Ecclesiæ suffragiis celerius juvarent, *quamvis enim*, ajebat, *eximia ejus in Deum pietas, in homines comitas & clementia, ceteræque illius egregiæ virtutes, animi gratissimum & in prosperis moderatio, & in adversis mira plane constantia sperare faciant eum e terreno ad cæleste Regnum fuisse translatum, quia tamen, qui aliis præsunt, gravius judicandos esse scimus, hinc urgemur, ut sacrificiis, orationibus, defuncti Principis animæ solatium comparemus &c.*

## §. XCIV.

## *Joannes Christianus Augustus Holsatiæ Dux ad fidem Catholicam reversus.*

Ho-

Hoc item anno Joannes Christianus Augustus Holsatiæ Dux orthodoxæ Religionis veritatem, quam miserente Domino meruit agnoscere, alacri etiam invicto animo complexus est, atque in gremium veræ Ecclesiæ rejecto errore sese recepit: Hujus Principis conversionem summus Pontifex in sua ad Josephum Imperatorem epistola plurimum vel eo nomine commendabat, quod hic Dux adeo terrena flocci habuerit, *ut si a præclaro Militiæ loco, quem in Acatholicorum copiis obtinet, sibi propterea cadendum sit, prout timere est, vel si bona, ac fortunæ, quæ a Matre id inique ferente subtrahi jam cæperunt, amittenda sint, certum sibi sit, a tam salutari proposito non resilire, in quo adeo non nutat, aut hæret animo, ut imo assiduis pietatis operibus, & Sacramentorum frequentia vocationem suam certam facere, & semper magis satagat comprobare.* Sæc. XVII. A. C. 1705. *Epist. Clem. XI. p. 289.*

Quapropter Pontifex eundem præfato Cæsari enixe commendabat.

## §. XCV.

## *Variæ Sacrarum Congregationum decisiones & decreta.*

Paucas ex SS. Congregationum decisionibus huc referre haud inutile erit; igitur die decima sexta Maij Sacra *Decis. SS. Congr. Ep. Rit. &c.*

Sæc. XVII. A. C. 1705. Episcoporum Congregatio decidit, quod Vicarius Capitularis infra annum possit dare facultatem Episcopo extero exercendi in Diœcesi Pontificalia. Die autem decima octava Maij Rota Romana declaravit, quod Canonici Cathedrales dignitate & præeminentia excedant dignitates Collegiatarum, cum ipsi dicantur Clerici primi gradus, & Fratres Episcopi. Declaratum quoque die sexta Junii, quod in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis Missa Conventualis applicanda sit quotidie pro Benefactoribus, non obstante consuetudine immemoriali. Ejusdem Mensis die vigesima septima Sacra Concilii Congregatio censuit, quod non possit Episcopus in Ecclesia Cathedrali vel Collegiata prætendere administrationem Eleemosynarum, quæ colliguntur pro celebratione Missarum manualium, sed hoc spectet ad Capitulum: nec possit Episcopus cogere Canonicos ad interessendum Processioni, quæ fit in tertia Dominica Mensis: respondit quoque die octava Augusti, quod Capellani, & Beneficiati celebrantes pro Capellaniæ fundatoribus, non teneantur Missas celebrare tempore, quo capitale dotis assignatæ est otiosum, & infructiferum sine eorum culpa. Rituum vero Congregatio die duodecima Septembris statuit, quod in processionibus &

& funeralibus debeatur præcedentia Parochis ſupra Manſionarios, etiam Eccleſiæ Cathedralis, incedentes ſine Canonicis & Capitulo, Manſionariis autem Collegiatæ incedentibus abs Capitulo non ſit licitum deferre pelles ſuper brachio in ejusmodi functionibus. Sæc. XVII. A. C. 1705.

## §. XCVI.

## *Scriptorum Catholicorum opera & deceſſus.*

Celebriores ex Scriptoribus Eccleſiaſticis hoc anno defunctis occurrunt ſequentes. I. Claudius Hugo Mathoud Benedictinus ex Congregatione S. Mauri, qui poſteritati reliquit tractatum de vera Senonum origine, catalogum Archiepiſcoporum Senonenſium, tres libros ſententiarum Cardinalis Poli, & Petri Pictavienſis. II. Balthaſar Paglia Ord. S. Franciſci ſcripſit Paraphraſin epicam in Pſalmos & Cantica, triumphum amoris in Divini Verbi incarnatione, præter orationes, epigramata, & alia nonnulla. III. Tyrſus Gonzalez Hiſpanus Societatis Præpoſitus Generalis, cujus fata & adverſitates ob Probabilismum impugnatum a ſuis perpeſſas jam ſupra retulimus: His Brietii Jeſuitæ Annalium Continuator hæc addit: *Vir probitatis eximiæ, & qui alienum*

*Dupin nouv. Bibl. t. 18. pag. 300. Vid. ſupra l. 211. §. 67. p. 339. l. 66.*

Sæc. XVII A.C. 1705

*num quid ſupra viſus eſt ab ingenio Societatis, in quam nova inducere ad propriæ pietatis rigorem ſategit. Eapropter depositi proximus fuit, & coactus provectioris ætatis titulo in Ordinis negotiis decernendis Secretarii ſui ſenſibus ſe commodare.* Obiit octogenarius die vigeſima tertia Octobris, cui ſuffectus eſt Michael Tamburinus Mutinenſis. Edidit Tyrſus Tractatum Theologicum de recto uſu opinionum probabilium, manuductionem ad converſionem Mahumetanorum, tractatum Theologicum de certitudinis gradu circa ſententiam de immaculata Conceptione præter alia plura. IV. Claudius Meneſtrier ex eadem Societate elucubravit Hiſtoriam Ludovici Magni Franciæ Regis, Hiſtoriam conſularem Lugdunenſis Urbis, tractatum de Equeſtribus pugnis ludicris, & de ſcutis gentilitiis. Sacros triumphos Virtutum, & Virtutum Chriſtianarum luctus &c. V. Blaſius a Conceptione Carmelita Excalceatus ſcripſit tractatam de adoratione, ſermones Adventus & quadrageſimæ pro Monialibus relationes S. Victoriarum a fidelibus ope B. V. obtentarum, & plurium Sanctorum vitas.

§. XCVII.

Sæc. XVII.
A. C. 1705.

## §. XCVII.

## *Opera & obitus Scriptorum Acatholicorum.*

Ex Scriptoribus Eterodoxis obiere hoc anno non pauci, ex quibus celebriores seligimus, & quidem I. die nona Octobris decessit Joannes Christophorus Wagenseil, qui typis vulgavit tela ignea Sathanæ, Dissertationem in cap. 49. v. 10. Genes. exercitationes varii argumenti, & de Joanna Papissa, librum Talmudicum Sota, & alia nonnulla. II. Laurentius Begerus edidit Thesaurum ex Thesauro Palatino selectum, Spicilegium antiquitatis, lucernas veterum sepulcrales Iconicas, numismata Romanorum Pontificum, aliorumque Principum Ecclesiasticorum rariora, & examen quorumdam dubiorum. III. Joannes Stubnerus publici juris fecit Officium hominis & Christiani, Hominem Div. Sapientiæ, potentiæ & Benignitatis compendium, Normam morum præter alia. IV. Jacobus Triglandius scripsit vindicias S. Scripturæ, de Karæis, de corpore Mosis, de libro Justorum &c. V. Christophorus Loeber vulgavit duodecim dissertationes in Hutteri compendium, Explicatorem Evangelicum, explicationem

*Nov. lit. Germ. Cimarol. Mem. Sæc. XVII.*

Sæc. XVII A. C. 1706

tionem Paſſionis, controverſias contra Quaqueros & Syncretiſtas, Hiſtoriam Eccleſiaſticam Orlamundanæ Ephoriæ ejusque Indiculum, ſuperſtitionem climactericam, præter varias diſputationes. VI. Joannes Schilterus ſcripſit de pace religioſa, inſtitutiones juris civilis, publici Romano - Germanici, & Juris Eccleſiaſtici, pluraque alia.

## §. XCVIII.

## *Clementis XI. Pontificis querelæ ad Ludovicum Franciæ Regem contra Cleri Gallicani Præſules.*

*Vid. ſupra pag. 268. Argentre Coll. Jud. t. 3. p. 456.*

Jam anno priori memoravimus, Pontificem ægerrime tuliſſe, quod Cleri Gallicani Præſules Conſtitutionem Pontificiam contra Janſeniſtas ſuo examini ſubjecerint, ſibique de rebus dogma concernentibus judicandi facultatem auctore Archiepiſcopo Rothomagenſi arrogantes, duntaxat hanc Pontificis Bullam *per viam Judicii* acceptarint, eamque nonniſi poſt acceptationem a corpore Paſtorum factam obligare pronuntiarint. Eapropter Clemens XI. Papa ad ipſum Ludovicum Franciæ Regem die trigeſima prima Auguſti querulas haſce dedit literas.

„Chariſſime in Chriſto Fili noſter, „quæ ſub nomine poſtremi Conventus Cleri

„Cleri Gallicani typis vulgata sunt, si „nihil addidissent ad ea, quæ aliquot „ante annos in hujus Apostolicæ Se- „dis offensionem acta fuere; rem forte „hanc, etsi per se satis odiosam, & „sane parum excusabilem, dissimulare „tamen potuissemus, illius exemplum „imitati, qui ajebat, *cum his, qui ode- „runt pacem, eram pacificus*, verum cum „in negotio editæ a Nobis, Majestate „etiam sua rogante, ad eliminandas „Jansseniani erroris reliquias Constitu- „tionis ita egerimus, ut nihil in ea „occurreret, quod vel delicatioribus „Gallicanorum usuum zelatoribus di- „splicere merito posset, nihil æquius „profecto expectare Nos posse putaba- „mus, quam ut in Cleri Comitiis pari „saltem cautione, ac moderatione erga „hanc Sanctam Sedem ageretur, eo „præsertim tempore, quo majore opus „erat, tum inter Caput & membra, „tum inter Sacerdotium & Imperium „concordia, quamvis autem minime „dubitemus, eam revera fuisse omnium, „aut plerorumque saltem, qui aderant, „Episcoporum mentem, Majestate sua „certe id ipsum intendente, tamen ne- „cesse est, obreptum illis fuisse, quo- „rumdam callidorum hominum moli- „tionibus, qui hanc utriusque potesta- „tis concordiam exitio sibi esse dudum „ex-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„experti, ad eam quodammodo labe-
„factandam zizaniorum semina spargere
„clanculum studuerunt, quod utique
„nimium illis e sententia cessit, nam-
„que hactenus ex hujusce Conventus
„actis perinde conservata esse videntur,
„ac si non tam de recipienda præfata
„Constitutione nostra, quam de Sedis
„Apostolicæ Authoritate circumscri-
„benda, vel potius eligenda cogita-
„tum esset.„

„Neque vero hic de ea solum causa
„agimus, quam nonnulli propriam, ac
„veluti privatam hujus sanctæ Sedis
„esse volunt (quamquam vix nulla, Ro-
„manæ Sedis causa peculiaris esse
„possit, quæ non statim ad universam
„Ecclesiam, cujus illa Caput, & Ma-
„ter, & Magistra est, pertinere dicenda
„sit) sed usurpatam nuper doctrinarum
„novitatem insectamur; brevi, nisi re-
„primatur, processuram usque ad in-
„tegram Constitutionum Apostolicarum,
„ipsiusque adeo Catholicæ fidei sub-
„versionem, ac regiarum Majestatis
„tuæ sanctionum elusionem, ad Janse-
„nismi pariter & quietismi, imo &
„cujuscunque posthac hæresis impuni-
„tatem, & triumphum. Quæ omnia,
„quoniam Majestati tuæ dissimulata
„fuisse intelligimus, ne a Nobis per
„quamdam exaggerationem dicta esse
„videan-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„videantur, ex dilecto filio noſtro Tuſ-
„ſano S. R. E. Cardinali Janſonio nobis
„hac de re paulo ante hujus ab urbe
„diſceſſum diebus differenti, pluribus
„confirmavimus, & per venerabilem
„Fratrem Auguſtinum Archiepiſcopum
„Amaſienſem Nuntium apud Te no-
„ſtrum Majeſtati tuæ, tum voce, tum
„etiam ſcripto pro rei gravitate modo
„explicari mandavimus, ut plane in-
„telligas, quam longe a veteri, pro-
„bataque Eccleſiæ Gallicanæ Doctrina,
„atque ab ipſa agendi ratione, quam
„in recipiendis, debitaque obedientia
„exequendis, Innocentii X. & Ale-
„xandri VII. Prædeceſſorum noſtrorum
„Conſtitutionibus ipſimet & Galliæ An-
„tiſtites iniere, poſtremus cætus iſte
„diſceſſerit. Quamobrem absque Pa-
„ſtoralis muneris noſtri negligentia o-
„mittere diutius non potuimus, quin
„eas, quas dudum de perperam in eo-
„dem cætu aſſertis actisque concepe-
„ramus querelas, ad venerabiles Fr.
„Archiepiſcopos, Epiſcopos, alios Ec-
„cleſiaſticos viros, qui inibi tunc con-
„gregati fuerant, deferri curaremus,
„eosdem Apoſtolica authoritate, quam
„Deo Authore licet indigni gerimus,
„& Deo adjuvante ad ultimum usque
„vitæ ſpiritum conſtantiſſime ſuſtinebi-
„mus, ſedulo admonentes, ut tradita
„ſibi

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„ſibi in Eccleſia, Sollicitudinis partem „contenti, plenitudinem poteſtatis huic „uni beati Petri cathedræ divinitus at„tributam uſurpare non audeant, & „ejusdem de Catholica fide decreta „venerari & exequi diſcant, non di„ſcutere, aut judicare præſumant. „Cæterum in hac expoſtulandi neceſſi„tate (cui Nos nonniſi coactos cedere „debuiſſe facile ex ipſa diuturni tem„poris mora intelliget Majeſtas ſua) „hoc Nobis ſolatio eſt, quod ſciamus „hujusmodi querelas noſtras in aliquos „duntaxat, nequaquam vero in uni„verſum Cleri Gallicani Corpus rece„dere; nam præterquam quod plures „Regni Provinciæ, ſicut nobis innotuit, „ſuis ad Comitia delegatis, nullam de „rebus dogmaticis decernendi poteſta„tem fecerant, nullumque Procurato„res abſentium Epiſcoporum, qui ma„gno ſatis in numero erant, ſuper hiſce „rebus ſuffragium tulerant; publice „inſuper, conſtantique fama percepi„mus, clari nominis Epiſcopos non „defuiſſe, qui magnopere obſtiterunt, „ne in acta referrentur ea, quæ perni„cioſam novitatem continere, adeo„que nobis ingrata fore ſatis ſuperque „cognoſcerent. Quemadmodum igitur „illa, quæ minus legitime, & contra „veterem ſanamque, atque etiam in „Gallia

„Gallia cuſtoditam Majorum doctrinam „geſta ſunt, & nonniſi Janſenianæ cæ- „terarumque hæreſum novitatibus, in „tuto ponendis proficere poſſunt, latis „ad eosdem Epiſcopos literis improba- „vimus; ita ex meliori eorum Conſilio, „& Majeſtatis tuæ potiſſimum, quæ „tantam in ſectandis erroribus, Eccle- „ſiæque pace concilianda tibi laudem „promeruit, zelo emendanda prorſus „fore confidimus, neque enim noſtram, „dum antiquos cuſtodiri fines volumus, „ſed fidei & Eccleſiæ, quin & ipſius „Regni tui cauſſam agimus. Reliqua „ſuper hoc argumento accipies a præ- „fato Nuncio noſtro, tibique Chariſſi- „me Fili noſter in Chriſto ampliſſimam „benedictionem impertimur.„ Sæc. XVII. A. C. 1706.

Acceptis hiſce literis Rex Noallio Pariſienſi Archiepiſcopo ceterisque Cleri Gallicani Præſulibus injunxit, ut ſummo Pontifici meliore, quo poſſent, modo ſatisfacerent: igitur Noallius, qui comitiis anno priori die 21. & 22 Auguſti habitis præſederat, unacum aliis ſex Archiepiſcopis & quinque Epiſcopis tum præſentibus totius rei ſeriem diſcutiendam aſſumpſit, eisque propoſuit, petere Papam, ut explicationes ſuas ſcriptotenus faciant, hancque epiſtolam tum ipſe ceterorum nomine ſubſcriptam Romam mittat, velle etiam

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Pontificem, ut Fabronius Cardinalis prius rudem hujus epistolæ formam conciperet: Annuere Præsules, quocirca Papa hanc formulam ad Regem & Episcopos transmisit, ab omnibus approbatam. Conventum ergo, ut hanc epistolam Noallius integra fide transcriberet, & subscriptam, ad Pontificem mitteret. Hæc se facturum promisit Noallius, id vero exequi cunctatus, hæc ceterorum nomine circa præfatæ Constitutionis acceptationem exposuit: „Cum Novatores in scirpo nodum quæ„rere assueti, quibusdam expressionibus, „quas in acceptatione Constitutionis „Pontificiæ adhibuimus, abuti possent „ad prævertendas iniquas eorum inter„pretationes consultum duximus, ve„ram Conventus nostri intentionem ex„plicare: Eapropter nos utpote ibi ge„storum conscii ac testes, declaramus.

I. „Voluisse nos hanc Constitutio„nem acceptare eadem forma, & juxta „eadem principia, secundum quæ aliæ „Bullæ contra Jansenii librum sue„runt receptæ. „

II. „Quando diximus, quod Pon„tificum Constitutiones obligarent uni„versam Ecclesiam, postquam a Pasto„rum Corpore fuerunt acceptatæ, non „intendimus statuere, necessariam esse „*solemnem* Pastoralis Corporis accepta„tionem

„tionem ad hoc, ut ejusmodi Sacræ „Sedis Constitutiones sint erga fideles „credendorum Regulæ.„ Sæc. XVII. A. C. 1706.

III. „Certissimum nobis est, Con„stitutionibus contra Jansenium nullas „omnino deesse conditiones ad obligan„dam totam Ecclesiam necessarias: „idem etiam censuisset Clerus de aliis „Bullis contra Bajum, Molinosium, & „Feneloni librum editis, si de iis men„tio fuisset facta.„

IV. „Non intendimus Cleri Galli„cani Conventui attribuere jus exami„nandi decisiones Pontificum dogmati„cas, aut quod possit eas judicare, aut „desuper Tribunal supremum sibi ar„rogare valeat.„

Hanc explicationem Noallius a Parisiensi, Tolosano, Burdigalensi, Bituricensi, Albiensi, Auscianо, & Aquensi Archiepiscopis, necnon Constantiano, Blessensi, Tricassensi, Antisiodorensi, & Valenciano Episcopis subscriptam ad summum Pontificem transmisit, adjecta Epistola sequenti.

„Cum intimo doloris sensu accepi „Sanctitati Vestræ relatum fuisse, Con„stitutionem suam, *Vineam Domini Sa„baoth*, in Comitiis Anni 1705. habitis, *non ea, qua par est, Veneratione atque obedientia acceptam;* quod cum a veri„tate prorsus alienum sit, Officii mei,

Sæc. XVII A. C. 1706.

„& æquitatis esse duxi, quid rei esset, „aperire, maxime cum iis prædictis „Comitiis præfuerim, eaque de causa „votorum omnium particeps, ac præ„cipuus testis extiterim.„

„Testor igitur 1. Clerum in his Co„mitiis Sanctitatis Vestræ Constitutio„nem eodem obsequio, eodemque ani„mo accepisse, quo omnes Prædeces„rum vestrorum Bullæ adversus Jansé„nium a Majoribus nostris acceptæ „sunt.„

2. „Cum dixit, Constitutiones sum„morum Pontificum a Corpore Episco„porum acceptatas totam Ecclesiam ob„ligare, mens ejus non fuit, illas ac„ceptatione solemni Episcoporum in„digere, ad hoc, ut tanquam regulæ „credendi, & loquendi ab omnibus „Catholicis haberi debeant, licet ab„quando solemnitas non mediocris esset „possit utilitatis, ubi natus est error „Ultima Jansenistarum munimenta pe„nitus convellere, ipsisque effugium „omne in nostris partibus, principe„ab his concesso, intercludere operæ„pretium duxit.„

3. „Non sibi arrogavit, *ut Sanctio*nes *Pontificias examini suo judicandas sub*jiceret, sed in ipsis fidei suæ sensum re„cognoscendum esse voluit, (quod e„lim scribebant Leoni Magno Episcopi „Galliæ

„Gallicani) ut error a Sacra Sede pro- Sæc. XVII.
„ſcriptus unanimis acceſſione Doctrinæ A. C. 1706.
„confodiatur.„

4. „Certum illi fuit Pontificiis De-
„cretis adverſus Janſenium nihil deeſſe,
„ut univerſam Eccleſiam obligent, &
„circa illa nec appellationem admitti,
„nec mutationem expectari poſſe; idem
„& de Apoſtolicis adverſus Bajum,
„Molinoſum, & Librum vulgo dictum:
„*Maximes des Saints*, definitionibus pro-
„feſſurum fuiſſe Clerum exiſtimo, ſi de
„illis actum fuiſſet.„

„Hæc omnia ut veriſſima aſſero;
„quapropter Sanctitatem Veſtram e-
„nixe precor, ita de Eccleſia Gallicana
„ſentiat, ut illam credat, qualem ſcri-
„pſit Innocentio II. S. Bernardus, *for-
tem in fide, pacificam in unitate, devotam
in obedientia veſtra, promptam ad ſervi-
tium*: Sic etiam affecti ſunt omnes Epi-
„ſcopi noſtri. Ego vero debitæ Apo-
„ſtolatui veſtro obedientiæ primus om-
„nium faciam ſatis.„

„Apoſtolicæ Sedi, quanta debeam,
„monebunt me ſemper Religio, gratus
„animus, & inſita erga Romanam Ec-
„cleſiam reverentia, neque neceſſarius
„erit ad confirmandam hanc meam ob-
„ſervantiam aſpectus Purpuræ illius,
„qua honeſtor, & in omnibus ſumma

Sæc. XVII. A. C. 1706. „cum Veneratione, & obsequio me „exhibeo.„

## §. XCIX.

### *Altera ejusdem Archiepiscopi Parisiensis epistola ad Papam.*

*Lafiteau hist. de la Const. Unig. l. 1. pag. 83. Dorsanne Journ. p. 3. tom. 1.*

Cum autem Pontifex præfatam Noailii Parisiensis Archiepiscopi epistolam ab ea, cujus formulam transmiserat, longe diversam esse cerneret, datis literis de ejusdem socordia in exequendo suo promisso, apud Regem querebatur, mox igitur Rex Noaillium adesse jussit, sciscitatus, qua de caussa epistolam ad Pontificem transmittere, tamdiu distulisset, ad hoc Archiepiscopus linqua obmutuit, & mente debilitata pene concidens, primo se has literas jam misisse, postea transmissas fuisse se arbitratus, ac demum eas nondum Romam directas fuisse, mox autem transmissum se respondit: Reipsa etiam quamdam epistolam Pontifici submisit, qua tamen adhucdum Pontifici non erat satisfactum; cum enim Pontifex non pauca ab eodem immutata reperiret, rursus apud Regem querebatur, Noallius vero iterato respondit, se nihil immutasse, tum vero duodecim partim Archipresules partim Episcopi, qui nuperæ deliberationi intererant, de justa Pontifi-

cis cauſſa ac querelis perſuaſi, eidem ſatisfacere ſtatuerunt, ac die decima Martii 1710. explicationem, prout eam Papa petierat, concepere, quam Archiepiſcopus a ſe, ceterisque ſubſcriptam ad Pontificem transmiſit adjecta epiſtola, quam tamen rurſus immutatam non Cleri ſed ſuo duntaxat nomine ad Papam perſcripſit: Ad haſce literas reſpondit Pontifex, jam diſcutiendum ſupereſſe, an Pontifex, vel Archiepiſcopus Regi illuſerit, hic mutationem fuiſſe factam pernegans, ille conſtanter affirmans? eapropter petiit Pontifex, ut formula ipſamet, prout eam Pariſios transmiſiſſet, Regi traderetur, & viciſſim Pontifex Archiepiſcopi epiſtolam fideliter tranſcriptam Regi mitteret. Placuit Regi conſilium, mox autem Archiepiſcopi literis cum formula Pontificia collatis deprehendebatur, 1. omiſſa fuiſſe hæc verba: *Modus ille, quem Clerus Gallicanus tenuit, in acceptanda Bulla Anno* 1705. *viſus ſit Pontifici diverſus ab eo, quem alias Franciæ Præſules occaſione Conſtitutionum ab Innocentio X. & Alexandro VII. eadem in re editarum tenuerunt &c.* II. Noaillium duntaxat teſtatum fuiſſe, quod *Clerus Pontificis Bullam eodem ſpiritu & veneratione acceptarit* &c. cum tamen in Pontificis formula ſcriptum legeretur, *Clerum in*

Sæc. XVII. A. C. 1705.

Sæc. XVII. A. C. 1706. *comitiis vere in animo habuisse Sanctitatis suæ Bullam eadem obedientia accipere, qua Franciæ Clerus Bullas adversus Jansenium accepit.* III. Noaillium scripsisse: *Pontificum Bullas non indigere acceptatione solemni ex parte Episcoporum*, cum tamen Pontifex in sua formula scripserit, quod *cum Clerus dixerit, Bullas Pontificum, a Corpore Pastorum acceptatas totam Ecclesiam obligare, mens non fuerit, necessariam esse ejusmodi aeceptationis solemnitatem.* IV. Pontificem præscripsisse, quod *Clerus gaudens fidei suæ sensum cum Bulla consentire recognoverit, & ita semper se tenuisse, uti Pontifex, jure lætatus sit*, Noaillium tamen duntaxat dixisse, *Clerum voluisse, ut fidei suæ conformitas cum Bulla recognoscatur.* V. In Pontificis formula hæc haberi: *Clerum Pontifici accessisse, ne Novatores se silentio potius Episcoporum obsequioso, quam expressa eorum declaratione damnatos prædicarent.* hæcque a Noaillio fuisse omissa, sicut etiam hæc: *hanc esse genuinam Episcoporum sententiam*, eosque omnes hodie adhuc idem sentire, quorum verborum suppressione Archiepiscopus innuere crederetur, quod *nunc* Franciæ Episcopi sententiam mutarint, & hac in re non ita, *ut olim* sentiant.

Cum ergo Archiepiscopus factam formulæ mutationem inficiari haud

posset,

posset, tandem Regis jussu formulam a Papa transmissam de verbo ad verbum transscribi curavit, eamque Romam direxit hujus tenoris: Sæc. XVII. A. C. 1706.

Cum intimo doloris sensu accepi, *modum illum, quem Clerus noster Gallicanus in comitiis habitis Anno* 1705. *tenuit, occasione Constitutionis a S. V. editæ adversus Jansenianum errorem, quæ incipit:* „Vineam Domini Sabaoth, *visum fuisse S. V. diversum ab eo, quem olim Majores nostri occasione Constitutionum a summis Pontificibus Innocentio X. & Alexandro VII. eadem in re editarum tenuerunt, adeoque* præfatam S. V. Constitutionem „non ea, qua par est, Veneratione at„que obedientia ab eodem Clero ac„ceptam fuisse; quod *sane cum a mente ipsius Cleri* prorsus alienum fuerit, officii „mei, & æquitatis duxi B. V. quod rei „esset, aperire, maxime cum iis Co„mitiis præfuerim, eaque de caussa, „votorum omnium particeps, ac præ„cipuus testis fuerim.„

„Testor igitur 1. in Comitiis præ„dictis Clerum nostrum *vere in animo „habuisse* S. V. Constitutionem eodem „prorsus obsequio, eademque *obedientia* accipere, & amplecti, qua Majores „nostri omnes S. V. Prædecessorum Bul„las adversus Jansenium acceperunt, „& amplexi fuerunt.„

Sæc. XVII. A. C. 1706.

2. Cum *Clerus* dixit, Conſtitutiones „SS. Pontificum a Corpore Epiſcopo„rum acceptatas totam Eccleſiam ob„ligare, mens ejus non fuit, *neceſſe„riam eſſe ejusmodi acceptationis ſolemnita„tem*, ad hoc, ut illæ tanquam regulæ „credendi, & loquendi ab omnibus Ca„tholicis haberi debeant, licet ali„quando *iſta* ſolemnitas non mediocri„eſſe poſſit utilitatis, ubi natus eſt er„ror. Ultima Janſeniſtarum munimenta „penitus convellere, ipſisque effugium „omne in noſtris partibus, principio „ab his conceſſo, intercludere opera„pretium fuit. „

3. „Non ſibi arrogavit Clerus Gal„licanus, ut Sanctiones Pontificias „examini ſuo judicandas ſubjiceret, „ſed in ipſis (quod olim ſcribebant Leoni „Magno Epiſcopi Gallicani) *gaudens & „exultans* fidei ſuæ ſenſum *recognovit, & ita ſe ſemper tenuiſſe, ut veſter Apoſtolatus expoſuit, jure lætatus eſt*, erroremque a „Sancta Sede proſcriptum unanimi„Doctrinæ, *voluit* acceſſione confodere. *Ne Novatores ſe ſilentio potius Epiſcoporum obſequioſo, quam expreſſa eorum de„claratione damnatos prædicarent.*

4. „Certum illi fuit, Pontificiis De„cretis adverſus Janſenium nihil deeſſe, „ut univerſam Eccleſiam obligent, & „circa illa nec appellationem admitti„nec

„nec mutationem expectari posse. Idem „& de Apostolicis adversus Bajum, „Molinosum, & Librum vulgo dictum: „*Maximes des Saints*, definitionibus pro„fessurum fuisse Clerum existimo, si de „illis actum fuisset.„ Sæc. XVII. A. C. 1706.

*Quæ cum ita se habeant, & genuinam Episcoporum nostrorum Sententiam explicent*, Sanctitatem Vestram enixe precor, „ita de Ecclesia Gallicana sentiat, ut „illam credat, qualem scripsit Innocen„tio II. S. Bernardus, fortem in fide, „pacificam in unitate, devotam in „obedientia vestra, promptam ad ser„vitium. Sic etiam *hodie* affecti sunt „omnes Episcopi nostri: Ego vero de„bitæ Apostolatui Vestro obedientiæ „primus omnium faciam satis.„

„Apostolicæ Sedi quanta debeam, „monebunt me semper religio, gratus „animus, & insita erga Romanam Ec„clesiam reverentia, neque necessarium „erit ad confirmandam *omnimodam* hanc „meam observantiam aspectus Purpuræ „illius, qua honestor, & in omnibus „summa cum Veneratione, & obsequio „me exhibeo.„

Huic epistolæ insuper Archiepiscopus suo nomine die vigesima nona Junii anno hujus sæculi undecimo has adjecit literas: „Habet tandem aliquando „Sanctitas vestra, quam optavit non sin„ceram

Sæc. XVII. A. C. 1706

„ceram minus, quam diligenter ad ar-
„bitrium ſuum elaboratam epiſtolam
„Gallicanorum Epiſcoporum obſequii,
„ac devotionis teſtationis non dubiam
„Subſcripſi, imo ſcripſi ipſe lætus, ac
„lubens, cui nihil eſt optatius, quam ut
„Co - Epiſcopis meis, ac Catholicis
„omnibus in Apoſtolicam Sedem, ac
„Sanctitatem veſtram obſervantiæ &
„fidei non modo Socius ſim, ſed præ-
„ſim, & præeam. Jam etſi vero hæc
„Epiſtola S. V. ipſi primum, deinde
„cæteris facturum me ſatis eſſe confidam
„omnibus communi, & exhibitæ a re-
„liquis obſervantiæ erit ſemper, quos
„addam peculiaria, & propria officia,
„& obſequia in Beati Petri Cathedram,
„& Beatitudinem veſtram exhibere ge-
„ſtiam, animo magis, quam dignitate
„devinctus utrique. Id primum in vo-
„tis habui, ex quo Gallicani Cleri ne-
„gotia ſuſcipere coactus ſum, & nequid
„deeſſet pietati, & obedientiæ noſtræ,
„hoc ſecundum, ut ſi quid Sanctitati
„veſtræ minus gratum fortaſſis acci-
„rit, reſarciretur, & ſtatim communica-
„tis cum Beatitudine veſtra Conſiliis,
„omnis offenſionis locus tolleretur.
„Utinam ſinceris ac pacificis Notis,
„ſtudiisque meis interpoſuiſſet ſe nemo,
„aut obſtitiſſet, livoris, vel odii, vel
„imprudentiæ machinationes ſilentio
„&

„& oblivione perpetua deleantur; fu- Sæc. XVII.
„gatis tenebris lux rediit, Gallicani A. C. 1706.
„Cleri ita tibi perſpecta ac nudata mente,
„ſerenus nobis, ac placidus effulgebis.
„Verebuntur adverſarii, nihil malum
„habentes dicere de nobis. Sane jam
„a remotiſſimis retro ſæculis in colen-
„dis, tuendisque Sanctiſſimis Pontifici-
„bus nulla par fuit, tantum abeſt, ut
„proceſſu temporis deficiat, aut immi-
„nuatur, quam a Patribus accepimus,
„in Romanam Sedem, & Beatitudi-
„nem veſtram obſervantia; imo me
„Duce, me Authore, me ſuaſore, me
„conciliatore creſcet in dies. Aſſiduis
„votis, jugibusque Sacrificiis Sancti-
„tati veſtræ incolumitatem, quietem,
„annos multos, & felices, æternam
„Salutem ſtudioſus apprecor.„

## §. C.

## *Pontificis reſponſum ad eundem Cardinalem.*

Tandem Pontifex hac Cleri explicatione contentus, die decima ſeptima Auguſti has ad Archiepiſcopum Cardinalem dedit literas: „Quam grata
„nobis fuerit circumſpectionis tuæ Epi-
„ſtola de recto, & huic ſacræ Sedi ob-
„ſequenti tuo, & Co-Epiſcoporum tuo-
„rum ſenſu, quamvis alias ita expreſ-
„ſo,

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„ſo, *ut nobis probari minime potuerit*, ſa-
„tis tibi nuper aliis noſtris literis expli-
„cavimus. Quod autem privato no-
„mine perſcribis, te, ſicut communi
„omnium obſequia lætus, ac libens ex-
„hibuiſti, ita peculiari tua erga nos,
„& eandem Sedem obſervantia, & obe-
„dientia, cæteris omnibus, non ſociari
„ſolum, verum etiam anteire, laudi-
„mus impenſe propoſitum tuum, no-
„bisque omnia pollicemur de ſingulari
„pietate ac fide circumſpectionis tuæ.
„Tibi enim, qui ampliſſimum in Ec-
„cleſia locum obtines, & illuſtri ædei
„Chriſti gregi ſancta cum laude pieta-
„tatis, cæterarumque virtutum exem-
„plo præſides, ſatis perſpectum eſſe
„non dubitamus, quantum ſtudii, hoc
„præſertim tempore, a nobis aliisque,
„qui in partem ſollicitudinis noſtræ vo-
„cati ſunt, adhibendum ſit in tuenda
„ſana doctrina, evertendisque errori-
„bus, qui nimis in dies ſerpunt, &
„magnam, niſi ſedulo coerceantur, Ec-
„cleſiæ Dei perniciem intentant. Id
„vero a quopiam pro Paſtoralis Mini-
„ſterii debito, nec præſtari utilius, nec
„obtineri ſecurius poteſt, quam ſi om-
„nes Petræ illi ſemper adhæreant, ſu-
„per quam ædificatam Eccleſiam ſci-
„mus, caveantque inprimis ab iis, qui
„ſemper in circuitu ut impii, ambu-
„lantes,

„lantes, eo tandem collimare noſcun- Sæc. XVII.
„tur, ut firma, & inconcuſſa hujus A. C. 1706.
„ſanctæ Sedis judicia impetere, ſeu
„aliquo modo convellere, vel in du-
„bium revocare præſumant. Hæc Te,
„dilecte Fili Noſter, bene noſſe ſummo-
„pere gaudemus, dum pro eximio, quo
„polles, animo, & ſingulari, quam
„profiteris, dictæ Sedi reverentia, ultro
„nobis ſpondes, te enixe curaturum,
„ut vetus Galliæ Cleri erga Beati Petri
„Cathedram cultus, atque obedientia,
„te Duce, te cultore, te ſuaſore, te
„Conciliatore creſcat in dies. Noſtrum
„propterea omne, atque ejusdem Se-
„dis erga te ſtudium & amorem tuendis
„rebus, ac dignitati tuæ ſcias minime
„defuturum, tibique interim Apoſtoli-
„cam Benedictionem peramanter im-
„pertimur.„

Ex harum literarum verbis patere videtur, quod Epiſcopi Galliæ non prætendant ſummi Pontificis judicium ſaltem in re ad dogma accedente dijudicare; certum autem eſt, quod Parlamentum Pariſienſe, aliaque quaslibet Pontificis Conſtitutiones, non raro reclamantibus etiam Regibus, atque etiam incaſſum exilia comminantibus, dijudicandi, rejiciendi, earumque executionem præpediendi auctoritatem ſibi attribuant, imo cauſſas quoque ſpirituales

Sæc. XVII. A. C. 1706.

tuales & Sacramentales ad ſuum tribunal, fruſtra Pontifice, Rege, Clero & Epiſcopis contradicentibus rapiant. E contrario majorem hac in re reverentiam teſtatus eſt Ludovicus Rex, qui eodem tempore, quo Cleri Gallicani Præſules ſuas explicationes Romam miſerant, ſummo Pontifici reſcripſit, eumque certiorem reddidit, quod ſemper paratus foret, venerationem ſupremo Eccleſiæ Capiti, & Jeſu Chriſti in terris Vicario debitam ſua auctoritate tueri.

## §. CI.

## *Caſpari Juenin Inſtitutiones Theologicæ proſcriptæ.*

*P. Honoré obſ. dogm. ſect 4. pag. 216. Dupin Hiſt. Eccl. tom. 4. p. 408. Argentre l. c. pag.*

Jam anno prioris ſæculi nonageſimo ſexto Caſpar Juenin Pariſini Oratorii Sacerdos ac olim in pluribus Seminariis Theologiæ Profeſſor ſuas Inſtitutiones Theologicas ad uſum Seminariorum Lugdunenſibus literis excudi fecerat, easque anno Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo plurimum auctas Pariſiis ediderat. Quamprimum hoc opus publicam lucem aſpexerat, mox illud plures Franciæ Epiſcopi, atque inter eos etiam Tullenſis in ſuis Seminariis prælegi juſſerunt, Biſuntini vero Seminarii Præſules has inſtitutiones vehementer im-

impugnarunt, ac proscribi petierunt: Insuper Episcoporum quidam eas Jansseniano fermento inquinatas esse rati, hunc librum apud Noaillium Parisiensem Archiepiscopum denuntiarunt, qui tamen graviores turbas præventurus, jam anno Salutis nostræ millesimo septingentesimo per publicum decretum declaravit: „quod Author nec in suis „principiis, nec in conclusionibus inde „deductis errores quinque propositio„num stabiliat, nihilque circa facti Jan„seniani decisionem externæ submissioni, „quæ Ecclesiæ debetur, contrarium af„firmet; cum autem in suo opere quæ„dam omnino addenda omiserit, mi„nusque circumspecte scribendo, quod „Jansenismo faveat, suspicandi ansam „præbuerit, hinc Author ea, quæ o„miserit, adderet, & suspectas expres„siones emendaret: de cetero autem in „hoc opere, si quis in reliquis quicquam „reprehenderet, errorem cum veritate „confunderet.„ Nihilominus Archiepiscopus Jueninum urgebat, ut scriptotenus declararet, quod sese Innocentii X. & Alexandri VII. Constitutionibus subjiceret, & emendanda emendare paratus esset: Huic Archiepiscopi mandato prompte morem gessit Jueninus, suasque institutiones recens edendas, atque a Piroto Parisiensis Archiepiscopi Vi-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII A. C. 1706.

cario Generali approbatas plurimum auxit. Insuper librum suum unacum literis submissione plenis die quinta Augusti anni prioris Romam transmisit, eumque Sedis Apostolicæ judicio subjecit. Equidem Fabritius Paluccius Cardinalis nomine Pontificis hanc peregrinam Juenino epistolam die vigesima octava Septembris submisit. „Novum tuarum Theologicarum Institu„tionum exemplar, quod S. D. nostro „proxime misisti, & reverentissimo Li„terarum officio eo prosecutus, be„nigne excepit Sanctitas sua, laudavit„que non minus ingenium, ac eruditi„tionem, quam eximium & plane fi„dele obsequium in se tuum. Pergrata„tum insuper accidit Sanctitati suæ, „quod in ipsis literis luculentissime pro„fiteris, te scilicet easce tuas lucubra„tiones Apostolicæ Sedis judicio, quo„par est, animi demissione subjicere; „& si quid iis irrepsisse constiterit, quod „probari minime posse videatur, emen„dare atque corrigere paratum esse; „agnovitque in ea professione sensus „non Catholico modo Scriptore, sed „etiam pio & Religioso homine plane „digna. Ceterum quæ subdi de ma„ximo piorum doctorumque Virorum „plausu, quo Apostolica Constitutio no„vissime edita ad quæcunque Jansenistæ-

rum

rum effugia tollenda isthic excepta est, „& de fructu, qui inde sperabatur, non „levem in Domino gaudendi materiam „Sanctissimo Pontifici attulerunt; nihil „enim sua Sanctitas enixius optat, ni„hilque magis sollicitis a Deo precibus „flagitat, quam ut errantes in viam „salutis aliquando redeant, ac ut Apo„stolus monet, *idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem sententia.* Tibi demum sua Sanctitas Pater„næ benevolentiæ testem Apostolicam „benedictionem amanter impertitur, „dum ego hæc ad epistolam tuam „Pontificio nomine rescribere jussus, „Deum precor læta tibi, faustaque „omnia largiatur.„ Sæc. XVII. A. C. 1706.

Hac tamen epistola Juenini liber nec rejiciebatur, nec approbabatur, quinimo plures Episcopi has institutiones non modo ut hæresi faventes, sed & velut hæreticas damnarunt, atque inter eos prior die vigesima secunda Martii biennio post eas edito decreto Noviodunensis Episcopus proscripsit; alii quoque Præsules illas etiam apud summum Pontificem denuntiarunt: Quapropter Clemens Papa hunc librum mature examinandum Theologis tradidit, ac demum die vigesima quinta Septembris illum damnavit, edito desuper hoc

Sæc. XVII. A. C. 1706.

S. Inquisitionis decreto: „Sacra Con„gregatio Eminentissimorum, & Re„verendissimorum Dominorum S. R. E. „Cardinalium in tota Republica Chri„stiana generalium Inquisitorum habita „in Conventu sanctæ Mariæ super Mi„nervam, audita relatione, & Censura „facta a Qualificatoribus Theologis ad „id specialiter deputatis Operis in „septem Tomos distributi sub titulo *Institutiones Theologicæ ad usum Seminariorum. Authore Gaspare Juvenin Oratorii Gallicani Presbytero, & in Seminario Eminentissimi Cardinalis Noailles Archiepiscopi Parisiensis sacræ Theologiæ Professore. Parisiis, & Venetiis* 1704. & „1705. Præfatum opus de Mandato „Sanctissimi D. N. Clementis Papæ XI. „cui relata fuerunt cum prædicta Theo„logorum Censura eorumdem Eminen„tissimorum vota, præsenti Decreto pro„hibet, & damnat, vetatque, ne quis „cujuscunque sit status, & conditionis „ullo modo, & sub quocunque prætextu „iterum imprimere neque imprimi fa„cere, neque jam impressum, tam ex „supradictis, quam ex quacunque alia „editione apud se retinere, aut legere „audeat: Sed ipsum ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquisi„toribus statim & cum effectu tradere „& consignare teneatur, sub pœnis in „Indice

„Indice Librorum prohibitorum con- Sæc. XVII.
„tentis.„ A. C. 1706.

Huic S. Congregationis judicio ſeſe conformans Byſſyus Tullenſis Epiſcopus, die decima ſexta Aprilis anno hujus ſæculi decimo Juenini Inſtitutiones promulgata epiſtola Paſtorali proſcripſit, Author vero hæc Epiſcoporum mandata editis annotationibus refellere conatus, Noviodunenſis Epiſcopi decretum apud Epiſcopos, Facultatem Theologicam, cunctos Eccleſiæ Paſtores denuntiavit, ſimulque Becani, Abelii & Dumetſi libros Theologicos, qui in variis Seminariis prælegebantur, tanquam erroneis principiis ſcatentes, & laxioribus noxiisque doctrinis refertos, apud Pariſienſem Archiepiſcopum detulit; nihilominus Tullenſis Epiſcopus etiam Juenini annotationes proſcripſit, easque edito novo mandato refellere aggreſſus eſt. Exſtat inſuper in Lugdunenſi editione Anno 1736. expoſitio veræ doctrinæ Eccleſiæ circa gratiam & Janſenismi confutatio, ut *verax doctrina Juenini ſententiæ perſpecta fiat*, quia hic Author *fortaſſe imprudens plusquam par erat, & circumſpectum Virum decebat, ad proſequendum Janſenismum ſua ſtudia contuliſſe, ac non ſatis feliciter in enucleando ſyſtemate proceſſiſſe, necnon anfractuoſam ſinuoſitatem in ejus verbis* occultaſſe

Sæc. XVII. A. C. 1706.

videtur. Eapropter Biſuntinus Archiepiſcopus has inſtitutiones anno ſequenti non modo proſcripſit, ſed etiam ipſum Jueninum ex Diæceſi, ne eam ſuæ perverſæ doctrinæ veneno inficeret, excedere compulit,

## §. CII.

## *Clementis XI. Papæ querelæ contra Præſules in comitiis Cleri Gallicani Pariſiis congregatos.*

*Vid. ſupra §. 98. p. 364. Epiſt. Clemen. XI. pag. 298.*

Quam acerbam de Clero Gallicano querimoniam apud Ludovic. XIV. Franciæ Regem habuerit Clemens XI. Pontifex, paulo ante meminimus, uberius adhuc ſuum dolorem explicabat, dum ad ipſos Archiepiſcopos, ceteroſque Clericos Pariſiis in comitiis Cleri Gallicani congregatos die decima quinta Januarii has dedit literas.

„Gratulationes veſtras, quibus edi„tam nuper a Nobis pro comprimenda „inquietorum hominum contumacia „conſtitutionem excepiſtis, ex datis ad „Nos literis veſtris magna quidem ae„nimi voluptate cognovimus: novam „inde fiduciam concipientes, non inu„nem fuiſſe laborem noſtrum, vosque „pro Paſtoralis veſtri muneris debito „curaturos, ut extinctis prorſus ſupre„mo Apoſtolicæ Sedis judicio Janſe„niani

„niani erroris reliquiis, idipsum tan- Sæc. XVII.
„dem sapiant omnes, sintque perfecti A. C. 1706.
„in eodem sensu, & in eadem senten-
„tia. Verum uberem adeo gaudii nostri
„materiam turbavit admodum nonnul-
„larum epistolarum, aliarumve scriptio-
„num palam editarum delata ad Apo-
„stolatum nostrum notitia, quibus ni-
„hil magis obtendi, atque adstrui vi-
„detur, quam ut summa dictæ Sedis
„auctoritas multifariam impetatur, per-
„inde acsi nullum hodie Episcopali Zelo
„argumentum dignius occurrat, quam
„Beati Petri Sedis potestatem attenuare,
„unde ipse Episcopatus, & tota autho-
„ritas nominis hujus emersit. Quod-
„que mirandum magis, quin & deplo-
„randum acerbius nobis fuit, tentari
„hæc vidimus eo ipso tempore, quo
„extirpandis errorum radicibus, quibus
„Ecclesias vestras infici sentiebatis, im-
„ploratum a vobis, potestatem vestram
„plane imparem expertis, & ab ipso
„Christianissimo, ac religiosissimo Rege
„vestro instantius expetitum ejusdem
„Primæ Sedis brachium, & auxilium,
„paterna, qua vos, Ecclesiasque ve-
„stras, charitate complectimur, liben-
„tissime impendebamus. Agnovimus
„in hoc sane consuetas nequissimorum
„quorumdam hominum molitiones, qui
„dum Jansenianum virus, quod corde

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„retinent, pœnarum metu proferre non
„audent, Romanæ Sedi, a qua com-
„primi se maxime sentiunt, occultum
„veluti bellum indicere conantur, ac
„per importunas quæstiones in Catho-
„licæ unitatis perniciem dissensionum
„semina spargere. Vos autem Vene-
„rabiles Fratres, quorum muneris erat
„inquietos corripere, nimis dolendum
„est, eorumdem potius suggestionibus
„cedere, Ecclesiæque turbatoribus,
„non satis advertentes, manum præ-
„stare. Quis enim vos constituit ju-
„dices super nos? Nunquid inferiorum
„est de Superioris Authoritate decer-
„nere, ejusque judicia examinare?
„Pace vestra dictum sit, Venerabiles
„Fratres, intoleranda plane res est,
„paucos Episcopos, & illarum potis-
„mum Ecclesiarum, quarum privilegia
„& decora, nonnisi Romani Pontificis
„favore ac beneficio constant, adver-
„sus sui nominis & honoris authorem
„caput attollere, ac primæ Sedis jura
„corradere, quæ non humana, sed di-
„vina authoritate nituntur. Interro-
„gate Majores vestros, & dicent vobis
„non esse particularium Antistitum Apo-
„stolicæ Sedis decreta discutere, sed
„implere, & quandoquidem Episcopo-
„rum Galliæ sancto Leoni Magno de
„consensione fidei gratulantium verba
„pro-

„producitis, ab iisdem utique discere Sæc. XVII.
„poteratis, quæ vestri similium, quos A. C. 1706.
„propterea imitari non pudeat, Antisti-
„tum in recipiendis Apostolicæ Sedis
„definitionibus partes revera sint: *Apo-*
*stolatus vestri*, inquiunt, *scripta ita, ut*
*Symbolum fidei, quisquis redemptionis Sa-*
*cramenta non negligit, tabulis cordis ad-*
*scripsit, & tenaci, quo ad confundendos*
*hæreticorum errores, paratior sit, memoriæ*
*commendavit.* Longe ergo olim aberant
„præstantissimi Galliarum Episcopi ab
„arrogando sibi jure discutiendi Apo-
„stolicæ Sedis Constitutiones, quas
„ut ipsum fidei Symbolum recipiebant,
„nec multum temporis, aut sedulita-
„tis impendendum censebant, ut de
„illarum executione deliberarent; sed
„satis sibi esse arbitrabantur, si earum
„tenorem ad confundendos hæreticos
„memoriæ commendarent; docebant-
„que insuper (quod vos maxime anim-
„advertere oportet) Romani Pontificis
„definitiones non ex ipsorum fide di-
„judicandas, sed fidem potius suam
„ideo firmam, ratamque agnoscebant,
„quod definitioni Romani Pontificis
„consentiret. Audite illos sancto Leoni
„ita subdentes: *Doctrinæ post Deum ve-*
*stræ debet quisque fidelis, ut constanter te-*
*neat, quod credebat: debet etiam infidelis,*
*ut a perfidia sua, agnita veritate, disce-*

Sæc. XVII. A. C. 1706.

*dat, & Apoſtolicæ Inſtitutionis luce pe- fuſus erroris ſuæ tenebras derelinquat.* Hæc

„Patrum fides, hæc Majorum traditio „hæc conſtans veterum Gallicarum, „ſicut & cæterarum totius Chriſtian „Orbis, Eccleſiarum regula, quæ qu „rumlibet demum novis humanorum „ingeniorum adinventionibus oppo „gnari poteſt, labefactari omnino n „poteſt. Neque vos ipſos, venerab „les Fratres, præclara veſtra, a „ſacrarum literarum peritia, a „in evellendis priſcis Eccleſiæ m „numentis ſtudium, ac diligenti „ignorare patitur, quod cuncta p „mundum novit Eccleſia: quod nim „rum Sedes Beati Petri Apoſtoli „omni Eccleſia fas habeat judicand „neque cuiquam de ejus liceat judica „judicio. Profecto ſi vel ipſam Apo „ſtolicæ noſtræ Conſtitutionis forma „& quidem non a Nobis recens adi „ventam, ſed a Prædeceſſoribus no „ſtris longa ſæculorum ſerie uſurpata „obſervare placuiſſet, qua omnibu „Archiepiſcopis & Epiſcopis Conſtit „tionis ejusdem exequtionem & ob „ſervantiam integram, Auctoritate Apo „ſtolica præcipimus, committimus, & „mandamus: edoceri vel ex ea fac „poteratis, Nos in hac cauſſa non v „ſtrum conſilium expoſcere, non roga „ſtu

„ſuffragia, non expectare ſententiam, „ſed obedientiam injungere; obedien- „tiam ſcilicet illam, quam Beato Petro „Apoſtolorum Principi, ſanctæque Ro- „manæ Eccleſiæ, ac Nobis noſtrisque „Apoſtolicis decretis atque Mandatis „in ipſo ſacræ veſtræ inaugurationis „limine ſolemni jurejurando polliciti „eſtis. „ Sæc. XVII. A. C. 1706.

„Ægre quidem Venerabiles Fratres, „in hoc inviſo argumento verſamur: „memores enim tenuitatis noſtræ, non „ut dominantes in Cleris, apparere af- „fectamus, ſed ſubditi omni humanæ „creaturæ propter Deum eſſe cupere- „mus, atque utinam datum Nobis eſſet „humiliori loco conſiſtere. At vero „cum neutiquam privatam noſtram, „ſed Apoſtolicæ Beati Petri Sedis, in „qua non immeriti ſolum, ſed & in- „viti, Divino ſic diſponente judicio, „præſidemus, cauſſam agamus, poſt- „quam diu, multumque ſtudio pacis, „& unitatis amore tacuimus, pluraque „perperam adverſus ejusdem Apoſto- „licæ Sedis jura, dignitatemque geſta, „charitate Chriſti, quæ patiens eſt, & „paterna prorſus indulgentia toleravi- „mus, dum inordinato, pravoque pro- „ceſſu impunitarum transgreſſionum „quotidie augentur exceſſus, & cre- „breſcunt culpæ, quæ toleratæ ſunt „ſtudio

Sæc. XVII A. C. 1706.

„ſtudio fidei reparandæ. & amore con-
„cordiæ, amplius diſſimulare Nobis
„aut ſilere non licet; locum nempe
„unigeniti Filii Dei, ac Salvatoris no-
„ſtri Jeſu Chriſti, quem indigni tene-
„mus in terris, ultra negligere nec
„poſſumus, nec debemus. Videmur
„enim, Venerabiles Fratres (quod non
„ſine intimo paterni cordis noſtri mœ-
„rore loqui compellimur) plurima indies
„ab iis, qui ſe Catholicos profitentur,
„palam ſcribi minuendis, convellen-
„disque hujus ſanctæ Sedis juribus,
„ea profecto, ut minimum dicamus,
„libertate, ac licentia, quæ nonnul-
„eterodoxis Eccleſiæ hoſtibus gaudio,
„Orthodoxis vero, piisque ſcandalo,
„ac luctui, nemini certe fructui ac uti-
„litati eſſe poſſint. Iis porro vel ipsi
„quandoque nonnullorum Epiſcoporum
„ſcripta conſentire, nimis deplorandum
„nobisque minime ferenda res eſt, quan-
„vero eadem Apoſtolica judicia pro lae-
„cienda regula fidei a ſummis Pontifi-
„cibus lata, quæ paucos ante annos
„Divina æque, ac ſumma per univer-
„ſam Eccleſiam authoritate niti omni-
„Gallicana Eccleſia datis ad Prædece-
„ſores noſtros literis palam profeſſa eſt,
„modo fere infirma debeant, ac velut
„nutantia reputari, niſi ſuperveniente
„veſtro, paucorum ſcilicet Epiſcopo-
„rum

„rum, judicio fulciantur. Currebatis „bene, Venerabiles Fratres, & præ- „clara Majorum veſtrorum ſequuti ve- „ſtigia ad Apoſtolicam Sedem, tan- „quam ad fidei arcem, totius diſcipli- „næ Metropolim, & unitatis Catholicæ „centrum, quo omnium Eccleſiarum „lineas collimare neceſſe eſt, ne alio „diſtortæ ruinam inveniant, & ad Beati „Petri fidem nunquam deficientem, „qua hæreticorum errores peremptorio „Decreto proſtrantur, fidenter non mi- „nus, quam humiliter confugiebatis. „Quare ergo tam cito transferimini „pene in aliud Evangelium, acſi fidei „arcem, & diſciplinæ Metropolim, ut „minus tutam explorare tentetis, li- „neasque veſtras non ad unitatis Ca- „tholicæ centrum deducere, ſed potius „centrum ad lineas veſtras exigere velle „videamini, ac demum Beati Petri fi- „dem nunquam deficientem agnoſcere „erubeſcatis? Videte quæſo, & in con- „ſpectu ſuperni Paſtoris, qui Nos om- „nes in veritate ſua judicaturus eſt, ſol- „licita mente perpendite, num illud ſit, „quod veſtri muneris, quin & honoris „eſſe profitemini, & in quo Gallos ſem- „per potiores fuiſſe gloriamini: Sedem „ſcilicet Apoſtolicam colere, an potius „lædere: num ſanctæ Romanæ Eccle- „ſiæ jura, honores, privilegia, & au- „thori-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„thoritatem conſervare, defendere, au-
„gere, ac promovere, quod prævi
„conſecrationi veſtræ juramento parite
„ſpopondiſtis, an potius eadem jur
„convellere, honores imminuere, pri
„vilegia, & authoritatem, velut inde
„bium revocare. Et quidem cum, u
„Magnus olim fidenter ajebat Leo, pre
„ter illam Petram, quam Dominus i
„fundamento poſuit, ſtabilis eſſe ne
„queat ulla conſtructio, videte, vene
„rabiles Fratres, ne iſta porro cauſa
„ſit, cur poſt tot annorum curricula
„nunquam in Eccleſiis veſtris pax ver
„fuerit, nec unquam futura ſit, niſi
„ut Vos ipſi non ita pridem loquebo
„mini, profligandis erroribus Roman
„Sedis invaleſcat authoritas, & clara
„firmaque de rebus, ad Catholicam
„fidem pertinentibus, prolata ſententia
„caliginem omnem diſcutiat, animos
„fluctuantes componat, diſſidia proſli
„beat, Eccleſiæ tranquillitatem, ſplen
„doremque reſtituat. Tum demum
„unanimes idipſum ſentietis, & non
„erunt in vobis ſchismata, cum primæ
„Sedi, unde Sacerdotalis unitas ex
„orta eſt, humili adhæſione conſentie
„tis: tunc a ſubditis vobis ovibus in
„tegram obedientiam exigetis, cum
„eam Romanæ Eccleſiæ, cui ſubjectos
„Vos eſſe cognoſcitis, pleno animo

„præ-

„præſtiteritis. Maneat ergo, Venera- Sæc. XVII.
„biles Fratres, ſuus Epiſcopali ordini A. C. 1706.
„honor ac dignitas, ſed quos poſue-
„runt Patres noſtri, terminos non ex-
„cedat: Romanam Eccleſiam Eccleſia-
„rum omnium Matrem, atque Magi-
„ſtram nulli inferiores Antiſtites judi-
„care, aut docere præſumant, aut
„poſt ejus judicare judicium: ſed quæ
„Romanus Pontifex (veteres vobis
„Gallicanos Canones recitamus) ſe-
„cundum ſacrum ſuum Miniſterium,
„authoritate Apoſtolica decreverit, in
„ſumma veneratione ab omnibus ſuſci-
„piantur, & debita illi obedientia in
„omnibus conſervetur, & maxime ab
„his (ut olim Gallus Antiſtes, &
„quidem non ignavus Epiſcopalis am-
„plificator juris admonuit) qui in illis
„regionibus habitant, in quibus divina
„gratia per ejus prædicationem omnes
„in fide genuit, & Catholico lacte nu-
„trivit. Non ut confundamus vos,
„hæc ſcribimus, ſed pro Paſtorali no-
„ſtra ſollicitudine, quam Vobis etiam
„debemus impendere, ut Fratres, &
„filios chariſſimos admonemus, roga-
„mus, & obſecramus in Domino Jeſu,
„ne effuſa nimis de Apoſtolica Sede
„amantiſſima Parente veſtra, unde Vo-
„bis Religionis, propitio Chriſto, fons,
„& origo manavit, ejusque Conſtitu-
„tioni-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„tionibus, & decretis ſcribendi, judi-
„candive licentia ceteris per univerſam
„Dei Eccleſiam offendiculo ſitis; de-
„ſpenſatio enim Nobis credita eſt, &
„ad noſtrum tendit reatum, ſi contra
„paternarum regulas ſanctionum Beati
„Petri, ejusque Sedis cauſſam defera-
„mus: quoniam ſi negligenter ea, quæ
„male uſurpantur, omittimus, exce-
„ſus viam aliis aperimus. Nemo ergo
„Vos ſeducat inanibus verbis, aut falſis
„vobis protendendæ magis Authoritatis
„veſtræ promiſſione blandiatur. Diſce-
„mus omnes non altum ſapere, ſed
„timere, cum ſcriptum ſit: *Rectorem te*
*poſuerunt, noli extolli:* cumque admo-
„nente Domino ſtudere debeamus, ut
*qui major eſt in Nobis, fiat ſicut minor*,
„pudeat, ut, qui Minores ſunt, Ma-
„jori ſe æquare, quin & proferre quo-
„dammodo velle videantur. Charita-
„tem ſectemur, ſine qua nihil ſumus,
„quæ non inflatur, non eſt ambitioſa,
„non quærit, quæ ſua ſunt, & multo
„minus, quæ ſua non ſunt, tentare
„præſumit. Maneat diſpoſitio veritā-
„tis, ipſo Chriſti verbo firmata, quod
„etiamſi cælum & terra tranſierint,
„præterire non poteſt, ut ſcilicet Bea-
„tus Apoſtolus Petrus, cujus adhuc in
„Sede ſua vivit poteſtas, & excellit
„authoritas, & cujus etiam dignitas

„in indigno hærede non deficit, con- Sæc. XVII.
„firmare debeat Fratres ſuos, non ipſe A. C. 1706.
„a fratribus confirmari. Unitatem de-
„mum Catholicæ Eccleſiæ, rejectis va-
„nis & inutilibus contentionibus, quæ
„magis quæſtionem præſtant, quam
„ædificationem Dei, firmiter cuſtodia-
„mus. Unitatem ſcilicet illam, quæ
„ut a Majoribus noſtris accepimus,
„in eo potiſſimum ſita eſſe dignoſcitur,
„ut quamvis in Populo Dei multi Sa-
„cerdotes ſint, multique Paſtores, om-
„nes tamen proprie regat Petrus, quos
„principaliter regit & Chriſtus. „

## §. CIII.

## *Novemdecim Præſules a Clemente XI. ſummo Pontifice Romana Purpura decorati.*

Cum e Sacro Collegio plures Cardinales ab obitu Innocentii XII. vivis erepti fuiſſent, Clemens XI. ejusdem Succeſſor hoc anno die decima ſeptima Maji novemdecim Præſules Romana ornabat Purpura. Hos inter primus erat Franciſcus Martellus patria Etruſcus, Patriarcha Jeroſolymitanus Cardinalis Presbyter tit. S. Euſebii. II. Joannes Albertus Badouaro Venetus, ejusdem Reipublicæ Patriarcha Cardinalis Presbyter tit. S. Marcelli, & poſtea S. Marci,

*Ketteler Hiſt. Decad. V. pag. 375. Cimarol. Mem. Mund. pag. 757. Gottfrid Hiſt. cont. l. 14. p. 659. Guarn. vit. Pontif. Orat. Clem. XI. pag. 19.*

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Marci. III. Laurentius Caſoni Neapoli-tanus, Archiepiſcopus Cæſareæ, apud Neapolis Regem Sedis Apoſtolicæ Nuntius Presbyter Cardinalis tit. S. Bernardi ad Thermas. IV. Laurentius Corſini Florentinus, Archiepiſcopus Nicomediæ poſtea Pontifex ſub nomine Clementis XII. Presbyter tit. S. Suſannæ & poſtmodum S. Petri ad Vincula. V. Laurentius Fieſchi patria Genuenſis, ibidemque Archiepiſcopus, Cardinalis Presbyter tit. S. Mariæ in Pace. VI. Philippus Antonius Gualtierus patria Urbevetanus apud Franciæ Regem Nuntius Apoſtolicus, Epiſcopus Immolenſis, Cardinalis Presbyter tit. S. Chryſogoni. VII. Horatius Philippus Spada patria Lucenſis Pontificius apud Polonia Nuntius Cardinalis Presbyter tit. S. Onuphrii. VIII. Franciſcus Acquaviva patria Neapolitanus in Aula Hiſpanica Apoſtolicus Nuntius Lariſſæ Archiepiſcopus, Cardinalis Presbyter tit. S. Bartholomæi in Inſula. IX. Chriſtianus Auguſtus Saxo - Citienſis Dux natione Germanus Jaurinenſis Epiſcopus Cardinalis Presbyter ſine titulo eoquod nunquam Romam veniſſet. X. Carolus Colonna patria Romanus, ſupremus Pontificiæ Aulæ Magiſter Cardinalis Diaconus tit. S. Angeli in foro Piſcium. XI. Alexander Caprara pa-

tria Bononiensis Romanæ Rotæ Auditor, Cardinalis Presbyter tit. SS. Nerei & Achillei. XII. Josephus Abbas de la Tremouille natione Gallus, Rotæ Auditor Cardinalis Presbyter tit. SS. Trinitatis in monte Pincio. XII. Petrus Priuli Venetus Alexandri VIII. Pro-Nepos, Cameræ Apostolicæ Clericus, & Cardinalis Diaconus tit. S. Hadriani. XIV. Raynutius Pallavicinus patria Genuensis Romanæ Urbis Gubernator, Cardinalis Presbyter tit. S. Agnetis. XV. Nicolaus Grimaldi pariter Genuensis, Secretarius Congregationis Episcoporum, Cardinalis Diaconus tit. S. Mariæ in Cosmedin. XVI. Carolus Augustinus Fabronius Pistorienſis Secretarius Congregationis de propaganda fide Cardinalis Presbyter tit. S. Augustini. XVII. Joannes Dominicus Paraciani patria Romanus summi Pontificis Auditor, Cardinalis Presbyter tit. S. Anastasiæ. XVIII. Thomas Ruffus patria Neapolitanus Nicææ Archiepiscopus Cardinalis tit. S. Mariæ Trans Tyberim. Nominabat insuper Pontifex eadem die Gabrielem Filipuccium, Cardinalem Diaconum qui tamen miro veræ humilitatis exemplo hanc dignitatem acceptare recusavit, ac propterea has ad eum dedit literas: Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII. A. C. 1706.

*Beatiſſime Pater!*

„Invaluit rumor, ſanctitatem veſtra
„inter Cardinalitia dignitate decora
„dos me quoque adſcribere deliberaſſe
„Fateor ingenue, me hujusmodi r
„morem non modo vanum prorſus
„inanem, ſed etiam ſummæ prudent
„Sanctitatis veſtræ injurioſum ſemp
„habuiſſe & adhuc habere, cum r
„vera me nulla ex iis qualitatibus pr
„ditum agnoſcam, quibus ad tant
„dignitatis culmen paratur adſcenſu
„Verum quia ſumma & innata bonitas
„quæ in Sanctitate veſtra reſidet, h
„omnibus poſthabitis vere adhuc e
„cere poſſet, quæ falſo, ut dixi, a
„ma nuntiata fuiſſe exiſtimavi: idcir
„in hoc caſu humillime provolutus
„pedes ſanctitatis veſtræ, majori, q
„poſſum, ſubmiſſione, aliis quamp
„rimis rationibus omiſſis, pono a
„ejus clementiſſimos oculos grav
„meam ætatem, quæ in hiſce poſt
„mis diebus indiget pace & quie
„non autem agitationibus, quas ſec
„ferunt negotia eidem dignitati nec
„ſario annexa. Spero itaque San
„tatem veſtram benigne admiſſur
„eſſe eam, quam poſt diuturnas
„Deum fuſas preces ſponte, libere
„matura prævia deliberatione nunc

„cio, & in qua, Deo dante conſtan- Sæc. XVII.
„tiſſime, quoad vixero, perſeverabo, A.C. 1706.
„recuſationem, vel potius acceptatio-
„nem, ſeu etiam, ſi opus fuerit, re-
„pudiationem aut renuntiationem Car-
„dinalatus, cum præventiva tamen fa-
„cultate, quatenus opus ſit, ſi ita pla-
„ceat ſummæ bonitati Sanctitatis veſtræ,
„retinendi pro mea honeſta ſuſtenta-
„tione Canonicatum, quem nunc ob-
„tineo in Eccleſia S. Joannis in Late-
„rano cum penſionibus, una ſcilicet
„ſuper altero canonicatu ejusdem Ec-
„cleſiæ, alia ſuper canonicatu Baſilicæ
„S. Petri & reliqua ſuper dignitate ca-
„thedralis Alſinæ, necnon alia officia,
„quæ modo ſimiliter obtineo. Vene-
„rabundus deoſculor pedes Sanctitatis
„veſtræ, deprecans ei a Deo optimo
„maximo omne bonum, humillimus &
„obſequioſiſſimus ſubditus.„

*Gabriel Filipuccius.*

Has Filippuccii literas Pontifex in publico Purpuratorum Senatu prælegi, acdeſuper deliberari juſſit, ſimulque Patrem Caſinium ad eundem ablegavit, qui eidem ad ſublevandam inopiam, & ſuſtentandam cum decore dignitatem duodecim ſcutatorum millia Pontificis nomine offerret, pariter Mareſcottus, & Ottobonus Cardinales necnon Burg-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

hesius Dux viginti aureorum millia dono obtulerunt: Verum Filippuccius nu modo ejusmodi promissis a suo propo sito averti non poterat, sed amica alio rum vi, importunisque precibus fe fatigari tam iniquo ferebat animo, u in periculosum incideret morbum: cum ergo Pontifex hanc repulsam nullatenus ex simulata humilitate oriri cerne ret, nec tamen in re adeo rara sine aliorum consilio procedere vellet, tre decim Cardinalium Congregationem c rexit, in qua decideretur: An Pontifex obedientiæ præcepto Filippuccium ad acceptandam Purpuram cogere va leat? His autem die vigesima quinta Maij negando respondentibus, Filip puccius publicum suæ renuntiationis testimonium confici jussit, illudque die ultima ejusdem Mensis summo Pontifici tradidit; quocirca Clemens Papa die septima Junii coram triginta septem Cardinalibus hujus Purpurati cessionem acceptavit, habitoque Patrum Senatu hunc in modum peroravit: „Inter eos „quos in præterito Consistorio, de uni „nimi fraternitatum vestrarum consili „pariter, & assensu, Cardinales crea „vimus, fuit, sicuti nostis, dilectus fi „lius Gabriel Philippuccius Signatur „justitiæ votans. Curaverat is quidem „prius Nobis non obscure indicare ac „mul

„mum ſuum a tantæ dignitatis, quam „ſibi deferendam audierat, fulgore re- „fugientem; ſed ut verum ingenue fa- „teamur, Chriſtiana hæc, & rara viri „humilitas potius nos in ſuſcepto con- „ſilio magis confirmavit. Clarius ille „poſtmodum ac diſſertius ſenſus ſuos „aperuit ſupplici libello vobis in eo- „dem conſiſtorio per dilectum filium „noſtrum Galeatium Cardinalem Ma- „reſcottum porrecto, cujus tenorem „tunc audiviſtis, & hodie iterum au- „dietis. Noluimus hac in re quidquam „tum in conſueta celeritate decernere: „ſed ſolum eidem Gabrieli longius tem- „pus ad deliberandum concedere velle „declaravimus, ut tam ſuis, quam „aliorum precibus divinam voluntatem „accuratius exploraret, ſperantes pro- „fecto, tametſi a compellendo invitum „vere eſſemus alieni, quod ipſe ſerius „animo reputans ſe per miniſterium no- „ſtrum a Deo vocatum fuiſſe, judicio „tandem noſtro acquieſcere deberet, „ac non minus amicorum lacrimis, „quam ſuaſionibus flecti. Verum ali- „ter omnino res accidit; ille ſiquidem „propoſiti tenax, accepto geſtæ rei „nuncio, idem, quod antea conſtantiſ- „ſime ſemper ſenſit, idem, quod antea, „demiſſiſſime ſemper precatus fuit. Nul- „lum interea Nos, adhibita ad id ſpe-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„ſtatæ pietatis, & prudentiæ virorum
„opera, hortationis genus omiſimus,
„quo optimum ſenem de ſuſcepta ſen-
„tentia deduceremus, ac rationes, qu-
„bus ille cauſſam ſuam orabat, rejec-
„remus; omnia tamen irrito conatu
„nec ſolum irrito, ſed ei inſuper gra-
„adeo & moleſto, ut ipſa ejus vita
„propinquum diſcrimen pene adduc
„fuerit. In hoc rerum ſtatu quid co-
„filii capere deberemus, a compluribu
„ex fraternitatibus veſtris, quarum
„deli in ſinu Pontificiæ ſollicitudinis c-
„ras deponere conſuevimus, libenti-
„ſime exquiſivimus, & ſane re matur
„ac diligenter, quemadmodum veſt
„moris eſt, diſcuſſa, nullam renuen
„vim adhibendam eſſe unanimes ce
„fuiſtis. Interim idem Philippuccius
„ne de conſtanti ejus voluntate rec
„ſandi, refutandi, acetiam renuntiand
„Cardinalatum unquam dubitari co
„tingeret, omnia, & ſingula in ſu
„plici ſuperius enunciato libello co
„tenta confirmando & ampliando, ub
„rius adhuc, & ſolemnius animum ſuu
„hac in re declaravit, publico d
„ſuper celebrato inſtrumento, qu
„mox a ſecretario Collegii veſtri le
„gendum erit. „

Poſtea Pontifex præfatum Filip-
puccii teſtimonium prælegi juſſit, ſuum-
que

que sermonem his verbis absolvit: Sæc. XVII. A. C. 1706.
„His omnibus attentis B. Gregorii præ-
„decessoris nostri exemplum sequentes,
„qui invitum neminem Episcopale onus
„subire Apostolica jussione coegisse un-
„quam reperitur, recusationem, re-
„pudiationem, seu renuntiationem a
„præfato Gabriele Philippuccio, sicut
„præmittitur, factam, admittere in-
„tendimus, eidem Gabrieli forsan ali-
„quando illud ipsum dicturi, quod præ-
„dictus B. Gregorius cuidam Sebastia-
„no, qui commissum sibi ab Anastasio
„Patriarcha Ecclesiæ regimen recusa-
„verat, rescripsit videlicet: *Sensum, ac sapientiam vestram valde ego libenter amplexus sum, laudavi vehementer, & vos felices, me infelicem esse deputavi, qui hoc tempore regimen Ecclesiæ suscepisse consensi.* Faxit divina Bonitas, quæ om-
„nia sapienter disponit, ex humili hac
„amplissimæ dignitatis recusatione non
„minus utilitatis, & ornamenti in Ec-
„clesiam derivari, quam ex tot præ-
„stantium virorum laboribus. qui gra-
„via ejusdem dignitatis onera non re-
„fugerunt.„

Acceptata igitur renuntiatione Pontifex Josephum Vallemanum Cardinalem, quandocunque ei placuerit, declarandum in suo, ut vocant, pectore reservavit, atque in Filippuccii locum

Sæc. XVII. A.C. 1705. nominavit Cardinalem Presbyterum Michaelem Angelum de Comitibus Archiepiſcopum Farſenſem.

## §. CIV.

## *Ejusdem Cardinalis Filippucii obitus.*

*Guarnac. vit. Pontif. pag. 114. Vitæ Card. t. 1. p. 79.*

Hic idem Cardinalis, qui ſane magnus, quia Purpuram meruit, & maximus erat, quia renuit, ex nimia Amicorum importunitate, & Magnatum undequaque ad eum confluentium frequentia tantam animi perturbationem ſuſceperat, ut in gravem febrim incidens in maximum vitæ diſcrimen incideret, ac demum die vigeſima prima Julii annos natus ſeptuaginta ſex piiſſime decederet. Erat Maceratæ ex Patritiorum gente natus, atque ab infantia in ſolidæ pietatis virtutumque exercitiis enutritus. Liberalium ſanctiorumque literarum ſcientia juvenilibus annis in patria crevit, fructuſque illarum præcipue jurisprudentiæ virilibus annis ubertim in uſus ſuos ac miſerorum levamen convertit; Romam enim delatus, ac Doctorali laurea clarus, patrocinantibus Pallotto & Odeſcalcho Cardinalibus, forenſi jurisprudentiæ vacabat, ac præcipue inque oppreſſorum cauſſas agebat, pa-

lopo

lopoſt tamen exorta lue Urbem deſe- Sæc. XVII.
rere ac in patriam reverti cogebatur, A. C. 1706.
ubi in quodam Pago, donec Roma contagionis ſuſpicione expurgaretur, hærere compulſus, ex ingenita humilitate nobilius cubiculum reſpuit, in deteriori commorans: Hæc ipſa vero humilitas Filippuccio ſaluti fuit; illud ipſum enim cubile, quod recuſaverat, effractis contignationibus extemplo corruit. Quamprimum vero peſtilentiæ furor reſedit, Filippuccius Romam reverſus, invitis parentibus recuſatisque nuptiis ſacræ militiæ nomen dedit, & quamvis ſingularis ejus fautor Odeſcalchus ſub Innocentii XI. nomine Pontificatum adeptus eſſet, nunquam tamen a Filippuccio impetrari poterat, ut illum inviſeret, aut ſponte oblatum Vaticanæ Baſilicæ Canonicatum, vel alias dignitates acceptaret: Inſuper diſtricto duntaxat præcepto ab Innocentio XII. adactus, primo Sub-Datarii munus obivit, ac poſtea Canonicatum Eccleſiæ Lateranenſis admiſit, ubi tamen in Tribunali Datariæ vindex juſtitiæ, atque in Lateranenſi Baſilica vivum pietatis charitatisque exemplar audiit. Nonniſi inter uberrimas lacrimas ſummi Pontificis Auditor, libellorumque ſupplicum Secretarius ac S. Pœnitentiariæ Conſultor dicebatur: &

quam-

Sæc. XVII A.C. 1706

quamvis has dignitates invitus exerceret, nova tamen ubique exhibuit virtutum ſpecimina; quippe omnibus liber ad eum acceſſus ſemper pandebat, ac laboris impatiens, multam noctem inſomnem ducebat, ut gravioribus negotiis mature expediendis, cauſſarum ſtudio, ſacrisque meditationibus incumbere poſſet. Cum vero Innocentius XII. hunc Virum ab omni faſtu, inanibusque pompis alienum, æquitatis ſtudioſiſſimum, præclarisque meritis inclytum admiraretur, eundem inter Cardinales referre ſtatuit: Filipuccius autem fuſis ad Deum precibus, ferviſque deprecationibus hunc honorem a ſe avertit. Mortuo autem Innocentio Clemens XI. rurſus eundem Purpura decorare conſtituit, quam tamen ipſe, ut memoravimus, majori repugnantia reſpuit, quam plures alii ſumma aviditate ambire ſolent. Vita adhuc ſuperſtiti Pontifex præter annuos mille aureos pluraque eaque præclara patennæ benignitatis officia præſtitit, civitatisque Maceratanæ Deputatis, qui Pontificiæ liberalitati gratias acturi, ac de immota Filippuccii repulſa queſturi Romam venerant, hæc reſpondit: *Dolendum urbi Maceratenſi non eſt, quod eventem hunc civem ſuum non viderit Cardinalem, quem mortuum forſan aliquando inter*

*inter Sanctos relatum intelliget.* Subjunxit etiam Pontifex, sibi apprime cognitam esse vitæ ejus sanctitatem, perfectam terrenorum abdicationem, ferventem in Deum, pauperesque charitatem, eleemosynas, jejunia, & frequentes corporis macerationes. Sæc. XVII. A. C. 1706.

Ceterum Filippuccius testamento cavit, ut ejus bona in pias causas converterentur, ipsius vero corpus sine ulla inscriptione funebri in privata Canonicorum sepultura humaretur: Tanta vero hujus Viri veneratio erat, ut innumeri ad ejus cadaver confluentes, illud ferme ad nuditatem importuna pietate omnibus vestibus expoliarent, seque infelicissimos reputarent, nisi Viri sancti reliquias obtinuissent.

## §. CV.

## *Petri de Coaslin Cardinalis decessus.*

Venerabilis hujus Patris ferale fatum præcesserat Petrus de Coaslin natione Gallus Parisiis ex Illustrissima familia natus. Hic primævo naturæ beneficio mansuetam indolem nactus, emenso studiorum curriculo inter Sorbonæ Doctores numerari meruit, ac Clericorum statum ultro amplexatus, plura, eaque sat pinquia beneficia, imo etiam *Vitæ Card. t. 1. p. 79.*

Sæc. XVII. A. C. 1706. etiam Aurelianenſem Epiſcopatum ad Regis nominationem obtinuit: cum etiam de Eccleſia bene meritus, regique percarus eſſet, ab Innocentio XII. Purpuratorum Collegio adſcriptus eſt. Tandem vero die quinta Februarii ſeptuagenario major anno obtentæ Purpuræ nono deceſſit.

## §. CVI.

## *Marci Antonii Barbarigo Cardinalis.*

*Vit. Card. l. c. p. 77.*

Pari mortis neceſſitate vivis ereptus eſt Marcus Antonius Barbarigo patria Venetus, qui ſub Cardinalis Gregorii, Patrui ſui cura, Patavii in omnibus virtutum exercitiis, inque altioribus diſciplinis mire adolevit, ac paulopoſt Patavienſis Eccleſiæ Canonicus, & demum Corcyrenſis Inſulæ Epiſcopus renuntiatus eſt, quo in munere tamen graves admodum moleſtias dignitatum pediſſequas perpeti cogebatur; cum enim Moroſinus Veneti exercitus Ductor, quosdam milites transfugas vi ex Templo extrahi juſſiſſet, Epiſcopus violatam Eccleſiæ immunitatem reparari petiit; repulſam vero paſſus, Moroſinum diris devovit, qua tamen ſeveritate tam acerbam Veneti Senatus indignationem incurrit, ut omni-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

omnibus ſuis bonis tam ſacris quam profanis ſpoliatus, Corcyra Romam profugere cogeretur, ubi ab Innocentio XI. perbenigne exceptus, etiam Romana Purpura, & Montis Flaſconis Epiſcopatu honorabatur; nec tamen propterea Venetæ Reipublicæ Senatus de concepta in eum indignatione quicquam remittebat, imo pecuniarum ſubſidium, quod alias ſuæ Nationis Cardinalibus annue elargiri ſolet, eidem conſtanter denegabat: Amplioris tamen fortunæ ſpes Marco affulgere videbatur, dum Cardinalis Barbarigo ejus Patruus mortuo Innocentio Papa ad ſupremos Pontificatus honores communi ferme ſuffragio expeti videbatur: obſtabat tamen huic Cardinali alias optime merito patria tum Romanis inviſa; quapropter hoc carmen ejus Palatii foribus affixum legebatur:

Te bonitas, pietasque juvat, te poſtulat ætas:
Sed natale ſolum non ſinit eſſe Patrem.
Per *barbam* dico Jovis, & per Sacra Quiritum,
Vix Venetus ventus creditur eſſe bonus.

Ceterum Marcus totum ſeſe piæ ſolitudini, rerumque Divinarum contempla-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

templationibus dicavit, suæque Eccle-siæ, gregisque commodis Pastorali sol-licitudine invigilans die vigesima Maii anno ætatis suæ sexagesimo sexto ani-mam suam Deo reddidit.

## §. CVII.

## *Petri Salazar Cardinalis extrema.*

*Vit. Card. pag. 84.*

Quartus ex Cardinalibus hoc anno denatis erat Petrus Salazar na-tione Hispanus. Hic Ordinem B. Ma-riæ de Mercede redemptionis Captiv-rum professus, ac vita morumque ho-nestate necnon insigni doctrina, maxi-me Theologiæ scientia conspicuus, multis annis conciones Apostolico spi-ritu plenas ad populum habuit, ta-tam nominis sui famam adeptus, u non modo inter suos variis, iisque ho-norificis officiis augeretur, sed etiam Hispano Regi a Concionibus, arcani-que Consiliis, necnon Viduæ Regin a confessionibus esse mereretur: Ta-dem in supremum Ordinis sui Ma-strum electus, ad Hispani Regis prec ab Innocentio XI. Purpuratorum S. natui adscriptus est, & paulopost Salmanticensem, & demum Cordub-num Episcopum nominatus, præclar-virtutum exemplis ubique præluxi-

Em-

Eminuit in eo præcipue morum integritas, vitæ humilitas, raraque prudentia: contempſerat aulæa, abacus, omnemque ſuperfluum Domus ſuæ ornatum, & propria tantum virtute, proborum & pauperum conſortio, menſaque frugali delectatus, modeſtiæ potius quam luxui inſerviit: Denique Philippo V. Hiſpaniarum Regi percarus, meritis annisque plenus die vigeſima quinta Auguſti octogenarius beato fine e vita migravit. Sæc XVII. A.C. 1706.

## §. CVIII.

## *Ludovici Homodei Cardinalis mors.*

Obiit etiam hoc anno Ludovicus Homodeus Mediolanenſis Patritius, Madriti in Hiſpania natus, ibidemque moribus ac ſtudiis apprime excultus. Hic anno ætatis ſuæ trigeſimo unacum Cardinale Mareſcotto tum ſummi Pontificis Nuntio Romam delatus, atque a ſuo Patruo Cardinale Aloyſio ad Clericalem Statum permotus, eidem moribundo extrema pietatis officia ſingulari animi alacritate ad obitum usque præſtitit, omnium facultatum hæres ab eodem ſcriptus. Auctus tanta fortuna, creſcente etiam meritorum fama ab Innocentio XI. inter Protonotarios *Eggs Purp. doct. ſuppl. t. 4. p. 613.*

Sæc. XVII. A. C. 1706. Apoſtolicos, dein inter Cameræ Pontificiæ Clericos adſcriptus, vix elapſo triennio Epiſcopus Tricaricenſis, & ab Alexandro VIII. utriusque, ut vocant, *Signaturæ Referendarius* renuntiabatur. Inerant Ludovico virtutes admodum conſpicuæ, vaſta eruditio, ſolida pietas, innata clementia, immota æquitas, munificentia, humanitas, moderata liberalitas, benignitasque, & ſuper omnia in Apoſtolicam ſedem tot tamque præclara merita, ut his ſuffragantibus ab eodem Pontifice inter Diaconos Cardinales, applaudente Roma, cooptaretur: Solidos ſedecim annos Purpuræ dignitatem inſigni morum vitæque integritate colluſtravit, tandem vero tam repentino morbo corripiebatur, ut morte præventus, quin Eccleſiæ Sacramentis muniri poſſet, die decima octava Auguſti obiret annos natus quinquaginta. Reliquit multa, eaque profuſus inſignia ſublimis ingenii ſui monumenta, quæ inter manu ſcriptos ſuæ gentis Codices aſſervantur.

## §. CIX.

## *Gravis contentio in electione Epiſcopi Monaſterienſis.*

*Theatr. Europ. tom. 17. pag. 653.* Interim defuncto Monaſterii Weſtphaliæ Epiſcopo Friderico Chriſtiano [illegible] Plet-

Plettenberg, novi Præſulis electio ad diem vigeſimam nonam Julii indicebatur: Nullum non movit lapidem Comes de Eck Cæſareus Adminiſter, ut Canonicorum ſuffragia Carolo Lotharingiæ Duci Osnabrugenſi Epiſcopo conciliaret: pariter eidem omne ſtudium in procurandis ceterorum votis primo addixerat Franciſcus Arnoldus de Metternich Monaſterienſis Eccleſiæ Canonicus ac Paderbornenſis Epiſcopus, qui tamen cum in ſemetipſum plurimorum ſuffragantium affectum, ardentemque eorum induſtriam animadverteret, Carolum promovendi ſtudium remiſit: Inde tanta inter Canonicos exorta eſt diſſenſio, ut Carolus ſpe ſua deluſus a ſummo Pontifice literas, quibus electio ad diem trigeſimam Auguſti differretur, impetraret, ubi vero Cæſar Metternichium excludi petebat, Belgii fœderati Ordines, etſi ſuam prius operam in Caroli favorem Cæſari obtuliſſent, ſuas partes pro Paderbornenſi Epiſcopo per Itterſonum ſuum Oratorem interponebant, ne Cæſaris partes per Weſtphaliam nimium invaleſcerent. Pro Metternichio etiam indies augebatur ſuffragantium numerus, ea potiſſimum ex cauſſa, quod Cæſarei Legatum a Canonicis Romam miſſum Oeniponti intercepiſſent; hac enim violentia ex-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

*Kettl. Decad. 5. p. 375. Gottfrid. Hiſt. cont. l. 14. p. 653.*

Sæc. XVII. A. C. 1706. acerbati Canonicorum potiſſimi Pruſſiæ Regis opem implorarunt, qui etiam datis die quinta Auguſti literis Cæſari expoſuit, quod primo quidem ipſemet Lotharingio faviſſet, cum vero plurimorum ſuffragia in Metternichium collimare cerneret, haud conſultum arbitraretur, ut hic ab electionis jure excluderetur: ipſe etiam Paderbornenſis die undecima & vigeſima quarta ejusdem Menſis literas ad Cæſarem dedit, quibus excluſionis mandatum revocari efflagitabat.

Hæc eligentium diſſidia, ac præcipue Heterodoxorum ſe in electionis negotium ingerentium ſtudia ſummum Pontificem maximo affecerunt dolore, quocirca die decima quarta Auguſti has ad Metternichium literas dedit: „Quæ de diſſidiis inter Capitulares Ec„cleſiæ Monaſterienſis exortis tum ea„literis a Fraternitate tua ad Nos da„tis poſtrema die Julii proxime præ„teriti, tum etiam aliunde percepimus, „magnam profecto animi moleſtiam No„bis attulerunt; cum novi ejusdem Ec„cleſiæ Præſulis electionem pacifice „ac concorditer peragi, maxime cupe„remus, idque ipſum de perſpecta eo„rumdem Capitularium pietate, ac„prudentia, Nobis etiam polliceremur. „Auxit præterea mærorem noſtrum, „quod

„quod audivimus, eo jam res deve- Sæc. XVII.
„niſſe, ut plures Eccleſiaſticæ modera- A. C. 1706.
„tionis obliti, nec ſatis ſpectata Epiſco-
„palis officii mole, nihil intentatum
„relinquant, ut Eligentium ſuffragia
„ſibi concilient, & regendarum anima-
„rum arripiant onus, quod ſancti Viri
„usque adeo exhorruerunt, ut vel fugæ
„ſe dederint, vel latebras quæſierint,
„vel etiam mortem ipſam ab eo, in cu-
„jus manu mors & vita eſt, enixe fla-
„gitaverint, ne illud accipere cogeren-
„tur, vel certe nunquam, niſi inviti,
„& pene vim paſſi illud acceperint.
„Porro dolorem noſtrum longe etiam
„acerbiorem effecit, quod inter hæc
„Eligentium diſſidia, & Eligendorum
„certamina, ejusmodi negotio ipſi e-
„tiam Acatholici ſe ingeſſerint, profa-
„nasque manus ad Arcam Domini ex-
„tendere minime formidaverint. Nos
„certe pro Paſtoralis officii noſtri de-
„bito nihil omnino prætermittemus eo-
„rum, quæ Monaſterienſis Eccleſiæ ju-
„ribus, libertati Electionis, ac impri-
„mis Catholicæ fidei rationibus oppor-
„tuna fore cognoverimus: certiorem
„Te interim facientes, nihil Nos hac
„in re geſſiſſe, quod vel exiſtimatio-
„nem, dignitatemque tuam lædere, vel
„gratiis tibi alias a Nobis tributis de-
„rogare ullo pacto valeat. Quidquid

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„enim præſtitimus, facile intelliges „non alio collimare, niſi ut concors „libera, atque Canonica Monaſterienſis „Epiſcopi Electio peragatur, neque am„bigimus, quin tu pro ea, qua præ„tus es, eximia virtute, ac animi re„ligione, operam, ſtudiaque tua in „eundem finem collaturus ſis.„

Nihilominus Monaſterienſi Capitulo injunctum, ut ab electione deſiſteret, donec Cæſar cum ſummo Pontifice rem compoſuiſſet. Interim Romæ utrinque Competitoris Patroni in ſuas partes Papam pertrahere, certabant; prævaluit tamen Caroli factio, quæ ulterioris prorogationis diploma impetravit: cum autem Metternichius jam antea Pontificium eligibilitatis indultum obtinuiſſet, eique adhærentes poſtremum prorogatæ electionis diploma dolo extortum, proin nullum fore crederent, elapſa primæ prorogationis termino die trigeſima Auguſti futuræ electioni initium fecere, conſuetaque ſolemnitate Franciſcum Arnoldum de Metternich conſpirantibus in eum novemdecim ſuffragiis in Epiſcopum Monaſterienſem elegere: Reclamabat vehementer Carolus Lotharingius unacum quatuordecim Canonicis eidem faventibus, obſtrepebat etiam acrius Comes de Eck, qui tamen eadem adhuc die cathara ſuffi-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

suffocatus obiit: nec tamen inde territus Cathedralis Ecclesiæ Decanus, die trigesima Septembris cunctos Canonicos ad electionis Aulam convocavit, illosque, qui Metternichio suffragabantur, loco excedere jussit, eoquod postremum Pontificis diploma violassent, proin ipsorum electio non modo nulla foret, sed etiam ipsi jure suffragii excidissent: Insuperhabita horum oppositione Decanus ceterique tredecim Canonici Carolum Lotharingium in suum Episcopum elegerunt, ac promulgarunt. Ex gemina hac electione non modo magna discordiarum moles inter Canonicos exorta est, sed etiam potentissimis Principibus alterutri parti patrocinantibus Pontifex ingentibus curarum fluctibus jactabatur, ac præprimis die octava Junii utriusque electione penitus abrogata decrevit, ut interim Episcopatus administratio Metternichio committeretur ea lege, ut tam Episcopus, quam Canonici illi, qui nulliter contra Pontificis mandatum de proroganda Episcopi electione, illum elegerunt, hanc culpam prius humili retractatione emendarent, atque ita Episcopus absterſa omni inobedientiæ suspicione ad Monasterienſem Ecclesiam auctoritate Pontificia transferretur: Postquam igitur hi Canonici literas

Sæc. XVII. A. C. 1706. uberrimis ſinceræ erga S. Sedem ſub-jectionis ſignificationibus refertas ad Papam dederant, ac inſuper Celſ. Caroli Lotharingii cauſſam remiſſius agere cæperat, Pontifex Metternichium ob inſignes illius virtutes, factæque electionis æquitatem tandem die decima tertia Decembris Monaſterienſem Epiſcopum declaravit, & anno ſequenti die octava Junii confirmavit, Carolum autem Joſephum Ignatium Lotharingium ad Archiepiſcopatum & Electoratum Trevirenſem quarto poſt anno tranſtulit.

Facta hac confirmatione Pontifex ad eundem Monaſterienſem Epiſcopum die decima ſeptima Junii hæc perſcripſit: „Ubi Fraternitatem tuam li„ſigni Eccleſiæ Monaſterienſi author„tate noſtra præfecimus, quod contig„die octava decurrentis menſis Juni„Nobis ipſis in Secreto noſtro Conſiſto„rio, honoris gratia, proponentibus„commodum & utilitatem ipſius Eccle„ſiæ ex una, ex alia vero parte præ„ſtantes tuas virtutes præ oculis habu„mus, & firmam in Domino ſpem con„cepimus, Te cumulatis, & amplio„ribus in dies perſpectæ tuæ vigilantiæ„ac pietatis argumentis præclaro noſtro„de Te judicio eſſe egregie reſponſu„rum; & ſane non deerunt Tibi occa„ſiones

„siones explicandi tuum Zelum pro de- Sæc. XVII.
„core Domus Dei, & pro indemnitate A. C. 1706.
„Jurium Ecclesiæ, proque integritate,
„atque incolumitate Catholicæ Religio-
„nis in istis partibus, cum addubitari
„merito possit, non levia damna ex diu-
„turna ejusdem Ecclesiæ vacatione
„contigisse, quibus quidem damnis re-
„parandis Te serio daturum esse ope-
„ram confidimus, cum Tibi satis com-
„pertum sit, præcipuas Pastoralis Sol-
„licitudinis partes esse, quod perierat,
„requirere, quod abjectum erat, redu-
„cere, & quod confractum fuerat, al-
„ligare. Cæterum quam libenter ex-
„ceperimus præclara tua officia, &
„uberes devotæ voluntatis, & grati
„animi significationes, quas pro collato
„tibi munere Nobis obtulisti, tum e-
„tiam actum improbationis tum tuo,
„tum Capitularium Monasterienſium
„nomine factum, circa ea, quæ in ne-
„gotio Electionis minus Canonice per-
„acta fuerant, fusius agnosces ex di-
„lecto Filio Theodoro Holter Officiali
„Paderbornensi ad Te reduce, qui ob
„singularem erga Te fidem, atque in-
„tegritatem, & ob sedulam operam
„hic in Urbe tuis negotiis impensam
„peculiarem sane commendationem
„promeretur. Ex diplomatibus autem
„nostris, quæ ab eodem excipies, in-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„telliges Nos petitionibus tuis, pos
„habita omni difficultate, quoad re
„tentionem eorum, quæ obtinebas
„alacriter annuisse, nec imparem vo
„luntatis propensionem in Nobis de
„prehendisses favore ejus, quem ab
„geri postulabas canonicatu Monast
„rienſi, quo potiebaris, nisi, Succe
„sore ejus loci jam dudum per Nos de
„signato, tuæ preces ad Nos perlat
„fuissent. „

Cum autem Pontifex diffidiis ex hac electione subortis haud satis prospectum crederet, hinc eadem die præfatum Episcopum, ut erga sibi adversantes Canonicos sese benignum exhiberet, his verbis hortabatur: „Non est, cu
„Fraternitatem tuam multis hortemur
„ut satagat æquam, atque præclaram
„erga omnes, ac singulos Capitulares
„Monasterienses voluntatem ostendere
„cum Te jam omnibus erga ipsos inge
„nitæ tibi comitatis partibus feciſſe ju
„tis, imo luculenter respondisse pu
„certo habeamus. Verum, quia Te
„nedum in persolvendis humanitatis
„officiis accuratum (quæ honesta pa
„tius, quam summa laus est) sed plane
„sedulum ab omnibus haberi cupimus
„in explendo præcipuo Pastoralis cha
„ritatis debito, tua maxime interest
„arbitramur, quod vere, & ex animo
„eos

„eos præfertim diligas, arctiusque Sæc. XVII.
„complectaris, qui occasione anteactæ A. C. 1706.
„vacationis Monasterienſis Eccleſiæ,
„cum negotium Electionis ageretur,
„ſua ſtudia, atque ſuffragia in alios po-
„tius, quam in Te direxerunt: ut om-
„nes intelligant, tibi gratiores extitiſſe,
„qui a Te removere, quam qui tibi
„imponere novum, ac forte gravius
„onus ſplendidioris infulæ curarunt.
„Nam ſi recte, & coram Deo res ex-
„pendatur, cum certum ſit, plus exigi
„ab eo, qui plus accepit, ſine multa
„formidine eſſe non poſſunt, qui in
„ſublimioribus Eccleſiæ ſedibus ſunt
„conſtituti, & propterea majorem ra-
„tionem pro numero creditarum ovium
„ſupremo Paſtori ſunt aliquando reddi-
„turi. Quæ Nos certe in cauſſa noſtra
„perpendentes libere profitemur (quan-
„tum tamen Nobis licet citra reſiſten-
„tiam Divinæ voluntati) multo præ-
„clarius de Nobis promerituros fuiſſe
„illos, ſi qui forte extitiſſent, qui hoc,
„quod perferimus, plenum curis, at-
„que periculis munus ab infirmitate
„noſtra amoliri curaſſent, quam qui
„Nos ad ſubeundum onus, cui impares
„ſumus, adegerunt. Æqui itaque,
„bonique conſule, ut, quod Nos ipſi
„in ſinceritate cordis noſtri ſentimus,
„Te quoque Nobiſcum ſentire cupia-
„mus;

Sæc. XVII A. C. 1706. „mus; nam ad animi tui integritatem „a qua adeo commendaris, inprimis „pertinere arbitramur, ut, quo magis „omnibus compertum sit, Te ab omni „prorsus ambitu alienum fuisse, [illegible] „præ cæteris de tua charitate sibi pol „rimum polliceantur, qui visi sunt [illegible] „gnitati tuæ minime omnium suffragari „ut interim prætereamus pertinere [illegible] „eandem virtutem, ut tuæ Lenitatis „& mansuetudinis exemplo subsidea „omnes animorum motus, si qui ad „huc ibi æstuant, absterreantur autem „a Consiliis suis, qui nimium in Te in „dium affectant, & *avertantur statim* „*rubescentes, qui dicunt tibi Euge, Eug* „sed nostræ in Te confidentiæ abun „dantia quadam acti fusius forta „quam oportuit, prosecuti sumus [illegible] „quod Te jam ultro feciſſe, & con „nenter facturum esse confidimus.„

Pari etiam studio ad mutuam, [illegible] ceramque concordiam, ac deponen odia Pontifex Canonicos admonuit, [illegible] ad eos perscribens: „Etsi censendu „omnino sit, Viros, ut genere, & gr „du præstantes, ita prudentia, ac pie „tate præditos, quales Vos esse scimus „probe intellecturos esse, quam decea „ac oporteat, ut Ecclesiastici corpor „membra inter se sincera charitate jun „gantur, ac propterea ambigendum „nun

„nullo modo sit, quin vigeat apud Vos Sæc. XVII.
„pristina animorum concordia, cui ni- A. C. 1706.
„hil detractum sit propter diversa stu-
„dia, quæ licet ab uno eodemque pro-
„posito consulendi bono Ecclesiæ pro-
„fecta, mentes tamen ac sententias
„vestras occasione anteactæ vacationis
„istius Ecclesiæ in partes forte scide-
„runt; nihilominus paternæ nostræ
„erga Vos Benevolentiæ argumentum
„Vobis esse volumus sollicitudinem,
„quam gerimus, ut deleto prorsus quo-
„cunque inter Vos dissensionis vestigio,
„sitis vere unanimes, diligentes, & do-
„nantes invicem, ac demum ut am-
„buletis in domo Dei cum consensu.
„Qui enim tantum pro Vobis curæ su-
„scepimus, quantum Nos susceptisse
„nemo vestrum ignorat, ut in re non
„satis explicata multorum non tam di-
„gnitate, quam doctrina præstantium
„vota intercederent, deinde ut matura
„de hoc ipso negotio coram Nobis de-
„liberatio haberetur, ac ut demum a
„Nobis judicium prodiret, quod non
„tam authoritate nostra niti, quam
„exemplis ab ipso Sacrorum Canonum
„fonte deductis inhærere dignosceretur,
„atque hæc omnia, ne insignis ista
„Ecclesia Pastoris solatio diutius desti-
„tueretur: jure quasi nostro a Vobis
„videmur exposcere, ut quando dedi-
„mus

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„mus Vobis ſingularis probitatis
„Zeli Antiſtitem, cujusmodi Vene-
„bilem Fratrem Franciſcum Arnoldum
„Epiſcopum veſtrum eſſe confidimus
„Vos comprobanda potius filiali ve-
„obſervantia, quam de recolendis
„lis, quæ tranquillitatem veſtram
„qualiter interturbarunt, cogitetis. V
„rum hæc magis, ut diximus, exp
„ctanda, quam requirenda ſunt a pe
„ſpecta veſtra virtute, cum ſperare
„ſit Vos de cuſtodienda, ac cumulan
„invicem dilectione, & pace, quam
„eſſe ſcitis a Chriſto Domino Diſcipu
„ac Sectatoribus ſuis relictam, fore
„licitos, tum ut divinus cultus
„communi, ac concordi ſtudio auge
„tur, tum ut congruis gratæ volunt
„tis argumentis reſpondeatis Pater
„noſtro erga vos amori. „

## §. CX.

## *Nuntii Apoſtolici Colonienſis jurisdictio depreſſa.*

*Abregé de l'Hiſt. Eccl. t. 13. p. 588.*

Sub idem ferme tempus Thorenſis Ec-
cleſiæ Imperialis Abbatiſſa feudum
quoddam eſſe liberatum declarabat:
cum autem Feudatarius ſe graviter
inique læſum reputaret, Julii Piazza
Pontificii Nuntii Colonienſis opem im-
plorabat: Hic igitur hanc cauſſam, quæ

in Camera Feudali Abbatissæ in Westphalia coram competente Judice agitabatur, ad forum Ecclesiasticum evocavit, & indictis pœnis Abbatissam, ut suæ actionis rationem redderet, comparere jussit, obnitentemque pœna pecuniaria, censurisque Ecclesiasticis compellere tentavit. Hac vero ad Cæsarem, Imperiumque appellante, tota controversia Ratisbonæ in Imperii comitiis agitabatur, tandem vero die septima Julii sententia & Nuntii mandata utpote Imperii legibus, Constitutionibus & recessibus, necnon postremis Leopoldi & Josephi Imperatorum Capitulationibus adversa, atque in caussa mere profana, tanquam irrita & nulla fuere declarata, simulque jus Abbatissæ confirmatum: Ut vero Pontifex Nuntii sui dolorem inde conceptum tantisper leniret, eidem Batavicæ Ecclesiæ regimen commisit, vehementer reclamantibus Ultrajectensibus & Harlemensibus Canonicis, qui sua jura violari existimantes, querulas ad Paluccium Cardinalem literas dedere, quibus tamen interminata anathematis pœna interdictum, ne ullum jurisdictionis actum exercere præsumerent. Sæc. XVII. A. C. 1706.

§. CXI.

Sæc. XVII. A. C. 1706.

## §. CXI.

## *Portu-Regienſis Aſceterii deſtructio.*

Quantumvis nec ſummus Pontifex nec Franciæ Epiſcopi Bullam *Vineam Domini* a fidelibus ſuo chirographo ſignari peterent, nihilominus Pariſienſis Archiepiſcopus Noaillius Moniales Portus Regii *de Campis*, ut intra præfixum terminum Pontificiæ Conſtitutioni ſubſcriberent, adegit. Paruere Moniales, adjecta tamen ſequenti reſtrictione: *dummodo id eis, quæ ſibi per Clementis IX. pacem indulta fuiſſent, non derogaret.* Verum Regii Miniſtri hanc ipſam conditionem in deterius referebant, eoque fine a Monialibus appoſitam dicebant, ut debitum obſequium eludere poſſent: Jam tum eas quotidianæ æmulorum injuriæ fodicare coeperant, ac præprimis die vigeſima ſeptima Aprilis Regii Senatus decreto eisdem rurſus interdictum, ne Convictores aut Novitias reciperent: Per opportuna etiam earum inimicis accederat Porturegienſium Monialium Pariſienſi Aſceterio degentium expoſtulatio, qua hæ edictum anno præceſſæculi ſexageſimo nono die decimatertia Maij emanatum, quo ipſarum Mona-

*Dupin Hiſt. Eccl. tom. 4. pag. 396. Abregé de l'Hiſt. Eccl. t. 11. p. 463.*

*Vid. ſupra l. 204. §. 75. p. 637. t. 62.*

Monaſterium & bona dividebantur, re- Sæc. XVII.
vocari, *titulum Abbatiæ Portus-Regii* A. C. 1706.
*de Campis* ſupprimi, hancque domum cum Portu-Regienſi Abbatia Pariſienſi denuo uniri petebant. Harum petitioni ſuffragabatur ipſemet Ludovicus XIV. Galliarum Rex, qui re ad Papam delata biennio poſt die vigeſima ſeptima Martii ab eodem literas accepit, quibus Papa Portum-Regium de Campis velut *hæreſis nidum* declarans, hanc domum, quæ Janſeniſtarum arx ac propugnaculum erat, ſupprimi indulſit: Ejusdem quoque tenoris edictum Rex die decima quarta Novembris promulgari juſſit. Interim Noaillius Pariſienſis Archiepiſcopus hiſce Monialibus Sacramentorum uſu interdixit, eoquod Clementis XI. Conſtitutioni pure ac ſimpliciter ſubſcribere & Pariſienſi Abbatiſſæ obedientiam præſtare renuiſſent. Paulopoſt Le Noir ſeu Niger a S. Claudio Regii Parlamenti Advocatus, qui ſolitudinis amore ad Portum-Regium, quem *veritatis aſylum* appellitabat, ſeceſſit, ad Baſtilliæ carceres raptabatur, eoquod harum Monialium cauſſam tutatus fuiſſet: poſtea urgente P. Telliero, qui Patri de la Chaiſe in Regii Confeſſarii munere ſucceſſerat, Argenſonius rerum capitalium Prætor die vigeſima nona

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Octobris unacum trecentis ſatellitibus hanc domum acceſſit, cunctasque Monia-niales, quarum quindecim erant chori deputatæ, & ſeptem, ut vocant, converſæ, curribus impoſitas in varia regni monaſteria diſtribui, & SS. Sacramentum, ſacrasque reliquias per Archiepiſcopi Sacellanum auferri juſſit. His peractis Prætor de mandati Regii executione rationem Ludovico Regi reddidit, Caſtello-Raynaldia vero Parſienſis Portus Abbatiſſa monaſterium cum ſuis ingreſſa reliquam ſuppellectilem diſtrahi præcepit, ac die vigeſima ſecunda Januarii anno hujus ſæculi decimo Regii Senatus edictum obtinuit, vi cujus Eccleſiæ, vicinæque ædes, Jansenianarum receptacula, ſolo æquarentur, quod etiam mira obſequendi voluntas paulopoſt effectui datum eſt. Moniales vero hinc inde diſperſæ (exceptis nonnullis) pure ac ſimpliciter formulæ, Conſtitutioni Pontificiæ poſtmodum ſubſcripſerunt. Ita demum hic Coenobii peſtris Portus Regius, quin lapis ſuper lapidem remaneret, deſtructus eſt, etiam quod ejus fundamentum ſuper Janſeniannæ corruptionis arenam poſitum fuiſſet, illiusque incolæ a Portu-Regienſibus Doctoribus eo confugientibus ſub pietatis obtentu ſeductæ angularem lapidem Apoſtolicæ veritatis reprobaſſent.

§. CXI

Sæc. XVII.
A. C. 1706.

## §. CXII.

### *Lutheranorum querelæ contra Calvinistas in Ratisbonensibus comitiis propositæ.*

Quamvis Calvinistæ juncta cum Lutheranis opera in Ratisbonensibus Imperii comitiis ad ampliandam sectæ suæ libertatem Electorem Palatinum adegissent, postquam tamen importunis suis postulatis plene satisfactum cernebant, Lutheranorum causam penitus neglexerunt, eo rem deducentes, ut hi anno normali stare jussi, sua, si quæ haberent, jura legitimis documentis demonstrare cogerentur: Eapropter hi ad Protestantes Ordines supplicem transmisere libellum, exponentes, quod Hispanis, Bavarisque copiis in Palatinatum irrumpentibus, nonnisi quatuor Templa ab incendio erepta, cunctaque authographa, Manhemio, Heidelberga & Franckenthalia urbibus in cineres redactis, igne absumpta fuissent; Elector quidem iisdem triginta Ecclesias, & quindecim scholas postea erigi indulsisset, & de Ministrorum sustentatione ex Ecclesiarum ærariis providisset, nunc vero cuncta eorum bona inter Catholicos & Calvinistas distributa, proin Ecclesiarum Ministri ob inopiam gre-

*Theatr. Europ. t. 17. & 18.*

Sæc. XVII. A. C. 1706.

gem ſuum deſerere compulſi forent. Horum querelis cedebant Luthera... Principes, qui *Evangelico*, ut vocant, *Corpori* die vigeſima quinta Januar... Ratisbonæ exponebant, quod integ... Palatinatus antea Lutheri ſectam pr... feſſus eſſet, ac primum a Joanne Ca... miro Adminiſtratore ejectis Lutheran... Prædicantibus & Ludimagiſtris, Te... pla eorum & reditus Calviniſtis fuer... attributi, eorum vero reſtitutio in a... ticulo IV. §. 19. Pacis Weſtphalic... imo & amplius Religionis exercit... Lutheranis fuerit promiſſum: Id re... Electores Calviniani admodum remi... Catholici vero fidelius adimpleviſſe... ac tredecim Lutheranorum ſcholis, ... triginta & uni Prædicantibus ſala... juxta transactionem cum Pruſſiæ Re... factam usque ad hunc annum ex Pa... tino Eccleſiarum ærario ſolviſſent. A... tur Lutherani Principes petebant, ... ab Adminiſtratore & Friderico V. E... ctore Lutheranis erepta cum o... cauſſa reſtituerentur; hac de ca... ſupplices adibant Electorem Palatin... qui tamen totum negotium Pruſſiæ R... decidendum reliquit: cum vero ... Lutheranis quidem tolerantiam ... ſectæ polliceretur, eisque, ubi pl... quam viginti familiæ reperirentur, ... cleſias ſcholasque aperiendi facultat...

co...

concedi ſuaderet, viciſſim vero Calviniſtis in Imperii urbibus præcipue Francofordiæ & Norimbergæ publicum ſuæ ſectæ exercitium indulgeri peteret, mox Lutherani Principes opponebant, indecens eſſe Rempublicam in Republica erigi, aliunde Auguſtanæ Religionis pacem duntaxat in Auguſtanæ Confeſſionis aſſeclas, extendi poſſe: inſuperhabita autem horum oppoſitione Pruſſus æque ac Palatinus Eccleſiarum proventus diſtribuere pergebant, incaſſum petentibus Lutheranis, ut eis ſalaria & ſaltem *Simultaneum* ſartum ſervaretur, donec res per Imperii decreta decideretur. Nec tamen propterea Lutherani Prædicantes a continuis querelis contra Calviniſtas deſtiterant, quas tamen hi nulla mora, verbisque admodum aculeatis refellere nitebantur, non ſine maximo utriusque partis dedecore; quocirca Imperii Principes Esram Edzardum Lutheranum Hamburgi Prædicantem, & Strimeſium, aliosque Calvinianos Præcones ob virulenta eorum ſcripta acriter reprehenderunt. Ita nempe tolerantiæ apud Sectarios adeo decantatæ ſpiritus in tantum viget, ut ſuam quisque ſectam ubique tolerari velint, alienam vero tolerare nolint. Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII. A. C. 1706.

## §. CXIII.

### *Diffidium Episcopi Basileensis cum Bernensibus.*

Mittler Der. [illegible] 322. [illegible] Eu- [illegible] 17. [illegible]

Obeunte Guilielmo Jacobo Rinck de Baldenstein Basileensi Episcopo ejus Successor Joannes Conradus de Rheynach Imperii Romani Princeps, ac Catholicis Helvetis fœdere junctus a suis subditis præcipue vero Vallis Monasteriensis (*) incolis fidei Sacramentum exsolvi petiit: Id vero Vallensium nomine Prætor (**) præsente universo populo præstitit, adjecta tamen hac conditione: *salvo jure civitatis, qua Vallenses cum Bernensibus utpote gratiosis eorum protectoribus gaudent.* Hoc enim jus Bernenses sibi vendicant, ex controversia anno Christi millesimo quadringentesimo octogesimo quinto ibidem exorta; cum enim Vallense Capitulum quemdam eligerent Præpositum, hunc que Papa, alium vero Basileensis Episcopus confirmaret, ac nullus alter cedere vellet, Pontifex Bernensibus injunxit, ut Præpositum a Capitulo electum in possessione firmarent, hac igitur occasione Bernenses Vallem Monaste-

(*) Münsterthal.

(**) Hunc Germano nomine vocant Bannerer, oder Fänner.

nasterienſem occuparunt: Hujus controverſiæ mediatorem egit Baſileenſis Præpoſitus, qui Epiſcopum compulit, ut Bernenſibus belli expenſas compenſaret, eisque Vallem Monaſterienſem cederet: Epiſcopi tamen precibus poſtea datum, ut duntaxat tria florenorum millia Bernenſibus numeraret, & hanc Vallem quidem retinere poſſet, ſalvo tamen civitatis jure, quod Bernenſes cum Vallenſibus habent. Eapropter quotieſcunque Epiſcopus a Vallenſibus fidelitatis Sacramentum exceperat, toties Prætor a plebe electus nomine populi Epiſcopo jurabat, ſe ei fidem opemque præſtiturum, viciſſim vero Vallenſium libertatem, jura & antiqua privilegia pro viribus propugnaturum: Eodem tenore idem Prætor hoc quoque anno juramentum exſolvit, quem non ſine ſtomacho excipiens Epiſcopus, ab eo ſciſcitabatur, an id ſuo nomine vel aliorum juſſu feciſſet, eo autem reſpondente, ſe ſui juramenti religione adactum hanc reſtrictionem addidiſſe, Epiſcopus hæc reponens, *præter nos nullus alius veſter eſt Protector ac Dominus*, juramentum ſine hac reſervatione præſtari ſubditis præcepit, ac Prætorem Brunduſiam captum abduci, ſuoque officio exutum, pecuniaria mulcta caſtigari, cunctosque Bernenſes Miniſtros

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII. A. C. 1706.

in suo territorio custodiæ dari jussit. Cum autem Prætor apud Bernenses de illata injuria quereretur, hi primo per Legatos rem componere conati, tandem etiam adhibita armorum vi eundem omnibus suis officiis restituerunt, ac concives suos ad homagium juramentum civitatis Bernensibus præstandum adegere, graviora Episcopo, ni desisteret, interminantibus. Igitur Episcopus læsam jurisdictionem suam vindicaturus, vimque vi repellere coactus Catholicos Suitienses, Underwaldos, & Tuginos, ut e suo Episcopatu Bernenses expellere posset, in opem vocavit: mox vero Tigurini Calviniistæ sub consueto suæ sectæ tuendæ obtentu decem equitum centurias, & sex peditum millia Bernensibus suppetias submisere. Tum vero res ad apertum bellum spectare videbatur: tempestive autem habito Nidaviæ conventu die vigesima prima Aprilis hæc controversia ita composita est, ut tam Episcopus, quam Bernenses in sua quisque jurisdictione permanerent: Cessit quidem Episcopus, interposita tamen protestatione suum jus salvum esse voluit, cumque Bernenses pro belli expensis septuaginta Imperialium millia sibi refundi audacter peterent, repulsam passi sunt, Episcopo tamen intimatum, eum ad numerandas

hasce

hasce pecunias obstrictum iri, si quan- Sæc. XVII. docunque contra inita pacta Bernen- A. C. 1706. sium jurisdictionem in Vallem Monasterienſem violaturus esset.

## §. CXIV.

### *Continuatio belli ob controversam Hispaniæ Monarchiam.*

Initia hujus anni in Italia Gallis fuere admodum secunda, finis vero oppido funestus; quamvis enim Josephus Imperator geminos exercitus, eosque validos comparasset, ut alter in Pedemontio bellum sustineret, alter in Longobardia illud strenue prosequeretur, Vendomius tamen viribus superior Cæsareis ad Calcinatum cæsis, atque occupata Mutinensi ditione die sexta Januarii Nizzam urbem intercepit, cunctasque (excepta Susa) munitiones in Pedemontio diruit: Athesis tamen transitum Eugenio Principi cum novis militum supplementis accurrenti prohibere, incassum adlaboravit. Hic enim levioribus primum, iisque secundis præliis nuperam cladem ultus, Athesin Padumque trajecit, ac Augustam Taurinorum, quam Urbem Fevillardus Franciæ Marescallus capta jam arce, arctius incluserat, obsidione liberavit; intercepto enim per Viscon-

*Wagner vita Jos. I. Imper. Kettel. l. c. pag. 325. Calmet Hist. Univ. t. 17. pag. 196.*

Sæc. XVII. A. C. 1706.

tium Marchionem ingenti bellici apparatu atque annonæ supplemento Eugenius die septima Septembris Gallorum castra tanta fortitudine invasit, ut superatis omnibus munimentis, captisque omnibus impedimentis ac bellitormentis fusi, confusique partim gladio caderent, partim in fugam acti, partim capti Victorum clementiam exorarent: occubuere præter Marsinium Marescallum duodecim Gallorum millia, vulnerati ferme omnes, atque inter eos ipsemet Aurelianus Dux non uno vulnere saucius: capti Ordinum Ductores trecenti, gregariorum ferè millia, & bis mille ac ultra ad Cæsareos transfugere, quos inter præter tres alios Ductores præcipuus erat Bonnevallus execrandi nominis Vir, ac postmodum Turcicæ superstitionis Sectator. Ex Cæsareis periere, peditum prope octingenti unacum Hoffmanno Tribuno, & Centurionibus viginti: vulnerati duo millia centum triginta novem. Parta hac victoria Chivas, Laudum, Alexandria, Tortona, Casalis, Comum, Pavia, Novaria, aliæque urbes Victoribus claves obtulere, totaque Insubria pactis pacis legibus Cæsari reddita est, excepta sola Mediolanensi arce, quam Marchio de Florida pertinacius propugnabat.

Nec

Nec multo feliciore Marte Gallo-Hiſpani pugnabant in Catalaunia; quamvis enim Philippus Andegavenſis capta jam Montiovina arce Barcinonem acerrima obſidione ad extremum redegiſſet periculum, adventante tamen claſſe Anglica ipſe cum ſuis die ſeptima Maij remis velisque totis aufugit, ac Theſſeus Mareſcallus quinta poſt die obſidionem ſolvere coactus, relictis belli tormentis, omnique apparatu fuga ſalutem quæſivit, ejus exercitu ab incolis miſere diſcerpto: unde Philippo Andegavenſi cum ſuorum paucis Madrito Segoviam ſecedente, hæc Urbs ſeſe Carolo Archiduci die vigeſimo quarto Junii dedit, & poſtquam Gallowajus Anglici & Luſitani exercitus Ductor fuſo Berwicki agmine Alcantaram, pluresque Caſtiliæ urbes occupaverat, totaque Valentia, & Aragonia ſeſe Carolo ſubjecerat, hic absdubio totum Regnum ſibi vendicaſſet, niſi Luſitani a Gallis intercipi veriti, ulterius progredi renuiſſent, & ſubſidium Anglo-Batavicum Schovellii claſſe deferendum nimium tradaſſet; hac enim mora Philippus opportune uſus, ex altera Henares fluminis parte copias magno numero contraxit, atque Alcalam, Carthagenam, Salamancam, Alcantaram, pluresque alias urbes partim vi, par-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII A. C. 1706

partim ultronea deditione recuperavit, ejectoque ex Castilia Carolo ac recedentibus Lusitanis die vigesima secunda Septembris Madritum reversus est, mox in omnes, qui Austriacis partibus favebant, sævire cæpit, cunctosque suis amovit officiis, Josephum Haubronum Mediolanensis Ducatus Secretarium patibulo affigi, Alexandrum Savedram Hispaniæ Magnatem e fenestra projici, diversas ædes flammis absumi, Comitem de Lemos & tres fratres de Moras, Ducem Infantadum, aliosque bonis omnibus proscriptis perpetuo carcere, alios triremibus damnari præcepit, insuper Patrem Sanchez ferreæ inclusum caveæ ac nonnisi semel in die mucido pane & aqua refectum tetro carceri mancipavit, & Mariam Annam Caroli II. Hispaniarum Regis Viduam velut captivam ex Hispania Bajonam relegavit, utque Hispanos Proceres populumque vatiniano in Archiducem odio sub Religionis obtentu incenderet, omnes Austriacos tanquam perstiferos hæreticorum fautores, eoquod in Regnum hæreticorum copias invexissent, fugiendos, armisque propulsandos evulgavit: Injunctum quoque cunctis Sacerdotibus, ut ipsum Carolum Archiducem de hæresis crimine postularent, gravibusque verbis imminens Religio-

nis periculum populo exponerent: nec id ægre a Clericis obtineri poterat; cum enim ipsemet summus Pentisex Religionis indemnitati potentius per Borbonios consultum persuasus, non alium, quam Andegavensem pro Rege haberet, ejus exemplo incitati Ecclesiarum Præsules, Sacerdotum Collegia, & Monasteriorum Antistites non modo Gallis favebant, sed etiam nil crebrius, nilque speciosius orationis argumentum e pulpito tractabant, quam Rege Catholico hæreticorum ope intruso, religionem, Inquisitionis tribunal, invictum hactenus contra sectas aggerem, Templorum, Divorum, rituumque Sacrorum sanctitatem eversum iri. Eodem hoc spiritu animati Murciensis & Oriolensis Episcopi relicto pedo arma dextris aptarunt, multisque se facinoribus durante bello illustres reddiderunt, ac præcipue Murciensis Episcopus a Philippo Pro - Rex constitutus, Murciam urbem omnibus privavit privilegiis, eamque militi diripiendam reliquit, Saluzzus quoque Marchio captam Exeam urbem flammis exussit, omnesque exceptis pueris, fæminis, & senibus, interfici, Patresque Capuccinos, eoquod Carolo adhæsissent, captivos Pampellonam abstrahi jussit. Atque hunc quidem cursum hoc anno habuere res Hispanicæ. In

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII. A C. 1706.

In superiore vero Germania Villarius Gallorum Archistrategus Ludoviciam arcem obsidione liberavit, captaque Hagenoa & Cæsareorum armamento Palatinatum inferiorem exactionibus & rapinis exhausit, latius pestem circumlaturus, nisi Marleburgus in Brabantia die vigesima tertia Maii ad oppidum Judoigne Gallos Bavarosque tanta clade prostrasset, ut ex sexaginta vix triginta millia superessent: mox etiam Victori claves obtulerunt Lovanium, Bruxellæ, Mechlinia, Antverpia, Gandavum &c. totaque Brabantia Carolo Archiduci homagium præstitit, ac demum continuato victoriarum cursu Ostenda, Mena, Dendermunda, & Athum Cæsareorum armis cessere.

## §. CXV.

## *Imperii sententia contra Colonienſem & Bavarum Electores.*

*Gottfrid. Hist. cont. t. 14. p. 631. & 650. Hode Hist. de Louis XIV. p. 495. Calmet l. c.*

Jam anno priori Elector Palatinus, ut primum inter Electores locum unacum Palatinatu superiore obtineret, Colonienſem & Bavarum Electores proscribi, tanta vehementia urgebat, ut in Electorali Collegio die vigesima septima Novembris concluderetur, dandum esse Cæsari consensum ad exe-

quen-

quendam horum proscriptionem, Germanicæ tamen expeditionis successum prius esse præstolandum opponebant maritimi Principes: Postquam vero Cæsareorum armis tam in Italia, quam in Hispania fortunam faviſſe nuntiatum erat, die vigesima nona Aprilis Josephus Imperator cum Cæsareo apparatu comitantibus eum cunctis Proceribus Palatii Aulam ingressus, ac solio suo insidens, utrumque investituræ diploma, quod Josephus Clemens Colonienſis, ejusque Frater Maximilianus Emanuel Bavarus Elector a Leopoldo Cæsare obtinuerant, prælegi jussit, illudque dilaceratum, atque in terram projectum, pedibus conculcavit, illius vero lacinias Cæsareus Fecialis hastæ suæ acumine sublevatas in frusta discerpsit, atque in Palatii atrium per fenestras projecit: postea Imperatore præsente publice Viennæ lectum est decretum, quo ambo Electores ob eorum secessionem a ceteris Imperii Statibus, & propter apertum bellum contra Cæsarem per Universum Imperium Romanum, consentiente Imperio, tanquam ejusdem Romani Imperii hostes proscripti, eorumque ditiones fisco Imperiali addictæ enuntiabantur: Edicto tamen particulari vitæ Electoris Colonienſis ob sacræ dignitatis reverentiam pro-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII. A. C. 1706. prospectum est: Maximiliano autem igni & aqua interdictum, ejusque quatuor filii Monachio Clangenfurtum in Styria deportati sunt, non alio, quam Wittelspachensis Comitis Filiorum nomine honorati. Ad hujus tamen sententiæ firmitatem requisitum fuisset, ut prius ambo Principes ad Imperii comitia citati, & publicæ securitatis literis muniti ad suæ causſæ defensionem admitterentur, eisque ad diluenda objecta sufficiens temporis mora indulgeretur: His tamen neglectis Sanctum Cæsaris consilium sententiam promulgavit, quapropter in Ratisbonensibus comitiis Vinarienſis, Bremensis, Wittenbergicus, Saxo-Gothicus, Hassio-Casselensis, aliorumque Principum Oratores die decima quinta Aprilis querebantur, eoquod hæc proscriptio quidem ex Electoralis Collegii consensu inconsulto tamen Principum Collegio contra leges pragmaticas, pacta Westphalica, Imperii recessus de Anno 1653. feudorum jura, & Cæsaream Capitulationem ab Imperatore facta fuisset: Verum Josephus anni sequentis Mense Januario hæc respondit: Si Principes cuncta, quæ ante, in & post præfatam proscriptionem ex militaribus Imperii declarationibus intime examinatis & adhibitis acta sunt, perpendere velint, facile

facile eam legitimam, dignam, & juſtam approbabunt: ſi vero eam alio modo & ordine deinceps fieri cupiant, poterunt id perpetuæ electionis Cæſareæ Capitulationi inſerere &c. (*) Ceterum Pontifex Thereſiam Bavariæ Electricem ob Filiorum ſuorum fata mæſtiſſimam die decima ſeptima Junii his verbis ſolatus eſt. „Etſi arduum „plene ſit animis non cadere in tanta „adverſitate, quanta ea eſt, quam mo„do patitur Nobilitas tua, conſtantiam „tamen illam, qua nunc maxime opus „eſt humanis viribus ægre parandam „ſola inducere poteſt Chriſtiana pietas, „ſi mens inter mala, quæ perfert, ad „Deum erecta ſupremæ ipſius volun„tati conformari, & obſequi ſatagat, „ac ſiniſtros caſus ad lucrum cumulum„que meritorum adhibeat. Quæ non „ita dicimus, ut Te in præſenti, gravi „utique rerum tuarum perturbatione, „curarum omnino expertem eſſe veli„mus; quis enim hoc a Matre de libe„rorum

Sæc. XVII. A. C. 1706.

(*) Nullum Imperii Principem ſine ceterorum Principum, ac Imperii Ordinum conſenſu proſcribi poſſe, edito latino libello quidam anonymus præcipue ex pacis Weſtphalicæ Art. 8. §. *gaudeant* demonſtravit, Vide La Clef du Cabinet Aout 1709, p. 138.

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„rorum ſuorum ſalute, ſtatu, ac ſorte
„ſollicita jure depoſcat? ſed ut ſolu-
„tium, quod proculdubio dies eſt alla-
„tura, velut in anteceſſum prælibes,
„jacta in Patrem totius conſolationis
„curam tuam, ac omnipotenti ipſius
„ope fulgura in pluviam fore confidas.
„Atque hic omittimus intimum dolo-
„rem, quo Nos ipſi propterea affecti
„ſumus, multis commemorare, cum
„potius ad paternam noſtram charita-
„tem pertinere arbitremur cogitationes
„noſtras convertere ad exquirenda hujus
„malo remedia, ſi quæ tamen, ut res
„modo ſunt, a Nobis afferri poterunt.
„quo in genere non modo probamus
„ſed grata prorſus habuiſſe profitemur
„officia a Venerabili Fratre Auguſtino
„Archiepiſcopo Amaſiæ Nuncio iſthic
„noſtro in hac cauſſa interpoſita, ac
„interim non remiſſius certe acturi ſo-
„mus per Adminiſtrum noſtrum apud
„Aulam Cæſaream, percupidi, ut fru-
„ctum, qualem res poſtulat, & vota
„noſtra anxie operiuntur, aſſequi ac
„tui commodum Nobis contingat, re-
„pendi interim tibi hanc ægritudinem
„lætis rerum eventibus optantes &c.

§. CXV.

Sæc. XVII.
A. C. 1706.

## §. CXVI.

### *Pontificis querelæ contra Cæsarem & Principem Eugenium.*

Præterquam quod Clemens XI. Pontifex ægerrime ferret, quod Josephus Imperator Pauluccium, qui Gallos in Ferrarienſem Ducatum admiſerat, cuſtodiæ dari, Carolum III. in Hiſpaniæ Regem agnoſci, & Legatum ad componenda hæc diſſidia Romam mitti, impenſius peteret, inſuper vehementer querebatur, quod idem Imperator *primas*, ut vocant, *preces* ad Capitulum Hildeſienſe, priusquam deſuper indultum Pontificium obtinuiſſet, anno priori direxerit: Verum Imperator hoc ſibi jus non modo ex conſuetudine (non autem ex Pontificis indulto, aut electionis confirmatione) competere, ſed etiam ipſum Leopoldum ejus Patrem ante obtentum ejusmodi indultum primas preces exercuiſſe demonſtrabat: nihilominus Pontifex ſuo juri inſiſtens, Capitulum & Canonicos Hildeſienſes die ſexta Martii, ne ad Cæſaris preces nominatum admitterent, hortabatur, hæc ad eos perſcribens: „A Venera„bili Fratre Julio Archiepiſcopo Rho„dienſi noſtro ad tractum Rheni Nun„cio agnoviſſe vos arbitramur, nullum

*Bohem. Jur. Eccl. tom. 2. l. 3. Tit. V. §. 112.*
*Epiſt. Pontif. p. 308.*

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„penes Cæsaream Majestatem resideat
„jus dirigendi preces primarias, ea-
„que minus sub comminatione pœna-
„rum, quarum vi precum possint com-
„mendati beneficium primo vacaturum
„aut quod eis magis libuerit in qua-
„bet istarum partium Ecclesia assequ-
„cum tamen nihil tam a Jure & a Ca-
„nonicis Sanctionibus abhorreat, quam
„laicæ potestati fas esse, Ecclesiæ Præ-
„sules, vel illos, ad quos pertinet,
„incusso pœnarum timore, ad com-
„rendas taliter a se commendatis Ec-
„clesiasticas præbendas, aut alia Sacer-
„dotia compellere. Quod sane alie-
„tum jus, nisi forte Apostolica auth-
„ritate sit fultum, ut nullibi locum ha-
„bere potest, ita peculiari quadam co-
„tione obtinere nequit in Germa-
„partibus ob nota satis concordata in-
„ter Fel. record. Nicolaum quint-
„Pontificem Prædecessorem nostrum
„& claræ memoriæ Fridericum te-
„tium Imperatorem inclytamque Ili-
„Nationem solemniter inita, in qui-
„nihil tam accurate sancitum est, qu-
„ne libertas electionum & collation-
„in mensibus tam assignatis Capit-
„ac Ordinariis Collatoribus, quam
„Pontifici, ejusque Successoribus
„servatis, ullo unquam tempore le-
„tur, nulla tamen ibi assertorum
„pe-

„perialium jurium mentione facta, aut „ratione habita, cum alioquin satis „manifestum sit, electionum aut colla- „tionum libertatem cum primariis pre- „cibus, quæ eam prorsus evertunt, „consistere non posse. Quod si idem „Fridericus, & qui eum subinde con- „secuti sunt, Imperatores ante tem- „pora claræ item memoriæ Leopoldi „nuper defuncti Primarias preces di- „rexerunt, id contigisse constat, quia „illi omnes post sui confirmationem a „Romano Pontifice obtentam, muniri „Apostolico indulto curarunt: quo qui- „dem indulto, quoniam destitutus erat „idem Leopoldus, factum est, ut Pri- „marias preces, a quibus ipse non ab- „stinuit, admittere, & executioni de- „mandare Episcoporum ac Præsulum, „necnon Capitulorum Germaniæ non „exigua, neque contemnenda pars, „libertatis hujusmodi memor, & acer- „rima custos detrectaverit. Quæ cum „ita sint, Dilecti Filii, commoveri „nullo modo debetis, si quibus forte „minacibus mandatis, aliisque non- „nullorum opera excogitatis, propos- „tisque ad extorquendum assensum ve- „strum mediis persentiatis Vos urgeri „ad exequendas ejusmodi preces Vobis „directas, quatenus is, qui per eas „commendatur, obtineat, adhærentibus

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„Vobis, Canonicatum istius Eccles
„cujus vacatio per obitum quondam Fe
„dinandi Wilhelmi in Mense Novis
„gore eorumdem Concordatorum rele
„vato contigisse dignoscitur. Nequ
„hic opus esse credimus Vobis com
„memorare, quam Vos deceat tale
„animum hac occasione præferre, qu
„lem in asserenda Canonicarum electi
„num libertate multi præstantes Eccl
„siæ Viri, ac Præsules magna sui n
„minis laude præbuere. Insuper quam
„præstet in hujusmodi casibus vim p
„tius perpeti, quam reclamante co
„scientia quidquam, veluti sponte, a
„mittere, cum certe satius sit præbe
„dam, vobis invitis, vi occupari (qu
„tamen metuendum modo non videtu
„quam per electionem, aut collat
„nem, utcunque nulliter factam, ips
„ciem quamdam ultronei assensus p
„bere; cum intrusio commendati ju
„bus Ecclesiæ vestræ in posterum n
„nime obesse queat, non parum aute
„ea lædere possit, si quæ a Vobis ej
„dem Personæ facta videatur elec
„a qua non levia scandala orirent
„præsertim vero ob deterrimum exe
„plum, quod aliis similia admitte
„his, & futuris temporibus propo
„retur. Accedit periculum, quod
„hujusmodi precum perperam elec

„incurreret, non faciendi fructus suos, Sæc. XVII.
„ac irritandi omnes actus capitulares, A. C. 1706
„ac propterea adveniente casu, ipsius
„etiam Episcopi electionem, quibus
„ipse intereſſet, ac suffragaretur. Sed
„ubi hæc non sane prætereunda omit-
„terentur, quis Vestrum non intelligit
„electionem, quam commendatus, seu,
„ut vocant, *Precisa* de se fieri a Vobis
„postulat, esse hujusmodi, ut facultatis
„vestræ terminos quam longe excedat,
„præterquam Sacrorum Canonum, ac
„Concordatorum disposition adversa-
„tur, ipsarum quoque imperialium
„precum (si hæc attendi deberent, quæ
„secluso Apostolico indulto non debent)
„tenorem omnino prætergreditur. Ha-
„rum enim Precum serie a Vobis ex-
„quiritur, ut Præbendam primo va-
„caturam, cujus dispositio ad Vos per-
„tineat, ipsi commendato conferatis,
„verum cum ejus, de qua agitur dispo-
„sitio ad vacationem in Mense Nobis
„reservato secutam ad Nos manifeste
„spectet, palam est non licere Vobis
„aliena jura, nostra vero præsertim,
„attingere, neque huc referri posse
„preces imperiali diplomate contentas.
„Serio itaque perpendite, quibus fini-
„bus potestas vestra coerceatur, ac fru-
„stra interim apud Vos contendant, qui
„ingerere vobis curant lædendi Cæsaris

Sæc. XVII. A. C 1706. „metum, quo adigi non poſſunt Eccle-
„ſiæ Viri ad deſerendam juſtitiam, &
„ad prodendam veritatem: neque enim
„id a Vobis poſtulat, qua eſt æquitate
„Chariſſimus in Chriſto Filius noſter
„Joſephus in Romanorum Imperato-
„rem electus. Inprimis autem caveto,
„ne quid attentetis adverſus oblatas
„Vobis Apoſtolicæ proviſionis literas,
„quas favore Dilecti Filii Hugonis Fran-
„ciſci de Fürſtenberg expediri manda-
„vimus, ne videamini velle noſtra, &
„Apoſtolicæ Sedis jura aggredi, quod
„quidem Vos Eccleſiæ pœnis longe
„gravioribus redderet obnoxios, ſed
„aliter prorſus de perſpecta Nobis pie-
„tate veſtra ſentimus, imo curaturos
„Vos eſſe confidimus Pontificiam Vobis
„charitatem ampliori adhuc magis fi-
„lialis veſtri ſtudii ſignificatione demo-
„reri &c. „

Referunt nonnulli, Clementem Papam inſuper iterato queſtum fuiſſe, quod Joſephus Imperator Romam Legatum obedientiæ mittere omiſerit. Attamen, quamvis forte idem Cæſar hoc obſequii genus vel ob belli expenſas, vel tum ſubortas lites *conſueta pompa* exequi diſtulerit, ſuis tamen poſtea partibus, niſi morte præventus fuiſſet, minime defuturum, elucet ex ipſius-met ſummi Pontificis oratione, quam in

in *Consistorio*, ut vocant, secreto, in quo Cardinalibus hujus Imperatoris mortem die vigesima septima Aprilis Anno 1711. denuntiaverat, habuit, hæc asserens: „Decreverat ille jam pri„dem (quod ad defuncti Principis lau„dem commemoramus) accepto a Ma„joribus suis more, ea omnia, quæ „obedientissimum S. R. E. Filium de„cent, per suum apud nos, & eandem „sedem Oratorem cumulate nobis præ„stare, quin imo suas etiam ad id jam „literas miserat, ab eodem ejus Ora„tore nobis reddendas, quibus quid„quid olim post solemnem eorumdem „illius Majorum in Romanorum Reges, „& Imperatores electionem Romani „Pontifices Prædecessores nostri facere, „& concedere consueverunt, id totum „a nobis similiter fieri, sibique concedi „debita reverentia postulabat, nec ipsi „Josepho hac in re ullatenus defuissent „Pontificiæ Charitatis atque Authori„tatis argumenta illa, quæ ejus Majo„ribus delata fuerant. Reipsa tamen „Deo sic disponente, opus istud mini„me perfectum fuit, non alia quidem „ratione ab Oratore Cæsareo dilatum, „cum ceteroquin alia omnia essent „in promptu, nisi ut solemniori pompa, „pro qua paranda diuturniori tempore

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII. A. C. 1706. „indigebat, demandatum ſibi mun„exequi poſſet.„

Gravior autem lis interceſſit ſum- mo Pontifici cum Principe Euge Cæſarei exercitus Imperatore, eoquo ejus milites ſin res, Perſonas, & S cra ditionis Pontificiæ loca *non ſine p blico ac manifeſto Catholicæ Religionis Divini Nominis contemptu* multa atte taſſent: eapropter datis die vigeſim octava Julii ad eundem Principem teris petebat, ut horum ſcelerum plecterentur, & deinceps terræ & po puli Apoſtolicæ Sedi ſubjecti ab om injuria & moleſtia præſervarentur. A tamen hæ Pontificis querelæ flocci h bebantur, tum quod præſentis belli ceſſitas obtenderetur, tum quod Pa Gallos milites in Ferrarienſem dit nem ultro admiſiſſet, & quamvis hi incolis *a copiis Gallicis ſane graviſſima juriæ fuiſſent inflictæ*, ubi tamen Au lianenſem Ducem cum hiſce copiis Italiam adveniſſe compererat, ſe mi fice lætatum fuiſſe, die vigeſima oct Julii ad eundem perſcripſiſſet, effl tans, ut Agrum Ferrarienſem ab om moleſtia Gallici exercitus immun tueri vellet: longe acerbiori ſtylo ejusmodi injurias a Cæſareis co ibidem illatas expoſtulabat cum Jo pho Imperatore, tertio poſt die

ver

verbis queſtus: „Omnem dicendi vim ſu- Sæc. XVII.
„pergreditur dolor, quo intime tacti A. C. 1706.
„literas in præſens dare cogimur Maje-
„ſtati tuæ: qui quidem dolor inde ori-
„tur, quod per iteratos nuncios admo-
„nemur, militares tuas copias ingenti
„agmine ad quadraginta ferme millia
„hominum per Ducatum noſtrum Fer-
„rarienſem, finitimasque ejusdem noſtræ
„Eccleſiaſticæ ditionis partes deductas,
„graviſſima incolis eorum locorum dam-
„na intuliſſe, nec aliter, quam ſi in
„hoſtiles Agros irrupiſſent, innoxios
„homines curæ, atque tutelæ noſtræ
„commiſſos bonis atque ſubſtantiis ma-
„gna ex parte exutos in ſummo luctu,
„inopia & mærore reliquiſſe. Quæ
„etſi Nobis nil tale exſpectantibus, ne-
„que ſane, ut confidimus meritis præ-
„ter modum moleſta acciderint, vul-
„nus tamen longe graviſſimum cordi
„noſtro inflictum eſt, ubi audivimus in
„ipſas Eccleſias, atque in Chriſtos Do-
„mini hac ipſa occaſione ſævitum eſſe,
„ac eo usque progreſſam fuiſſe mili-
„tum prædæ, atque rapinis inhian-
„tium audaciam, ut eorum quidam,
„ut ſacra vaſa dirriperent, ipſum Ve-
„nerabile Chriſti Corpus (id quod ſine
„horrore, & lacrimis referre non poſ-
„ſumus) contemnere, atque projicere
„non dubitaverint. Hæc Nos in angu-
„ſtia

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„ſtia ſpiritus Nobiscum reputantes, ea
„demque mala unice noſtris peccatis
„tribuentes, ad pedes Crucifixi Domini
„cum gemitu procubuimus, rogantes,
„ut fulmen iræ ſuæ, a cervicibus in
„nocentis, ac fidelis populi, atque ab
„Altaribus, ac Templis ſancto ejus
„Nomini dicatis deflexum, in caput
„noſtrum converteret. Verum cum
„exaudiri aliis, atque aliis forte ſolli
„citationibus (occulto ipſius judicio)
„reſervati non meruerimus, ne officio
„noſtro, quantum infirmitas noſtra pa
„titur, ulla ratione deſimus, preces
„noſtras in amaritudine cordis ad Ma
„jeſtatem tuam dirigimus. Non enim
„ambigimus, quin ſis nobiscum ere
„craturus tot ſcandala, atque flagitia,
„quæ certo ſcimus. Quo animo ut
„Te eſſe omnes intelligant, par eſt, ut
„Zelo juſtitiæ, ac pietatis incenſus de
„bitas de hujusmodi ſcelerum Autho
„ribus pœnas palam ſumi, & quæ ad
„verſus Divina, humanaque jura hac
„occaſione geſta ſunt, farciri jubeas,
„ac demum indictis ſeveriſſimis legibus
„caveas, ne quid ſimile ab his, qui
„apud Te ſtipendia faciunt, inpoſte
„rum attentetur. His ſane mediis
„oſtendes, nolle Te pro avita virtute
„ac religione, Eccleſiæ Dei, Catholicæ
„fidei,

„fidei, ac Apoſtolicæ Sedis dignita- Sæc. XVII.
„tem, ac jura unquam lædi &c. A. C. 1706.

Nec querelarum ſatis, imo ſe *tamdiu de injuria Eccleſiaſticæ ditioni ac Pontificio nomini illata queſturum* ajebat Pontifex, quamdiu Eugenii Principis ope *& auctoritate fiat ſatis juſtitiæ*, quocum ex-„poſtulabat, quod *præter omnem expectationem ejus milites irrupiſſent in Civitatem Immolenſem nil ſibi metuentem, tanquam neutri Partium inter ſe bella gerentium addictam, & ſub ejus poteſtate poſitam, qui ab omni earumdem partium ſtudio tam ſemper abfuit, quam Patrem communem decet, & nihilominus hi optimam inde prædam animalium avexiſſent, ſecumque abduxiſſent captivos aliquot homines eo obtentu, quod hæc omnia ad hoſtium ſuorum commeatum pertinuiſſent*, quocirca poſtulavit Pontifex, ut ejusmodi homines & animalia quamprimum reſtituantur. Pariter die decima ſeptima Septembris apud Cæſarem, & Eugenium Principem rurſus querebatur, quod *præter vim Templis ſacrisque rebus illatam* ditionis Eccleſiaſticæ populi *tum commeatum, tum equos ad annonam in remotas partes abducendam militibus tradere coacti fuerint, & Commiſſarii Cæſarei non precibus, ſed mandatis & quaſi ſuo jure per ſyngraphas præceperint, ut Magiſtratus ingentem vim pabuli, pro Cæſarei exercitus hybernis, qualem*

Sæc. XVII. A. C. 1706.

*lem nec locorum anguſtia, nec anni ſteri-tas afferre poteſt, quamprimum parare militares executiones experturi, ni fecerit.* Quinimo Pontifex die decima nona Decembris ab Eugenio petiit, ut Cæſareas copias, quæ Ferrarienſem ditionem hyberna acturæ ingrediebantur, inde abduceret.

## §. CXVII.

## *Auguſtus Poloniæ Rex Regni ſceptrum abdicare coactus.*

*Guttfrid Hiſt. cont. pag. 652. Hode l. c. pag. 496. Kettel. l. c.*

Interim Auguſtus Poloniæ Rex inimicam ubique belli fortunam experiebatur; Suecus enim Rex Catholicum Principem huic Regno præeſſe indignatus, nec arma inferre deſtitit, nec pacem concedere decrevit, niſi aut ipſemet cuncta totius ſui Regni vires ipſamque vitam profudiſſet, aut Auguſtus coronam juribusque ſuis cederet: Eapropter cunctos eidem adhærentes armis opprimere intentus, primo Saxones prope Frauenſtadium tanta clade affecit, ut Auguſtus rebus ſuis hoc prælio prope acciſis proſpecturus, Cracoviam ſibi adhuc obſequentem profugere ibique Moſcorum, & Coſackorum ſuppetias præſtolari cogeretur: nec tamen illic a capitali ſuo hoſte tutus erat; Suecus enim in Lithuaniam irrumpens, die

vige-

vigesima secunda Maij capta Vilna Moscovitas, Cosakosque fudit fugavitque, Regemque in Saxoniam profugum insectatus, occupatis Gorlizia & Budissa unacum Stanislao Rege intruso Saxoniam inundavit, indeque immensas opes militesque extraxit: Paulopost præconis voce incolis, ne domos desererent, aut vim opponerent, indixit obsequentibus vero omnem securitatem pollicitus est. Incassum Josephus Imperator per suos Legatos pacem, aut saltem inducias offerebat, id quoque urgebant Angli, Dani, & Batavi, qui Ranstadii eo fine convenerant. Verum inutilia erant eorum officia apud Sueciæ Regem, qui conspirantibus Augusti Ministris, nullam aliam pacis spem fecit, nisi is retento solo Regis nomine, Regno cederet, & Stanislaum Poloniæ Regem agnosceret, gemmas, Regni archiva in Saxoniam translata Regno, & Sobiesckios Principes libertati redderet, simulque Moscorum fœderi nuntium mitteret: Conventum insuper die vigesima quarta Septembris, ut Sueeus in Saxonia hyberna ageret, & cum eo Augustus ad religionem juxta pacis Westphalicæ tenorem in Imperio conservandam suas quoque vires jungeret. Tam iniquæ paci subscripsere Augusti Regis Ministri, &

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII. A. C. 1706.

& quamvis hic ad oppidum Callisian Suecos captis belli tormentis atque im pedimentis die vigesima nona Octobr profligasset, suosque Ministros cust diæ dedisset, haud ultra tamen imm paci reclamare poterat, sed die dec ma quinta Decembris cum Sueco d mitioribus pacis conditionibus agr coactus est, quæ etiam die prima nuarii anno sequenti publico præco in Saxonia fuerant declaratæ.

## §. CXVIII.

## *Bellum Hungaricum contra Rag zianos rebelles.*

*Wagn. vit. Jos. lib. 1. Gottfrid. Hist. cont. pag. 649.*

Auspicatum felixque alioqui Jose Cæsaris imperium multa mole turbabat rebellium Hungarorum quies; quamvis enim hi in Transyl nia ingenti clade affecti fuissent, ca tamen Eperiesino totam hanc regio cædibus, rapinis, atque incendiis licentius devastarunt, quo lætan Heisterum Comitem, cujus fortitu nem plurimum formidabant, ab d licis ex alienæ laudis invidia a m tari imperio amotum comperer Quamprimum vero Herbevillium, Heistero succesferat, propulsatis thyani, quem Ragotsius turbandæ H gariæ præfecerat, copiis, Danubi

trajeciſſe intellexerunt, per Paulum Szecſenium Colocenſem Archiepiſcopum ſubdole pacem offerebant: Aſt Herbevillius dolum ſubeſſe vel ex eo cognoverat, quod inclinatas Ragotſii res nuper auro Gallico rurſus erectas, ejusque exercitum triginta millibus validum, ac Gallicis Ductoribus, Germanisque transfugis auctum poſtridie caſtra moviſſe, ac Cæſareis obſiſtere comperiiſſet. Igitur Ragotſianos aggreſſus, prope Biberſpurgum ſudit, fugavitque, ac Varadino in Tranſylvaniam progreſſus, inito ad Sibot prælio rurſus interſectis quatuor rebellium millibus, Claudiopolim, totamque pene Tranſylvaniam in Cæſaris fidem, libertatemque aſſeruit. Nihilominus Ragotſius partitis agminibus Styriam, Sileſiam, Moraviam, ipſiusque Auſtriæ fines populabundus vaſtabat, donec Palfyus Forgatianum agmen e Rabavia propelleret, & Altenburgum pabulis & frumento repletum recuperaret, quinimo rebelles ad internecionem deleviſſet, niſi Tyrnaviæ inducias ad diem duodecimam Julii Cæſari magis noxias quam proficuas fuiſſe pactas intellexiſſet: cum vero eæ a Ragotſianis brevi violarentur, Palfyus recente milite auctus, fugatis rebellium agminibus Schüttam, & Starembergius

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Capervariam arcem, necnon Strig... nium, quam urbem Ragotſiani ded... tione cepere, altero die recuperavi... Rebelles quoque Sopronii obſidione... a milite Cæſareo civibusque iterato p... pulſi, ſolvere cogebantur, ut vero b... lum majoribus viribus redintegrare... ſuppetias a Turcis petebant, quas ... men Sultanus, ne violatæ pacis a C... ſare poſtularetur, non modo eis den... gavit, ſed etiam de eorum petitio... ſuaque repulſa Imperatorem certiore... reddidit. Denique ſeditioſi in vari... Cæſaris ditiones excurrentes, tam i... humana ac promiſcua barbarie ſæv... bant, ut duodecim Regni Comitat... hucusque rebellibus faventes in ipſ... quoque Ragotſium arma vertere ... cernerent.

## §. CXIX.

### *Ulterior progreſſus controverſiæ ... Ritibus Sinenſibus.*

*Epiſt. Clement. XI. pag. 333. Vid. ſupra pag. 319.*

Quantumvis P. Laineſius Romæ ... lum non moveret lapidem, ... Turnoniani decreti executionem p... pediret, nihilominus Clemens Pont... re maturius penſata, cuncta, quæ T... nonius hac in re egiſſet, ipſiusque ... cretum per S. Inquiſitionis officium ... anno die ſeptima Januarii approba...

Ver...

Verum horum Rituum Assertores & præcipue Goanus Archiepiscopus ex Religiosis Missionariis quosdam instigavit, ne Tournonii decreto ac mandatis obtemperarent, quo comperto Pontifex die trigesima Octobris ad eundem Archiepiscopum has dedit literas: „Perspectum esse Fraternitati tuæ arbitramur, quod nos ab ipso nostri Pontificatus exordio intelligentes demandatam esse nobis omnium Ecclesiarum sollicitudinem, curas, cogitationesque nostras converterimus ad Christi fideles in remotissimis istis Indiarum Orientalium partibus agentes, quos præ cæteris speciali aliquo paternæ nostræ charitatis testimonio dignos esse duximus, ac propterea vias, rationesque nobiscum coram Deo expendimus, quibus eorum spirituali solatio, bono, atque saluti consulere valeremus. Decrevimus itaque venerabilem fratrem Carolum Thomam Patriarcham Antiochenum spectatæ apud omnes, probatæque nobis pietatis, prudentiæ, ac Doctrinæ Præsulem cum ampliſſimis Visitatoris Apostolici, nostrique etiam & hujus sanctæ Sedis de latere Legati facultatibus per istas partes usque ad Sinarum imperium ablegare, quod & subinde perfecimus, confisi hoc singulare nostri

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„in fideles iſtos amoris argumentu
„arctiori quodam Chriſtianæ charit
„tis, & filialis devotionis vinculo d
„ſtricturum eſſe eorum voluntates e
„ſanctam Romanam Eccleſiam, a qu
„tanquam amantiſſimæ omnium Eccl
„ſiarum, omniumque fidelium Mat
„ac Magiſtra, per Miniſterium noſtru
„ſe diligi, præ oculis haberi, fove
„que, vel ex hoc facile noſſe poteram
„incendendum autem eſſe ipſorum e
„ga nos, atque Apoſtolicam hanc S
„dem ſtudium, & obſequium, eor
„præſertim ope ſperabamus, qui p
„ſtorale in iſtis partibus officium ger
„tes, debent oves ſibi creditas in u
„tate Dominici gregis continere, e
„demque ad excolendam Eccleſiæ
„cam ac Pontificiam authoritate
„cum qua Epiſcopalis dignitas, ac p
„teſtas adeo conjuncta eſt, omni f
„dio hortari, atque excitare. Ver
„præter omnem exſpectationem noſtr
„accidiſſe audivimus, quod illi ipſi
„maxime omnium præclaram hanc
„caſionem promovendi ſpirituale
„num populorum alaciter ſuſcipere
„buiſſent, eam minime omnium c
„plexi ſint, & quod nonnulli ex R
„gioſis viris, qui ſacris miſſionibus
„iſtis partibus dant operam, ſuæ p
„ſeſſionis, ſuique inſtituti immemo
„ſc

„ſcandali, pravique exempli materiam Sæc. XVII.
„hoc ipſo ſalutari tempore præbere non A. C. 1706.
„dubitaverint. Dolendum vero eſt in
„hoc graviter deliquiſſe quosdam ex
„ordine Fratrum minorum S. Franciſci
„Capuccinorum nuncupatorum, qui
„in civitate Madraspatani commoran-
„tes, cum non ignorarent munus, ac
„facultates, quibus idem Patriarcha
„a nobis late erat inſtructus, Pudyche-
„rium tamen, ubi ille opportunitatem
„transmittendi ad Sinarum imperium
„præſtolabatur, adire, ut opus erat,
„abſolvendi cujusdam Judicii gratia
„etſi ſæpius ab eo vocati, monitique
„ſub pœna ſuſpenſionis, ipſo facto in-
„currendæ, renuerunt, ac interim ſa-
„cra publice facere, non ſine gravi
„Chriſtiani populi offenſione non ſunt
„veriti, latamque ſubinde in ipſos
„ab eodem Patriarcha excommunica-
„tionis ſententiam non reformidave-
„runt, foveri profecto non merebatur
„tam manifeſta eorum contumacia, ſed
„partes erant Catholicorum Antiſtitum
„juſto Zelo in hac cauſſa incendi, ac
„curare, ut qui ſacris interdicti erant,
„redirent ad cor, ac intelligerent, ſe
„non prius expiari poſſe, quam veniam
„ab ipſomet Patriarcha, vel a nobis
„facti humiliter pœnitentes obtinerent.„

Sæc. XVII. A. C. 1706. Uberius etiam ejusmodi querel effudit Pontifex in ſuis literis eade die ad Meliaporenſem Epiſcopum d tis, hæc perſcribens: „Seriem ear „rerum, quæ in iſtis partibus eo te „pore contigerunt, quo Venerabil „Frater Carolus Thomas Patriarc „Antiochenus Pudycherii morabat „profecturus ad Sinarum imperium, q „nos ipſum cum ampliſſimis Viſitato „Apoſtolici in partibus Indiarum orie „talium, noſtrique etiam, & hu „ſanctæ Sedis de latere legati facult „bus ablegavimus, tum ex literis, qu „fraternitas tua ex ſancto Thoma d „Meliapor die undecima Januarii pr „xime elapſi milleſimi ſeptingente „quinti ad nos dedit, tum ex mult „rum ſcriptis, publicoque rumore c „gnovimus, quibus auditis fieri no „potuit, quin multa amaritudine re „pleretur cor noſtrum, nam, qui ub „rem nobis fructum in ſpirituale co „modum iſtorum fidelium pollice „mur, ex hujusmodi profectione, qu „idem Patriarcha Pontificiæ noſtræ ſo „licitudini, charitate, ac Zelo pla „ſingulari obſecutus, ſuſceperat, m „leſtiſſime tulimus, parta eſſe hac ip „tam præclara occaſione gravia ſca „dala ab iis ipſis, in quorum oper „atque præſidio ad promovendam a „maru

„marum ſalutem ſpes utique magna Sæc. XVII.
„conſtituenda videbatur, & ſane mi- A. C. 1706.
„rum, ac dolendum eſt inter ipſos ope-
„rarios vineæ Dominicæ fuiſſe quos-
„dam ſeverioris etiam diſciplinæ, ac
„inſtituti Profeſſores, qui cum probe
„ſcirent, qua dignitate inſignitus eſſet
„idem Patriarcha, quove munere apo-
„ſtolica noſtra authoritate fungeretur,
„ſui nihilominus ſtatus debitique erga
„nos cultus & obedientiæ immemores,
„ejus mandatis parere palam detrecta-
„verint, evocatique ab eo ſæpius, ac
„moniti ſub interminatione ſpiritua-
„lium graviſſimarumque pœnarum, ut
„Pudycherium profiſciſcerentur, malue-
„rint tueri ſeipſos Acatholicorum præ-
„ſidio, quo minus eo pergerent, quam
„ad ipſum Præſulem eos compellantem
„accedere, quin etiam pœnas ipſas,
„per quas, niſi paruiſſent, a ſacrorum
„ordinum exercitio, & ab Altari arce-
„bantur, ſacris temere operantes con-
„tempſerint, ac demum præſumpſe-
„rint poſſe ſe beneficium abſolutionis,
„poſt latam adverſus eos excommuni-
„cationis ſententiam ab aliis, quam a
„nobis, vel ab eodem Patriarcha, qui-
„bus tantum hujusmodi facultas re-
„ſervata fuerat, obtinere: intelliges
„itaque pro ſpectata tua pietate, &
„ſacrarum rerum, Eccleſiaſticarumque

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„legum peritia, quam læsa fuerit pe
„hujusmodi inobedientiam ac contu
„maciam dignitas atque authoritas no
„stra, & quam graviter agendum sit ei
„præscripto sacrorum canonum adver
„sus hujusmodi delinquentes, & re
„fractarios homines, nisi resipuerint
„seque ipsos Ecclesiasticæ potestati, ac
„que obedientiæ, ea, qua par est, ani
„mi demissione, admissorumque dolor
„subdiderint. Ut itaque aditus mise
„ricordiæ, si modo ea se dignos præ
„bere curaverint, ipsis pateat, quo
„nos pro lenitate, & charitate Apost
„lica Christi Domini exemplo curare de
„primis debemus, post totam causam
„diligenter expensam, & postquam com
„pertum nobis fuit eos Ecclesiastici
„censuris vere obstrictos esse, in nihil
„suffragante ipsis absolutione a Vene
„rabili Fratre Archiepiscopo Goano, sive
„a quovis alio nulliter obtenta, nos
„prætermisimus eundem Venerabilem
„Fratrem Patriarcham Antiochenum
„hortari, ut quatenus Religiosus vi
„Michael Angelus Turonensis ex ordine
„fratrum minorum sancti Francisci Ca
„puccinorum, qui vocatus, ut præfer
„tur, ac monitus obsequi neglexit,
„facti pœnitens absolvi ab excommuni
„cationis sententia in eum lata, & se
„cum dispensari super irregularitate

„con-

„contracta humiliter postulaverit, præ- Sæc. XVII.
„via salutaris pœnitentiæ impositione, A. C. 1706.
„petitam absolutionem, & dispensatio-
„nem eidem misericorditer impertia-
„tur, dum tamen ille a civitate Ma-
„draspatani, nisi aliter idem Patriar-
„cha expedire in Domino judicaverit,
„subinde discedat. Interim vero ne
„præfatus Michael Angelus absolutio-
„nis solatio, si eo se dignum præstitit,
„diutius destituatur, fraternitati tuæ,
„de cujus Zelo, ac pietate admodum
„confidimus, facultatem hisce nostris
„tribuimus, absolutionem, & dispensa-
„tionem, ut præfertur, ad tempus
„tibi bene visum, cum reincidentia
„tamen, ac impositis pariter salutaribus
„pœnitentiis, eidem Religioso viro
„Michaeli Archangelo Turonensi, e-
„tiam per superiores ordinis benigne
„impertiendi. Quod item servari a te
„volumus cum aliis ejusdem ordinis
„Religiosis viris, si qui forte sæpe dicti
„Patriarchæ mandatis ante, & post
„ejus discessum a Pudycherio obedire
„neglexerint, prout nos dilectum filium
„Religiosum virum Eusebium Burgen-
„sem dicti ordinis, qui ob eamdem
„causam ad nos ex Madraspatano sup-
„plex, ac dolens accessit, absolutionis
„& dispensationis gratia, quam humi-
„liter petiit, imposita ei pœnitentia sa-

Sæc. XVII. A.C. 1706.

„lutari, Apoſtolica benignitate ſolat
„ſumus. Quod attinet ad ſacerdotem
„Paulum de Sa, quem ob recurſum
„ad Judices laicos, aliisque de cauſis,
„conſtat ab eodem Patriarcha excom-
„municatum fuiſſe in cauſſa coram
„ipſo inter dilectum filium Religioſum
„virum Guilielmum de Valle Congre-
„gationis Clericorum Regularium The-
„tinorum nuncupatorum, ipſumque Sa-
„cerdotem Paulum de Sa, cum eum
„cenſuris prius abſolutum, & ſuper
„impedimento irregularitatis diſpenſa-
„tum, prævia renuntiatione præfati re-
„curſus nulliter facti, ac injuncto pre-
„cepto parendi mandatis Eccleſiæ to-
„tenta ejusdem Guilielmi de Valle ab-
„ſentia, habilitandi, & inducendi in
„poſſeſſionem Parochiæ Gondeluri tibi
„in Domino tribuimus facultatem, in
„quibus omnibus ſcire te volumus no-
„peculiarem rationem habuiſſe teſte-
„monii, atque judicii per te ejusdem
„tuis literis ad nos delati.„

## §. CXX.

## *Turnonii Legati Apoſtolici geſta, & vexationes perpeſſæ.*

*Relat. de la perſ. de la Chine p.* 25.

Interim Turnonius Menſe Februario Neophytis officii cauſſa ſæpius ſe-
febatur, quos gravibus oppido verbis mone-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

monuit, rogavitque, ut Tabellas & Confucii effigies ex ædibus ſuis eliminarent, easque ad eum perferrent: His vero omnibus, excepto quodam ſeniculo, ſe eas Jeſuitis tradidiſſe reponentibus, hi Peckinenſem Epiſcopum ex Ordine S. Franciſci adibant, ſupplices, ut Turnonium Patriarcham hortaretur, ne circa hoſce ritus controverſos quicquam innovaret; graviſſimos enim inde tumultus absdubio orituros: Verum Epiſcopus hoc in ſe negotium ſuſcipere renuit, niſi ei ſuam declarationem ſcriptotenus traderent, quod tamen facere recuſabant. Quarto poſt die plures Chriſtiani, iique magis conſpicui Turnonium doloſe convenerunt, eidem circa hoſce ritus libellum ſupplicem offerentes; ſperabant enim, eum hoc ſcriptum minime acceptaturum, proin eos opportunam de illo querendi anſam aucupaturos: cum autem Patriarcha libellum acceptaſſet, hi pudore ſuffuſi, ſuaque ſpe deluſi receſſere: Eo ardentius autem Turnonius adlaborabat, ut Chriſtianos falſis perſuaſionibus deceptos a ſuperſtitione ad verum Dei cultum, ſuique decreti obſervantiam reduceret, eo fine etiam Ludovicum Appiani, & Antonium de Froloſana Franciſcanum Interpretes ſuos ad hoſce Neophytos rite inſtituendos ſæpiſſime emiſit,

*Relat. de ce qui s'eſt paſſé a la Chine par rapport a M. de Tournon Fatinel. rel. mort. Tourn.*

Sæc. XVII. A.C. 1706

emiſit, ſæpiusque ipſemet eorum ædes acceſſit, hacque induſtria, ac labore Apoſtolico non pauci ex neo-converſis luculenter deprehenderunt falſitatem juramenti, quo ab horum rituum aſſertoribus adacti profitebantur, Sinenſes non cælum illud materiale, ſed ſub cæli nomine Deum verum adorare, eosque nec a Confucio, eorumque Majoribus, nec in ſacrificiis oblatis ullum bonum ſperare: Eapropter eorum nonnulli palam teſtabantur, ſe duntaxat intendiſſe, quod *Chriſtiani* cælum non adorent &c. alii ſe nequidem lecta juramenti formula, ſubſcripſiſſe, alii illius ſenſum non comprehendiſſe, ſed ad aliorum ſollicitationem juraſſe, cum ipſis ſuggeſtum fuiſſet, ſe ſecus letha-ter peccaturos, eoquod ſua repulſa ob-tius Miſſionis Sinenſis excidium pro-moturi eſſent: alii denique aperte pe-jurii ſe reos declarabant. Sub idem ferme tempus Patriarcha ad Sinen-Imperatoris alloquium admiſſus, eo-dem rogabat, ut ſupremum omni-Miſſionum Præpoſitum in Urbe Pe-nenſi conſtitui, permittere velit: Ha-petitio, inquit Jeſuita Anonymus ſ-ctor præfatæ relationis, minus acce-videbatur; potuiſſet enim Imperat-ſuſpicionem ingerere, perinde ac ſi P-in Imperii Metropoli quemdam jur-

dictione non modo in Missionarios, sed in omnes Christianos subditos prædi- tum constituere intendisset: Eapropter Turnonio hanc petitionem fuisse denegatam, ipsum vero, quod hæc repulsa in Jesuitarum officina fuisset absdubio fabricata, incautius coram Mandarinis effutiisse, narrat præfatus Author; indignationem inde conceptam dissimulabat Imperator, ad vindicandum tamen Jesuitarum honorem palam dicebat, „eos nunquam hono„rificum ejusmodi officium expetiisse, „cum id aliunde parum eis ad augen„dam existimationem & gratiam, qua „in Aula pollent, conferret, quocirca „Jesuitis præcepit, ut coram Patriar„cha palam declararent, se hanc digni„tatem ultro oblatam, nunquam ac„ceptaturos:„ Postquam vero Turnonius a Cæsare petebat, ut saltem Maigrotum Cononensem Episcopum Peckini subsistere, eo fine permitteret, ut hic Imperatoris, summique Pontificis Internuntium agere posset (*). Imperator a Jesuitis, qui Cæsaris responsum ad rituum explicationem ab eis factam, Romamque missam a Patriarcha comprobari, desiderabant, sollicitatus, hunc Epi-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

(*) Hucusque cuncta relata sunt ex illo Jesuita allegatæ relationis Authore.

Sæc. XVII. A. C. 1706. Episcopum ad se accersiri jussit: Hi ergo unacum Francisco Gueti Missionario ad Aulam delatus, P. Antonium Beauvollier Jesuitarum Procuratorem Virum Sinicarum rerum expertissimum obviam habuit (*) quo præsente natu major Imperatoris Filius ex Ap pianio Interprete sciscitabatur, qu hic homo esset, eo autem respondente Maigrotum esse, Regius, spurius tamen hic Filius ex Concubina natus, ajebat: *novi famosum hunc perturbatorem, ad audenda quævis projectum.* Post lopost quidam Mandarinus Imperatoris nomine Maigroto injunxit, ut cuncta quæ in Confucii doctrina legi Divinæ esse contraria censeret, scriptotenus exponeret. Hic ergo jussis obtemperans, ex Canonicis Sinensium libris quinquaginta textus fidei Catholicæ adversos conscripsit, ac unacum ejusdem fidei explicatione sequentem adjunxit protestationem: „Hoc mane quo„dam Mandarinus nomine *Ciao* exhi„buit mihi mandatum Imperatoris, qua„eidem doctrinæ Confucii articulos „legi Divinæ repugnantes scripto tra„dere jussus sum: cum autem perfun-

(*) Hic Jesuita postmodum contra ritu Sinenses & Societatis opinionem acriter nec minus quam solide calamum suum exercui

„ſum habeam, hoc mandatum a Jeſuitis, „quibus in rebus religionem Chriſtia- „nam concernentibus ad Imperatorem „& gentiles Sinenſes recurrere, ſo- „lemne eſt, impetratum fuiſſe, id vero „non ſine magno Religionis Chriſtianæ „dedecore ac damno fieri haud poſſe „credam, hinc præſentibus PP. Joanne „Franciſco Gerbillonio & Dominico „Perennin Jeſuitis, & Ludovico An- „tonio Appiani, & Franciſco Guetti „proteſtor, me hoc facinus execrari „tanquam religioni Chriſtianæ injurio- „ſum, & haud abſimile illi Donatiſta- „rum, qui reclamantibus Catholicis „ſuam cauſſam ad Conſtantinum Im- „peratorem devolventes, eam ab eo „dijudicari petebant: Hanc ergo meam „proteſtationem præſente etiam Patri- „archa Antiocheno Viſitatore Apoſto- „lico &c, innovandam cenſui, eamque „nunc innovo. Inſuper præſente eo- „dem Patriarcha declaro, quod ſi eo „permittente, atque ex majoris mali „metu Confucianæ doctrinæ articulos „legi Chriſtianæ magis contrarios Im- „peratori ſim traditurus, hanc cauſſam „ad eum devolvere, aut illum pro Ju- „dice agnoſcere, nullatenus intendam.„

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Hanc Maigroti declarationem Tur-nonius die prima Julii recepit, qui majora mala præpediturus, textus ab eodem

Sæc. XVII. A. C. 1706. eodem collectos Imperatori tradi, per- misit quidem, Jesuitis vero sub inte- minata anathematis pœna, & Sede Apostolicæ indignatione per P. Gerbi- lonium Gallorum Jesuitarum Superio- rem interdixit, ne de controversis ri- bus coram Imperatore, vel ejus Mi- stris disputare, ac fidei causam judi- cio gentilium subjicere præsumerent. Eadem adhuc die P. Antonius Thom Lusitanorum Jesuitarum Superior, altera die P. Gerbillonius Patriarch convenere, petentes, ut coram Imp ratore de controversis hisce ritibus d sputare ipsis liceret: id rursus sub i dem pœnis inhibuit Patriarcha.

Paulopost Mandarinus quidam M groti textus Imperatori tradidit, m gna admiratione defixus, quod h Episcopus, quem ejus adversarii t quam ignorantissimum hominem d pinxerant, intra exigui temporis a gustias tot, tamque congruos tex colligere potuerit: His perlectis ip met Imperator fatebatur, quod n modo hi, sed plures adhuc alii tex Divinæ legi oppositi in Confucii s reperirentur, eorumque Scriptores quaquam Dei legem, sed duntaxat num Imperii regimen respexiss Mandarini quoque sæpius Turnonio gnificarunt, quod Imperator contr

verſo huic negotio haud ultra ſeſe in- Sæc. XVII.
gerere decreviſſet: Attamen Beauvoil- A. C. 1706.
lerus clam contra Maigroti textus libellum Imperatori porrexit, in quo eosdem textus cum fide Catholica conciliare conatus, nomine *Xangti* & *Tien* verum Deum ſignificari ajebat, necnon ſacrificia, ceterosque ritus tanquam innocuos explicare ſatagebat, ſimulque Maigroto, quod circa controverſos ritus in arenam deſcendere declinaret, exprobrans, Imperatorem excitabat, ut doctrinas Sinenſium ritibus oppoſitas doceri prohiberet, eoquod ipſemet in ſuis libris dixiſſet, quod *ſuis Superioribus obſiſtentes, turbarumque & ſeditionum Auctores plerumque Spirituum & geniorum nominibus ad ſeducendam multitudinem inſenſatam utantur, ac propterea prima Sanctorum Virorum cura eo abierit, ut opiniones Eterodoxas diſſeminari prohibeant, prudentesque Imperatores tanquam rem oppido neceſſariam commendarint, ut noxiis doctrinis obex ponatur.* Inde vero inferebat Beauvoillerus, quod omnes doctrinæ Confucio, ejusque ritibus oppoſitæ in Sinis haberentur pro *Eterodoxis* & *noxiis*, tandem vero Imperatorem rogabat, ut hanc controverſiam decidere dignaretur.

Sæc. XVII.
A.C. 1706.

## §. CXXI.

### *Maigrotus Turnonii Vicarius Generalis in vincula conjectus.*

Die prima Julii Imperator pro more suo in Tartariam proficiscebatur, comitantibus eum tribus Jesuitis PP. Pereyra, Antonio Barros, & F. Paramino Laico Chirurgo, qui insuperhabito districto Turnonii interdicto, librum Beauvoilleri Imperatori obtulerunt. Hic ergo protinus per Mandarinum *Ciao* præcepit, ut Maigrotus, PP. Thomasus, Perennius, Beauvoillerus Jesuitæ, & Ludovicus Appiani, Guettius, & Angelita Turnonii Secretarius in Tartariam ex Urbe Pecki-nensi contenderent: Igitur unaomnes sese die vigesima octava Julii itineri accingunt, pridie tamen Maigrotus coram Turnonio rursus protestabatur, se nonnisi vi adactum, & Regiis mandatis obsistendo imparem ad Imperatorem venire; sibi enim persuasissimum esse, quod hujus controversiæ decisio non ad Principem gentilem, sed ad solam sedem Apostolicam spectaret.

Vix Maigrotus advenerat, cum ad Imperatoris alloquium admissus, coram ejus throno genua flectere jubeatur, declarante Imperatore, quod Tu-

seu *Calum* apud Sinenses idem sit, ac *Deus* apud Christianos, nec ritus & obsequia Confuccio, & defunctis Majoribus præstari solita legi Divinæ adversentur: postea ad Maigrotum conversus dixit: *num tibi sensus idem est?* respondente autem eo, hanc decisionem Sedis Apostolicæ judicio adversam esse, nec se posse in rebus fidem concernentibus ab ejus sententia recedere, tum convitiis, omnique contumeliarum genere a Mandarinis affectus est, ac postea in vincula conjectus, demum velut idiota, eoquod coram Imperatore de rebus fidei disputare subterfugisset, regio edicto declaratus, Mense Decembri e Sinarum Imperio unacum Joanne Mezafalce Apostolico Provinciæ *Ca-Kiang* Vicario, & Guettio alapis, verberibus, calcibus innumerisque injuriis per decem dies excruciato exulare jussus est: duo vero Christiani, qui Turnonio a secretis fuisse accusabantur, necnon Joannes Sacerdos, quem Patriarcha pro erudiendis in Christiana doctrina pueris nominaverat, quadraginta fustium ictibus tundebantur, postea in Luxotungi Provinciam relegati, ac denique Appianius sub obtentu, quod Succiveniam Provinciam turbasset, fædo carceri inclusus est, etsi ipsimet Mandarini datis ad Imperatorem literis

Sæc. XVII. A. C. 1705.

Sæc. XVII A.C. 1706. testati faissent, quod hic Missionarius nullas turbas concitasset, nec unquam ex hac Provincia ejectus fuisset: Hæc supplicia decernebantur, promulgato Imperatoris edicto, quod mox re- remus.

## §. CXXII.

### *Turnonii epistola ad Maigrotum.*

*Fatinell. l. c.* Postquam Turnonius ab Aula die vi- gesima tertia Augusti Cantonum juxta Imperatoris mandatum profici paraverat, prius ab eodem ampliu cunctas Missiones lustrandi veniam o- tinuit, qua tamen postmodum re- cata, nonnisi in itinere obvias visi permissus est: Nondum ad Canton- sem urbem appulerat, cum Maigrot Episcopum acerbissimis vexationibu contumeliis atque injuriis affectum insuper vinculis adstrictum atque Imperio exulare jussum comperit quapropter die sexta Octobris ex u Lin-Chin ad eundem tanquam lab rum & passionum socium, atque A tesignanum has dedit literas:

„Inter navigationis otia mente „pius revolvens ea, quæ posteriori „Mensibus ante meum discessum isthi „præter exspectationem contigeru „nescio an doloris vel gratulatio

„Officiis ad Dominationem tuam illuſt- Sæc. XVII.
„riſſimam animum meum conver- A. C. 1706.
„tam. Flendum quippe eſt ſuper Epi-
„ſcopo pro religione captivo; non tam
„propter captivitatem, quam propter
„perſecutionem, & eo amarius, quo
„magis inauditum, quod pro cuſtodi-
„bus habeat ſuos Accuſatores, hosque
„Religioſos. Sed ubi Spiritus Dei,
„ibi libertas; cum gaudio legimus bea-
„tos, qui propter veritatem & juſtitiam
„perſecutionum ſuſtinent tormenta.
„Horreſcent aures piæ audiendo, quod
„Eccleſiaſtici Paſtores a ſuis provocen-
„tur Adjutoribus ad gentiles, tan-
„quam ad Judices de arcanis Chriſtia-
„næ legis; & quidem concitato prius
„iſtorum odio ad fraudes & injurias
„non minus in Religionis, quam Epi-
„ſcopalis Dignitatis contemptum. Quæ
„enim Participatio Juſtitiæ cum iniqui-
„tate, aut quæ Societas Luci ad te-
„nebras? Neglecto tamen perſecutionis
„auctore nonne exultans canit Eccleſia:
„ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu
„conſilii, quoniam digni habiti ſunt,
„pro Nomine Jeſu contumeliam pati,
„quæ igitur Eccleſia Dei ſacra Exul-
„tatione commemorat, cum mærore
„tractabimus? Etenim pro Nomine
„Jeſu patitur, qui pro gloria & Sancti-
„tate Evangelii convitia reportat, atque

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„ad vindicandum divinum cultum a
„inquinamentis superstitionum, &
„verbis mendacii legitime certat, nul
„molestiarum aut injuriarum affec
„territus. Qua sane laude Zelus D
„minationis tuæ, Apostolico Brevi m
„per a me allato, non tam comme
„datur quam præmunitur. Quoni
„hominum figmento ea tibi poterit e
„quam auferri?„

„Dicere lætanter potes: locuti sun
„adversum me lingua dolosa, & se
„monibus Odii circumdederunt me
„cumque loquebar illis, impugnabu
„me gratis, gratis siquidem, qui in
„crimine impugnaris, qui impugnar
„ut noxius, cum sis in confessione la
„dabilis. Sed qui insurgunt in te, co
„fundentur, & videbis Sapientes
„eorum stultitia comprehensos; jam
„autem lætabitur, scriptum est enim
„perdam Sapientiam Sapientium
„Prudentiam prudentium reprobab
„Si quæ vero Prudentia est damna
„lis, ea utique, qua per vim & infidi
„vitia sua tegere, noxia pro bonis
„falsa pro veris ostendere quidam
„tuntur; & quæ si dicerentur, a se fac
„puderent, per alios subdole patra
„gloriantur.„

„Inauditum sane consilium in me
„tem cadit istorum prudentum, p
„bar

„batæ ſcilicet vitæ teſtimonia, non ope- Sæc. XVII.
„rum præſtantia, ſed minarum vi & A. C. 1706.
„vexationibus exigendi a Viſitatore
„Apoſtolico, & ab eo extorquendi, metu
„humanæ Poteſtatis interpoſito, ut
„integerrimi Epiſcopi famam eorum
„damnatis Praxi & opinionibus infenſi,
„calumniis inficerent apud ſummum
„Pontificem. Nonne in his confunde-
„tur eorum Stultitia? Hujus etiam
„Naturæ eſt tartarica illa expeditio;
„qua ad novum violentumque Domina-
„tionem tuam traxere certamen, in
„quo Victor remanſit captivus; in quo
„vulnera non pectori, ſed animæ, quo
„acerbius, eo glorioſius, fuerunt in-
„flicta; in quo denique fratres habuiſti
„aggreſſores, & Paſſionum compartí-
„cipem, quod jure ſperabas ultorem.

„De hoc utique ego ſemper in Do-
„mino gloriabor, quia hæc eſt vera
„fraternitas; & ſi gloriari oportet, quæ
„infirmitatis meæ ſunt, gloriabor gau-
„dens, quod nos infirmi, illi autem
„potentes. Atque utinam ſicut fui
„contumeliarum particeps, ita ſim &
„Præmii per virtutem illius, qui pro
„peccatis noſtris ſeipſum obtulit ho-
„ſtiam immaculatam in abundantia mi-
„ſericordiæ, & eſt merces noſtra ma-
„gna nimis ex dono promiſſionis.„

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„Gaudemus igitur in hac sanct
„exspectatione, in multo tamen fateor
„experimento tribulationis, est gau-
„dium meum, cum cogito ad grave
„difficultates in hac Missione aucta
„Evangelicæ prædicationi & Apost
„licæ Sedis mandatorum executio
„ex temere ibi gestis & ab Imperato
„procuratis, super quibus non habe
„requiem spiritui meo, quamvis nihi
„mihi in his conscius sim. Ea enim qu
„ad religionem, ad caussam Dei (a qu
„tua est indivisa) atque ad Pontificia
„potestatem spectant, corde satis impa
„vido, ni fallor sustinui, quantum m
„fragilitas, & rerum conditio permi
„quæ mea sunt, contempsi, quæ reg
„minis, omnibus notum est, quan
„pro meo munere obeundo, sim pa
„sus. Jam vero desperate agentiu
„furorem quæ rationum vis, quis p
„næ timor, quæ potestas cohibere v
„leat? Omnia perperam adhibui. A
„infligendis censuris abstinuisse non
„pœnitet; saltem ut in illius cedat p
„dorem, qui haud pridem ex cau
„longe levioribus, quam ipse sit reu
„fratres suos ejusdem Societatis vita
„dos enuntiare præsumpsit usque a
„aulæ Peckinensis murmurationem
„derisum, qui in suos semper latran
„cum jam in alios dentes acueret, se

„cat

„catulo ab Imperatore merito fuit com- Sæc. XVII.
„paratus. Sed potiſſimum, quia rei A. C. 1706.
„Chriſtianæ hujus Miſſionis in tanto
„diſcrimine poſitæ ne quid deterius con-
„tingeret, manſuetudine magis quam
„pœnæ rigore erat conſulendum. Omnia
„ſiquidem quemadmodum Dominatio
„tua experta eſt, effrenate ad Imperato-
„rem deferebantur, ubi crimina tutum
„inveniebant ſub tanto Patrono Præſi-
„dium, per fas & nefas eos defen-
„dere volente, per quos periculum im-
„minebat, prout ſæpius a regiis præ-
„fectis audivi declaratum, per vim ſol-
„vuntur jura regiminis, nullaque po-
„teſtas, ubi nulla vivendi ratio, & cum
„hujusmodi naturæ hominibus patien-
„tia vincendum eſt, animadverſio quip-
„pe utilior plerumque graviorque red-
„ditur cunctatione; At vero emenda-
„tionem quæramus, non pœnam. Ro-
„gamus Dominum Meſſis, ut alios mit-
„tat Operarios in vineam ſuam, vel
„ipſos, ſi ſperare licet, ad meliorem
„revocet frugem. Non clamemus,
„*utinam abſcindantur, qui nos conturbant,*
„ſed potius oremus Deum, ut nihil
„amplius mali faciant, non ut probati
„appareamus, ſed ut boni ipſi effi-
„ciantur.„

„Interim vero abſens quidem cor-
„pore, ſed ſpiritu præſens ad Domina-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„tionem tuam invidis gratulationibus
„convertor, de hoc quod ex adeo juſtâ
„cauſſa pro glorioſa ſcilicet Eccleſiâ
„non habente maculam aut rugam ita
„violenter detineatur, non tam ad ſup-
„plicium, quam ad coronam. Nos
„etenim ſeu protracta occaſio fortitu-
„dinem ſuam probandi æmulatione pa-
„tius digna eſt, quam commiſeratione.
„Ego ſane vehementer optarem illi ad
„eſſe Adjutorem & non minus pati-
„num ſocium, quam conſolatorem
„quæ abundat in omni tribulatione no-
„ſtra per Chriſtum, pro quo, licet in
„dignus, legatione fungor. Ac pro-
„pterea invideo ſortem Joannis Cas-
„chiſtæ, Viri de Miſſionariis jam pa-
„dem bene merentis, qui pro me in
„tentioni Dominationis tuæ fuit re-
„auctus, ut injuriæ fierem conſors, no-
„meriti: libenter tamen audio de e-
„quod hæc conſtanti animo ſeni
„exemplo Dominationis tuæ procu-
„dubio confirmatus. quandoquidem i-
„mitatis virtus in hujus Miſſionis No-
„phytis perquam raro invenitur. Ea
„plurimum ſaluto in Jeſu Chriſto, e
„charitati tuæ commendo.„

„De cetero confortamini in Domi-
„& in potentia virtutis ejus corrobo-
„mini; nam vereor, ne plures adi-
„& quidem graviores Dominatio-
„tuæ

„tuam expectent tribulationes, cum „modo ea sit ibi inter amaritudines „omni humano solatio destituta. Sed „jam non est parvulus fluctuans, qui „circumferri possit omni vento Doctrinæ „in nequitia hominum, & in astutia ad „circumventionem erroris, & fidelis „Deus non patietur Eam tentari super „id, quod potest, sed facere etiam cum „tentatione proventum, ita ut ea ma„jori, qua inter catenas Apostolus ute„batur scribendi libertate, dicere poterit „Dominatio tua: *Charissimi, nolite jugum ducere cum infidelibus*, nolite noxiis „eorum operibus assentiri; nolite dare „ullam offensionem, ut non vitupere„tur Ministerium nostrum. Et utinam „in sancta & religiosa animi simplici„tate hæc audirentur ad correptionem, „non ex invidia sed ex charitate pro„lata? Verum quis etsi auctoritate pol„lens, eos monere potest de peccato, „quin statim hostis reputetur, & ex eo „damnabilis? Omnis igitur fiducia no„stra est per Christum, a quo nos spero „futuros innoxios, quemadmodum a „tantis periculis nos eripuit & eruit, „& in quem speremus, quoniam & „adhuc er piet, adjuvantibus vobis in „orationibus pro Nobis: in meis, etsi „ex infirmitate contemptibilibus non „cessabo memoriam vestrum habere;

Sæc. XVII. A. C. 170.

„&

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„& hic interim in osculo sancto fraterni „amoris Dominationem tuam am„plector.„

## §. CXXIII.

## *Duo Jesuitæ ab Imperatore Roman ablegati.*

Sub idem tempus Imperator ad Jesu tarum preces PP. Barcosium, A Beauvoillerum Romam ablegabat, u Pontificem ad revocandum suum de cretum contra Sinenses ritus editum novumque juxta Societatis mentem promulgandum inducerent, & quam vis, ut memoravimus, ipsemet Impe rator Sabinum Mariani a Turnonio no minatum ad dona summo Pontifici Romam perferenda selegisset, & P. Bou vetus duntaxat velut Interpres hujus Legatum comitari permissus esset, n hilominus idem Pater se solum tanquam Legatum ab Imperatore decretum es dicebat, atque a Sabino claves, q stamque, cui dona erant inclusa, rep tebat: utrumque vero, jubente Tur nonio, restituit Sabino: ubi vero ambo Peckino Cantonum pervenerant, Man darini Bouveto velut primario Impe ratoris Legato præcipuos deferebat honores. Hoc comperto Turnonius Bouveto in mandatis dedit, ut Legat tit

*Vid. supra pag. 334.*

titulum deponeret, clavesque & dona Sabino consignaret: Haud diu hæc contentio Imperatorem latebat, qui graviter inde offensus, acerbis admodum literis P Bouveto hanc temeritatem exprobravit: Hic quidem ad hanc epistolam responsum dedit, quo tamen tantopere Imperator ad iracundiam provocabatur, ut dona & Legatos revocaret (*).

Sæc. XVII. A. C. 1706.

§. CXXIV.

(*) Ita rem narrat Franciscus Gonzalez pag. 64. cum pluribus aliis Scriptoribus: Jesuita autem Anonymus in sua relatione ait: quod Imperator Sabinum a Turnonio electum tanquam Legatum Romam decreverit, mutata autem sententia P. Bouvetum selegerit, qui ejus nomine tanquam Minister dona perferret. Turnonius vero hunc Patrem nonnisi tanquam Interpretem vel Sabini socium admittere voluerit, & quamvis mandati literæ nomen Bouveti continerent, & Mandarini eidem dona, necnon claves ad cistam consignassent, Turnonius tamen eidem præceperit, ut literas & dona Sabino redderet. Paruit ille, arrepto autem itinere Mandarini, qui ambos Peckino Cantonum comitabantur, Bouveto primos honores tanquam unico Imperatoris Domini sui Legato præstari curarunt. Ea res Turnonii Auditori Romaenum movit. indeque orta dissidia, quæ aucta

Sæc. XVII. A. C. 1706.

## §. CXXIV.

## *Imperatoris Sinenſis edictum contra Maigrotum, & Turnonii Miniſtros.*

*Gonzalez relat. Perſec. p. 80.*

Tam impotenti rabie Imperator [illegible] Maigrotum, Turnonii Miniſtros cunctosque, qui ejus deciſioni circa ritus controverſos non acquievere, [illegible] multuabatur, ut contra eos ſequens promulgaret edictum, ac Jeſuitis præciperet, ut illud quantocius ad Dominicanorum Superiorem transmitterent. Die igitur trigeſima Decembris PP. Antonius Thomas, Vice - Provincialis & Joannes Franciſcus Gerbillonus Generalis Sinenſium Jeſuitarum Gallorum Superior Peckino præfatum edictum, quod ab Imperatore emanatum [illegible] hos

---

aucta fuere Turnonii mandato, quod Bouveto per ejus Superiores tradi volnit, [illegible] cepitque, ut Bouvetus Legati titulum abdicaret, Oratorisque honorem Sabino cederet, quo audito Imperator ira commotus, [illegible] Mandarinos Cantonum decrevit, qui Domum literas ad Papam datas repeterent: gravem inſuper indignationem Imperator exeret contra Turnonium, & etiam contra Jeſuitas eoquod de hac contentione eum tempeſtive non admonuiſſent. Hæc ille.

bant, ad eos transmiserunt, unacum alia epistola, cui ambo Jesuitæ sua apposuere nomina. Edicti autem tenor erat sequens: Sæc. XVII. A. C. 1706.

„Cum natu maximus Imperatoris „Filius, necnon Mandarini *Hasken & Ciao Ciang* responsa *Yen Tangteng* (a) „aliorumque ad Imperatorem detulis- „sent, sua Majestas Regium hoc edi- „ctum promulgavit: *Yen Tang*, *fang- ceu*, *Honato* (b) in sua agendi ratione „sunt homines turbidi, talisque genii, „ut illos diutius in Provinciis morari, „nullatenus concedi possit. Tradantur „ergo militari Curiæ, quæ cuidam „Mandarino negotium dabit, ut eos „quantocius Cantonum deducat, inde „vero abstractos *Zungtu* (c) & Pro- „Regi consignet, ut illos Macaoum „transferri curent, & nullo pacto per- „mittant, ut vel unquam in Sinense „Regnum pedem referre possint. Cu- „rent insuper, ut deinceps sedulo in- „vestigetur, utrum Europæi, qui apud „vos sunt, *Piao* (d) sint muniti, sique „ejus-

(a) Ita Sinice vocabatur Cononensis Episcopus.

(b) Scilicet idem Episcopus, & Guetti, ac Mezzafalce.

(c) Seu supremus Præfectus.

(d) Id est. publicæ securitatis literis.

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„ejusmodi literas habent, libere per-
„transire permittantur, eos tamen
„qui illis destituti sunt, *Zungtu* (e)
„& Pro-Reges in Sinis morari non per-
„mittant. Præterea si deinceps nova
„Europæos advenire contigerit, rati
„ad Aulam transmittantur, ubi decer-
„netur, an eis commeatus literæ
„concedendæ. „

„Denique declaramus, quod P
„*Tieng Siang* (f) in Succivenia Pro-
„vincia turbas excitarit, hinc crimi-
„nalis fori Prætor nominetur, qui pra-
„fatum hominem ad hujus Provinciæ
„Pro-Regem omni festinatione condu-
„cat, eumque suæ potestati tradat: Pro
„Rex vero discussa ejus causa, scripto
„tenus nobis desuper rationem reddat.
*Vuang Kiao*, *Kucé*, *Cin Ciu* (g)
„homines sunt inquieti, & odio digni
„in patriam suam non revocandi: Tra-
„dantur ergo criminali foro, & pos-
„quam quadraginta flagellorum ictibus
„castigati fuerint, conducantur ad
„pos-

(e) Vel supremis Præfectis.

(f) Ita Sinica lingua nominabatur A-
piani.

(g) Hi erant duo illi Christiani, qui P
triarchæ a secretis erant, unacum ejusde
Patriarchæ Catechista & PP. Varo ac Trigo-
roso Dominicanis.

„premum armorum Præfectum in Pro- Sæc. XVII.
„vincia *Leao Tieng* conducantur, qui eos A. C. 1706.
„in quodam loco incluſos teneat, nec
„eis huc illucque vagandi libertatem
„concedat: *Kieng Kuci Piao, & Li-i-feu*
„(*h*) eorum cauſſa jam deciſa, in pa-
„triam ſuam revertantur. Datum An-
„no 45. Xangti, 3. die Lunæ unde-
„cimæ.„

Prætenſum hoc Imperatoris edictum, ut memoravimus, ambo Jeſuitæ ad Dominicanos transmiſerunt unacum hac epiſtola.

*Plurimum Reverende Pater!*

„Edictum nuperrime nobis ab Impe-
„ratore traditum Reverentiæ veſtræ
„ſubmittere, non ſine extremo dolore
„cogimur. Hujus præcipua cauſſa ex-
„ſtitit Cononenſis Epiſcopus ſua oppo-
„ſitione, qua Imperatoris, qui ore & ca-
„lamo

(*h*) Hi erant duo Takienſis Provinciæ literati, qui Patriarcham idiomate Sinico inſtituebant, horum primus, ut concubinam ducere poſſet, Chriſti fidem ejuravit, qui interrogatus, cur Patriarcham Confuccio ſeſe opponere docuerit, reſpondit, ſe non Dei, ſed Confuccii legem ſectari, alter vero negavit, ſe Patriarchæ ejusmodi opinionem inſtillaſſe.

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„lamo veros doctrinæ & Sinensium li-
„terarum sensus ipsemet explicare li-
„gnatus est, decisioni sese subjicere re-
„nuit. Hac repulsa contra se, ceteros-
„que eo maiorem Imperatoris iram con-
„citavit, quo ignominiosius ipsamet
„Majestas sua, ejusque Aulici, dum
„eum circa idioma & characteres Si-
„nicos examinarunt, ignorantiæ con-
„victum confessumque repererunt: do-
„plici insuper ex caussa augebatur Im-
„peratoris indignatio. I. Ob varia,
„etiam calamo exarata Gueti respon-
„per Tartariam imprudentissime spar-
„inde enim occasionem sumpsit Im-
„rator suspicandi de quibusdam alii
„Missionariis, & huc citandi Melan-
„falceum. II. Ob testimonia quorun-
„dam Christianorum eo tempore in ca-
„ceribus detentorum, ex quibus erat
„famosus *Vuang Petrus*, qui de Missio-
„nariis plurima sibi cognita detexit, &
„præcipue ea, quæ Cononensis Episco-
„pus in Fockiensi Provincia annis pro-
„ribus egit. Hanc ob caussam Appia-
„nius fuit captus, atque in vincula con-
„jectus: Inde vero Imperator contra
„nosmetipsos indignabatur, eoquod e
„Cononensis aliorumque nomina, ea-
„rumque gesta celaverimus, ac pe-
„terea, quantumvis pro placando Im-
„peratore nil prætermiserimus, nostra
„pre-

„precibus & lacrimis haud amplius ob- Sæc. XVII.
„tinere potuimus, nisi quod Cononen- A. C. 1706.
„sis, & Guettius nec vinculis onera-
„rentur, nec tormentis subjecti crimi-
„nali traderentur Judici, a quo absdu-
„bio ad mortem condemnati fuissent.
„Sperabamus, Mezzasalceum absolu-
„tum, & sine molestia ad suam Eccle-
„siam remissum iri, ferunt tamen,
„Imperatorem offensum esse, eoquod
„in suis responsis declararit, se Cono-
„nensis opiniones nec approbare nec
„rejicere, ejusque partibus nec favere,
„nec adversari: Utut autem res se ha-
„beat, certum est, nihil acerbius nobis
„accidere, quam ea edicti verba, qui-
„bus omnes Missionarii, qui in Sinis
„mori volunt, pro ibidem morandi venia
„literas Regias habere jubentur, quan-
„tum hoc cunctis Missionibus noceat,
„probe perspicimus, id suæ Majestati
„humillime exposuimus, nostris autem
„precibus duntaxat obtinere potuimus,
„ut hæc verba nondum in Provinciis
„promulgarentur, & temporis induciæ
„concederentur, interea vero in Sinis
„morari cupientes Imperatorem adi-
„rent, & ejusmodi literas ab eo pe-
„terent.

„Hæc ipsa vero gratia nonnisi ea
„nobis durissima lege concedebatur,
„ut nobismetipsis incumberet cura e-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„dictum hoc quantocius cunctis Missio-
„nariis intimandi, eosque monendi,
„ut quamprimum fieri poterit, sese
„Imperatori sisterent, nisi confestim
„Sinis excedere malint. Incassum de
„omnium ceterorum Missionariorum fi-
„delitate sponsores nos exhibuimus;
„nobis enim hæc respondit: *minime
ignoro, in Provinciis esse Europæos
Cononensi Episcopo haud absimiles, qui tu-
multus in populo excitant, nostramque do-
ctrinam moresque, ipsis tamen incognitas
temere condemnant: Jam ergo, cum Vos
ceteri, ejusmodi turbatorum nomina mihi
indicare, pertinaciter recusastis, aliunde
vero Regnum meum ab ejusmodi hominibus
purgare, firmum, fixumque habeam, ut
unice mihi restat, ut ipsemet cunctos exa-
minem, ac dein, quos dignos reputavero,
retineam, ceteros repellam; ne unicum quo-
dem in Regno meo tolerabo, nisi compen-
tum habeam, quod nullas turbas sit con-
tatarus, nec unquam in Europam reve-
meditetur.*

„Hoc igitur Imperatoris edictum
„separata charta vobis transmittimus
„integra fide ex autographo per me
„Joannem Franciscum Gerbillonum ex
„lingua Tartarica in idioma latinum
„versum, nobis transmissum, & ad
„ipsomet Imperatore correctum: Ro-
„gamus R. V. quatenus cunctis sibi sub-
„ditis

„ditis edictum, hancque epistolam com- Sæc. XVII.
„municare, nosque desuper certiores A. C. 1705.
„reddere velit. Nec inconsultum erit,
„si illi, qui literas ab Imperatore præ-
„scriptas accipere cupiunt, exeunte
„proximo Mense Junio ad Aulam ve-
„nirent, eoquod Imperator singulis
„annis ineunte Mense Julio in Tarta-
„riam proficiscatur, ibidemque per
„quadrimestre morari soleat.„

„In tristi hac rerum vicissitudine
„haud exiguo nobis erit solatio, si Re-
„verentiam vestram amplecti, nostra-
„que eidem obsequia deferre poteri-
„mus: cetera, quæ calamo confidere
„haud consultum, R. V. in adventu suo
„percipiet: interim nos, nostrasque
„Ecclesias ejus precibus & sacrificiis
„commendamus.„

Igitur hoc edicto I. condemnabantur tanquam rebelles illi, qui ritus a Papa & Patriarcha damnatos fidelibus non permisere, II. nulli in Europam revertendi copia datur, ne Pontifex suæ definitoni repugnantes inde revocare valeat. III. Omnes adiguntur circa Confucii cultum, ritusque Sinenses amplecti opinionem illorum, qui pro licitis habent eos ritus, quos Ecclesia toties damnavit, ut proin solis eorum Assertoribus (exclusis ceteris omnibus) in Sinensi Regno tanquam

Sæc. XVII. A. C. 1706. Missionariis morari, hasque Missiones dirigere permissum sit. Ceterum Imperator alio edicto declarabat, se imposterum nullum Sedis Apostolicæ Legatum fore admissurum, nisi ejus subditis prohibitorum rituum usum concederet: datis etiam ad Papam literis idem Imperator petiit, ut Turnonium loco Virum sibi magis acceptum in Sinas mittere velit.

## §. CXXV.

## *Clementis XI. Constitutiones & epistolæ.*

*Bull. magn. Const. Clem. XI. pag. 39. Epist. Ejusd. pag. 399.*

Eodem hoc anno Clemens Pontifex Maximus variis licet, gravissimisque negotiis implicitus, Pastorali tamen sollicitudine in omnes casus extensa plures diremit controversias, propositaque dissolvit dubia, & primo quidem Agennensis Episcopus eidem exposuit, quod in sua Diœcesi plures etsi hæresin palam ejurarint, clam tamen eidem adhærentes, se veram eidem profiteri dicant, ac etiam cum juramento id spondeant, si matrimonium cum Catholica inire peroptant, etsi ante voluntatem nubendi raro, vel nunquam signa dedissent, se revera religionem Catholicam amplexos fuisse, & quamvis eorum nonnulli per an-

num

num, vel longius tempus probentur, Sæc. XVII.
sæpe tamen mox susceptо Catholice A. C. 1706.
Sacramento, statim a nuptiis Templum, fidem, & pietatis exercitia deserant, alii vero videntes, probationem suæ fidei requiri, sponsalia ineant, ac veluti conjugati una cohabitent, liberosque suscipiant: Circa hunc casum igitur Pontifex die vigesima tertia Februarii rescripsit, eos, de quorum sincera conversione haud leviter Episcopi suspicantur, non esse admittendos ad Sacramentum Matrimonii, sed tantum eos esse admittendos, qui post ipsorum conversionem seu abjurationem semper se tanquam Catholicos gesserunt. Die autem vigesima secunda Martii idem Pontifex equitibus Jerosolymitanis indulsit, ut in bellicis ipsorum Navibus Missam celebrari facere possint tranquillo mari, cæloque sereno, & assistente altero Sacerdote vel Diacono. Cum autem Wratislaviensis Magistratus novum vectigal super victualibus, quæ in Silesia publice veneunt, induxisset, hacque lege omnes etiam de Clero sæculari & Regulari obstrinxisset, Pontifex inde immunitatem Ecclesiasticam lædi ratus, die decima Aprilis Franciscum Ludovicum Comitem Palatinum Rheni, Ecclesiæ Wratislaviensis Administratorem hortabatur,

Sæc. XVII. A. C. 1706

ut omni ſtudio caveret, ne hujusmo
oneri Clerici ſupponantur. Innocu
autem Pontifici, quod peregrini Reli
gioſi ante aliquot annos in Viennenſe
urbem ſeſe receperint, extra ſui Ordi
nis Monaſteria vixerint, & cum laicis
& apud laicos aſſidue, & fors etiam
cum ſcandalo verſati fuerint, quæſi
colore, quod locus ipſis, tanquam ex
teris, facile non ſuppetat in Monaſ
riis dictæ civitatis, quæ ſuos alere
atque hoſpitari vix poſſent, hinc d
vigeſima ſecunda Maij Joſephum Im
peratorem rogabat, ut ſua auctorita
ſuffulciat Marcum Antonium Santinu
cui negotium dedit Pontifex, ut ſeſe
cum iis agat, ad quos pertinet, u
hi Religioſi debita charitate vel iſtic
vel alibi per finitimas Provincias a
Ordinum Superioribus excipiantu
Quoniam vero Religioſi, qui Jeroſo
mis ſacrum Chriſti Sepulcrum cu
diunt, indies a Turcis plus nimio v
xati ad nova tributa adacti fuerant, e
dem Imperatorem & Franciæ Regem
die decima nona Junii hortabatur,
per ſuos Oratores ab Aula Ottomani
obtinere ſatagant ad Turcicos Præſid
mandata, per quæ ipſi mitiores &
æquiores ſe præbeant Chriſtianis, co
cedantque, ut Chriſtiani ejusdem E
cleſiæ Tholum jam diu dirutum re
cu

cire, huncque in finem materiam ne- Sæc. XVII.
ceſſariam aggerere permittantur. Jam A. C. 1706.
anni evoluti die nona Decembris Joannes Philippus de Greiffenclau Herbipolenſis Epiſcopus Pontifici ſignificaverat, quod Philippus Erneſtus Comes de Hohenlohe diſpenſationem ſuper impedimento Ordinis Sub-Diaconatus, ut matrimonium cum Catholica inire poſſit, impetraverit, ipſe vero reipſa illud cum Friderica Albertina Comitiſſa de Erbach-Fürſtenau Acatholica contraxerit, nunc vero ſi hoc matrimonium declararetur irritum, gravia utrique familiæ incommoda, maximumque dedecus, proli vero inde ſuſceptæ perpetua nota, ac demum plurium Animarum ſaluti certa veluti pernicies imminere videretur: ad hunc caſum Pontifex die vigeſima quinta Junii hæc reſcripſit: *Etſi pro magnitudine ſpiritualis hujusmodi periculi, quod tamen propitio Deo averti poſſe exiſtimamus, Eccleſiæ Dei, Apoſtolicæ Sedis, Prædeceſſorum noſtrorum, ac Sacrorum Canonum a Catholicorum cum hæreticis conjugio abhorrentium Regulas, niſi id totius Chriſtianæ Reipublicæ bonum expoſcat, non transgredi, ac propterea petitioni hujusmodi per ipſos contrahentes Nobis humiliter oblatæ de Venerabilium Fratrum noſtrum S. R. E. Cardinalium, quibus in fidei cauſſis ſuppremi*

Sæc. XVII. A. C. 1706.

*Inquisitoris munus est demandatum consilio nequaquam assentiendum esse duximus, & nihilominus de pietate ac Zelo, deque eximia virtute Fraternitatis tuæ recte sentientes, ac probe omnino sperantes, fieri posse confidimus ope illius, qui facit ex tentatione proventum, ut lucrum ex ipsa difficultate captetur. Credimus enim Te omni studio daturum esse operam, ut ipsa dilecta Catholica Mulier, quæ animum non prorsus aversum a Catholica religione se gerere profitetur, hortatu demum tuo ad Sanctæ Matris Ecclesiæ gremium perducta, Apostolica se dignam benignitate præbeat. Aggredere igitur plenum meriti opus.*

Denique die secunda Decembris Pontifex ad implorandam Dei opem pro pace inter Principes Catholicos aliisque Ecclesiæ necessitatibus Jubilæum universale indulsit.

## §. CXXVI.

## *Variæ S. Congregationum decisiones & statuta.*

*Bull. magn. Part. II. pag. 409. Const. Cong. Rit. Episc. &c.*

Præter varia decreta, quæ Caspar summi Pontificis Vicarius Generalis Romæ de vita & honestate Ecclesiasticorum, ac præcipue de veste, & tonsura promulgavit, insuper die sexta Martii S. Rituum Congregatio decrevit, quod si Episcopus Titularis

fraganeus accedat ad Regularium Ecclesias ad celebrandum Pontificaliter, non debeant Regulares ei Baldachinum erigere. Eadem quoque Congregatio die vigesima Maij decidit, quod indultum sæpius per annum celebrandi varia officia v. g. de SS. Sacramento, non habeat locum in feriis Adventus, Quadragesimæ, quatuor temporum, Vigiliarum, vel feria secunda rogationum aut in Feria, in qua reponendum est Officium Dominicæ: nomine autem diei impeditæ intelligatur dies, seu festum duplex vel semiduplex translatum, & dies octavæ. Declaravit etiam, quod vi *solius* communicationis Regulares non possint addere in litaniis vel *confiteor* nomen S. Fundatoris, nec recitare officia & Missas concessas aliis religionibus: decidit quoque die vigesima secunda Maij, quod quandoque, ratione exiguitatis redituum Canonicalium, permitti possit in Collegiata, ut Missa Conventualis celebretur duntaxat diebus festis: Si vero festum S. Marci occurrat in feria secunda post Dominicam resurrectionis, & festum SS. Philippi & Jacobi in Dominica in Albis, tunc præferendum sit Officium S. Marci officio SS. Apostolorum. Præterea S. Congregatio Episcoporum die trigesima Octobris inhibuit, ne Moniales fenestellis, in

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII. A. C. 1706. in quibus S. Communio ministratur vel confessiones excipiuntur, pro colocutoriis abutantur, nec etiam Sacerdotes & Clerici in quibuscunque comediis interlocutorum partes agant.

## §. CXXVII.

### *Principum atque Illustrium obitus*

*Kettl. Dec. 5. pag. 344.* Inter Principes hoc anno defunctos præcipuus est Petrus Lusitaniæ Rex, qui morum suavitate, beneficentia aliisque tanto Principe dignis dotibus exornatus, die nona Decembris Ulyssipone anno ætatis suæ quinquagesimo octavo, Regni autem trigesimo octavo decessit. Successorem habuit Joannem V. Filium suum septendecim annos natum, cujus coronam Gallica factio secundo genito Petri Filio asserere incassum tentabat. Ibidem quoque die trigesima prima Januarii obiit Catharina Joannis Lusitani Regis Filia & Caroli II. Regis Angliæ Vidua, die autem vigesima septima Aprilis eodem anno, quo Josephus Bernardus vigesima septima Maij ex Ernesto Ludovico ejus Filio natus erat, Bernardus Mainungensis Dux annos natus quinquaginta septem, vivis erepta est. Pariter die quinta Maij defunctus mundo, renatus cælo est Friderico

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Christianus de Plettenberg Monasterienſis Epiſcopus pietate clarus, consilio providus, labore indefeſſus, animo in proſperis & adverſis immoto. Hic quoque Dei cultum, virtutis ſtudium, Cleri integritatem, populique ſalutem feliciter promovit, ſuamque Diæceſin fœderatis junctus a belli flammis intactam ſervavit. Idem fatum ſubiere Mauritia Febronia Maximiliani Philippi Bavariæ Ducis conjux, quæ die vigeſima Junii Tirckheimii mortua Monachii ſepulta eſt. Obiere demum Hieronymus Princeps Lubomirskius Regni Poloniæ Polemarchus, die vigeſima quarta Januarii Ludovicus Fridericus Haſſo-Darmſtadianus Dux Wratislavienſis & Colonienſis Canonicus die vigeſima quarta Februarii Guilielmus Daniæ Princeps, & die vigeſima ſecunda Aprilis Guilielmina Erneſtina Caroli Palatini Electoris Vidua Friderici III. Daniæ Regis Filia annos nata quinquaginta ſex.

## §. CXXVIII.

## *Deceſſus Scriptorum Catholicorum, eorum opera.*

Hic annus plurimis Scriptoribus Eccleſiaſticis omnino exitialis exſtitit, hos inter primus eſt Joannes Adrianus

*Graveſon Hiſt. Eccl. t. 8. p. 110.*

Sæc. XVII. A. C. 1706.

nus Bailletus Sacerdos Bellovacen vaſtiſſimæ eruditionis Vir, qui elega tiſſimum opus, cui titulus *Judic Eruditorum de præcipuis Scriptorum* conſcripſit, edidit etiam tractatum ſtoricum de infantibus ob ſuas luc brationes celebribus, alium de Sa ris perſonalibus, tractatum critic de iis, qui vocantur *Anti*, contra M nagii Anti - Bailletum & alium Scriptoribus ſub ementito nomi Vulgavit inſuper vitam Carteſii, H ſtoriam Hollandiæ continuatam, Grotius deſiit, ſub nomine de la N ville, tractatum de directione ani rum, diſcurſum de vita Sanctor Vitas eorum, Hiſtoriam de feſtis m bilibus, vitas Sanctorum V. T. Chro logiam & Topographiam Sanctor Regulas S. Stephani Grandimonten vitam Edmundi Richeri & Godef Hermandt Sorbonæ Doctorum, Hi riam controverſiæ Bonifacii VIII. c Philippo pulchro, & denique tra tum de devotione & cultu B. V. deb de cujus libri fato jam ſupra men nem fecimus: Obiit Bailletus Par die vigeſima prima Januarii anno æ tis quinquageſimo ſeptimo. II. Jo nes Baptiſta du Hammel Presby Oratorii, qui integrum Curſum The logicum, in quo Theologiam Scholaſ

*Abregé de l'Hiſt. Eccl. t. 13. p. 258. Niceron. t. 3. pag. 113. Du Pin nouv. Bibl. t. 17. pag. 285.*

*Vid. ſupra l. 66. p. 294.*

cam simul cum Polemica, Positiva & Hiſtoria Eccleſiaſtica utili fœdere conjunxit, & poſtea pro Clericorum Seminariis illius epitomen confecit: Elucubravit etiam diſſertationem contra privilegia Abbatiæ S. Germani de Pratis pro vindicandis Archiepiſcopi Pariſienſis juribus, commentarios in Pſalmos, & libros Salomonis & Eccleſiaſticum, & integram Bibliam vulgatæ editionis cum ſelectis notis, Prolegomenis, novis tabulis chronologicis & geographicis præter inſtitutiones Biblicas, & plurima Philoſophica & Aſtronomica. Vivere deſiit Pariſiis ſexta Auguſti die octogeſimo tertio ætatis anno. III. Antonius Maſſoulié ex Ord. FF. Prædicatorum, qui poſteris reliquit ſanctum Thomam ſui Interpretem, motiva pro condemnando libro Fenelonii, Meditationes ex S. Thoma de triplici via, purgativa, illuminativa, & unitiva, tractatum de amore Dei, ejusque vindicias contra Trivoltienſes Jeſuitas. IV. Nicolaus Toinard edidit novam concordantiam Græcam textuum quatuor Evangeliſtarum, & Notas latinas in Lactantii librum de morte Perſecutorum. Adſcribitur etiam eidem liber de N. T. verſionibus a Bouhours & Montenſibus factis. Obiit Pariſiis die quinta Januarii. V. Paulus

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII. A. C. 1706.

lus Pezron Ciſtercienſis Abbas, qu
typis vulgavit reſtitutam & contra Jo
dæos, novosque Chronologiſtas defe
ſam temporum antiquitatem, hunc
brum P. Le Quien Dominicanus &
Martinay Benedictinus refellere ni
bantur, Pezronus vero utrumque cu
futavit editis vindiciis, ſcripſit etia
commentarium literalem & Hiſtoric
in Prophetas Joel, Amos, Abdiam
Iſaiam, Hiſtoriam confirmatam ex
daica & Romana Hiſtoria, Antiqu
tem Nationis & linguæ Gallorum, D
ſertationes de antiqua habitatione
nanæorum, & de antiquis verisqu
mitibus Terræ promiſſionis. VI. G
lielmus Fillatre ex Ord. S. Benedi
Congregationis S. Mauri edidit tra
tum de jure Abbatum Fe - Camp
ſium quaſi Epiſcopali in triginta
Paræcias, diſſertationem de ver
*Mitra*, aliam de verbo *Oſca* pr
epiſtolas ad Mabillonium aliosque.
Valentius a Matre Dei Carmelita
calceatus ſcripſit tractatus de J
dictione, judicio Sacramentali,
cramentis, cenſuris, & irregularit
necnon expoſitionem propoſitio
Alexandri VII. VIII. & Innocentii
VIII. Sebaſtianus a S. Paulo Carm
vulgavit relationes contra Archiepi
pum Mechlinienſem ſuper cauſſa
hibit

hibitionum Theſium, exhibitionem errorum P. Danielis Papeprochii in notis ad acta Sanctorum, motivum juris pro hoc libello, appendicem ad hoc motivum, & libellum ſupplicem ad Innocentium XI. pro Ordine & antiquitate ſui Ordinis. Sæc. XVII. A. C. 1706.

## §. CXXIX.

### *Scriptorum quorumdam Acatholicorum obitus & opera.*

Ex Scriptoribus Eterodoxis hoc anno defunctis celebrior eſt Petrus Bayle, qui nimiæ curioſitatis, qua cuncta ad proprium captum metiri præſumpſerat, ſibique ad Deismum viam ſtraverat, pruritu, ac damnanda ſentiendi libertate inductus, non pauca contra ipſam Chriſtianam fidem, Dei pietatem & juſtitiam effutiit, ſuumque nomen nonniſi impietatibus, librisque perniciosis celebre reddidit, quapropter non modo a Saurino & Le Clerc promerita ferula cæſus eſt, ſed & multos alios ex ipſis Calviniſtis adverſarios habuit. Periit Roterodami repentina morte obrutus die vigeſima octava Decembris annos natus quinquaginta novem. Edidit criſin in Calvinismi Hiſtoriam P. Maimburgi, novas epiſtolas in eandem criſin. Novellas Reipublicæ literariæ, quæſtio-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

nem: Quid Francia sit omnino Catho-
lica sub regimine Ludovici XIV. Com-
mentarium in hæc Christi verba: com-
pelle intrare, responsum Neo - conver
ad Epistolam cujusdam profugi Cal
vinistæ, grave monitum ad exules Cal
vinistas de proximo eorum reditu
Franciam, refutationem Historiæ c
lumniosæ contra Jurieum, ad cujus
bri defensionem plures virulentas ed
dit epistolas. Vulgavit etiam varios tr
ctatus, Januam cælorum a Jurieo re
seratam cunctis religionibus, nova
hæresin in doctrina morali circa offi
proximi contra eundem, Dictionariu
Historico - Criticum, quod opus a
lumniis, obscænitatibus, mendaciis
impietatibus refertum est, in ejus vi
dicias Bayleus scripsit reflexiones
judicium Abbatis Renaudotii, epis
lam ad gesta Consistorii Rotherodame
sis &c. responsum ad quæstiones cujs
dam Provincialis præter plura alia
ternis tenebris digna. II. Jacob Ba
chard publici juris fecit tractatum
usu & abusu Philosophiæ in Theolog
examen indifferentismi & agonis
contra Calvinistas & Scholastico
III. Paulus Bauldri, scripsit in Lactan
librum de mortibus persecutorum, n
non Syntagma Calendariorum &
IV. Christianus Gryphius elucubra
trac

tractatum de Ord. Equestribus Sacris & profanis, apparatum de Biographis, de Macrobiis, & de literatis infelicibus, lectiones Sacras ad Evangelia Dominicalia, & nonnulla alia. V. Adam Cortrejus, prælo subjecit repræsentationem juris primarum precum, & corpus juris publici S. Romani Imperii Germanici. VI. Constantinus Wolfius publici juris fecit disputationem de ratione status in religione Pontificia, de Gallia Concilio Tridentino repugnante, de Curia Romana ab eodem Concilio abhorrente, de Photio Ephemeridum eruditorum inventore, & programata.

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ.

## LIBER CCXIV.

CLEMENS XI. PONTIFEX MAXIM.
JOSEPHUS I. ROM. IMP.

### §. 1.

### *Decretum Turnonii Patriarchæ Antiocheni circa Ritus Sinenſes.*

*Acta Cauſſarit. pag. 53. Gonzalez rel. de la Serſec. p. 96.*

Quamprimum Turnonius in Sinarum Imperio Pontificius Visitator ac Legatus comperer... quod Sinarum Imperator edicto ſuo... per promulgato omnibus Miſſionari... ut proxime Regiam Aulam accederen... præcepiſſet, mox primas eo curas ... tendit, ut omnes absdubio de ritib... Sinenſibus coram Imperatore, & Ma... darinis interrogandi in ſuis reſpon... concordes eandem doctrinam profi... rentur, nec eorum ullus hoſce rit... Romæ pro ſuperſtitioſis & Idololatric... habitos approbaret, aut ſe eos ſecu... ro...

rum ſponderet. Hunc in finem Nankini die vigeſima quinta Januarii ſequens condidit, ac die ſeptima Februarii promulgari juſſit edictum ad omnes Sinarum Regni Epiſcopos, Vicarios Apoſtolicos, & Miſſionarios directum: Erat autem illius tenor ſequens: Sæc. XVII. A. C. 1707.

„Quandoquidem audivimus Evangelicos Operarios accerſiri, de aliquibus ad ſanctam religionem noſtram ſpectantibus interrogandos, ut ſelectum dominici verbi Semen a noxiis Superſtitionum Oleribus publica Confeſſione ſeparare valeamus, utque ſimus unanimes Veritatis teſtes & Aſſertores; atque ſine ſcandalo errantium in invio, uno Ore & corde Deum glorificemus, qui non eſt Diſſenſionis Deus: inhærentes menti ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & deciſioni (de qua nobis conſtat) ab eadem ſuprema Sede, atque a SS. D. N. Clemente divina Providentia Papa XI. nuper emanatæ, poſt emenſa tot annorum ſtudia & labores, in examine controverſiarum hanc Miſſionem diu exagitantium, Regulam & legem certam, ab omnibus in poſterum obſervandam, pro muneris noſtri debito proponere, declarare & ſtatuere decrevimus, prout in ſubſequentibus reſponſis ad quæſita, quæ fertur eſſe facienda, cum ea ma-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

„jori, qua fungimur poteſtate, etiam „Legati de Latere proponimus, ſta„tuimus, & decernimus, & ab omni„bus Miſſionariis tam ſæcularibus, „quam regularibus cujuscunque Ordi„nis, etiam Societatis Jeſu, in hac „Miſſione obſervari mandamus.„

„Si interrogentur de Doctrina, legi„bus, ritibus, ſeu conſuetudinibus Si„nicis in genere, an illis conſentiant, „an permittant illos, aut illas non im„pugnare, nec contra ſcribere, aut „prædicare? Reſpondere tenebuntur, „quoad ea, quæ ſunt conformia Chri„ſtianæ legi, & cum ea licite, & rite „componi poſſunt affirmative; quoad „alia, negative.

„Si deinde interrogentur, quænam „ſint in Divina lege, quæ Sinarum Do„ctrinæ non ſunt conformia? Reſpon„debunt, plura. Et ad exemplifican„dum inducti; dicere poterunt pro li„bitu ea, quæ ſibi occurrent, de ſoli„tibus, de Sacrificiis, ſeu CI, quæ „fiunt Cælo, Terræ, Soli, Lunæ, Pla„netis, Spiritibus, Artium inventori„bus, & aliis. Cum ſoli Deo rerum „omnium conditori liceat Chriſtianis „ſacrificare, & ab eo proſpera quæque „& adverſa ſortiantur.„

„Si deſcendant interrogationes ad „CI, ſeu Sacrificia Confucii & proge„nito„

„nitorum, negative reſpondebunt: „non poſſumus illa facere, aut permit- „tere Divinæ legis cultoribus.„ Sæc. XVII. A. C. 1707.

„Item negative, quoad uſum Ta- „bellarum defunctorum progenitorum, „juxta morem Sinicum.„

„Item negative, ſi interrogentur, „an Xam TI, vel TIEN ſint Chriſtia- „norum verus Deus.„

„Si interrogentur, quare de præ- „dictis ita ſentiant? Reſpondebunt: „quia non componuntur cum cultu veri „Dei, & ita a ſuprema Sede eſt deci- „ſum, quæ eſt Regula infallibilis Chri- „ſtianorum in rebus fidei.„

„Si circa Tempus deciſionis? Om- „nibus ſit notum illam emanaſſe die „29. Novembris 1704.„

„Si demum dicatur, quomodo vo- „bis de hoc conſtat? Reſpondebunt, „nobis conſtat ex declaratione de hoc „facta a Patriarcha Antiocheno Supe- „riore noſtro, qui oracula ſummi Pon- „tificis in ſe habet, vigore ſuarum fa- „cultatum, & tenemur ei credere.„

„Et ita ex commiſſa Nobis, licet „immeritis, auctoritate Apoſtolica, e- „tiam cum facultate Legati a Latere, „omnibus & ſingulis Epiſcopis, Vica- „riis Apoſtolicis, locorum Ordinariis, „Miſſionariis, & Presbyteris tam ſæ- „cularibus, quam Regularibus, etiam

Sæc. XVII. A. C. 1707. „Societatis Jesu, in hac Sinica Missione
„existentibus, & in futurum extitur
„præcipimus, & observari mandamus
„sub pœna excommunicationis lat
„sententiæ, sanctæ Sedi Apostolicæ r
„reservatæ, & Nobis, ut ne quide
„sub prætextu cujuscunque privileg
„a summis Pontificibus concessi, etia
„Patribus Societatis Jesu, ab excom
„municatione possit quis unquam a
„solvi, præterquam in mortis articu
„ad quem solum effectum & non
„aliis casibus, & quatenus opus
„quodcunque privilegium hujusmo
„vigore specialis facultatis, qua ad
„fungimur, suspendimus & revocam
„sublata etiam facultate eludendi,
„aliter interpretandi hoc nostrum Ma
„datum, sub prætextu Decreti Al
„xandri fel. mem. Papæ VII. editi A
„no 1656. vel alicujus magni pericu
„Etenim ex speciali indulto, Apost
„carum Constitutionum interpreta
„& declaratio Nobis est commissa d
„Ac propterea declaramus, non o
„stante dicto decreto, aut quocunq
„gravi periculo ita ab omnibus in h
„Missione permanere, vel ingredi v
„lentibus, sub prædicta pœna ipso fa
„incurrenda esse tenendum, doce
„dum, & respondendum: cum ma
„mum Religionis & Missionis bonu
„pro

„proprie consistat in decore, & honore Sæc. XVII.
„Divinæ Sponsæ, quam Christus ac- A. C. 1707
„quisivit sanguine suo, & inconsutili
„veste contexit.„

## §. II.

### *Hujus edicti successus.*

Interim Missionarii quamplurimi, ut Imperatoris edicto morem gererent, ad ejusdem Aulam profecti sunt, cumque in Urbem *Hangceu* perveniissent, nuntiatum eis erat, quod jamjam quinque ex Societate Missionarii Imperatorem in urbe *Cingkiang* adeuntes, eundem de Patriarchæ edicto certiorem reddidissent, exponentes, quod Turnonius a Maigroto Episcopo seductus, Missionariis inhibuerit, ne ritus Sinenses, ut antea, profiterentur, sed Romanæ decisioni insisterent: Invisum erat Imperatori hujus Episcopi nomen; hunc enim tanquam unicum Pontificiæ definitionis Auctorem, defensoremque respiciens, ipsum quoque Legatum aversatus est, sibi persuasum habens, quod ipse Maigrotum pro aris & focis defendere intentus, hoc edictum unice Majestati suæ insultandi, ejusque jussis in faciem resistendi animo promulgasset. Sub idem tempus Franciscus de Georgiis & Petrus Herveus Presby- *Relat. cit. l.*

Sæc. XVII. A. C. 1707.

teri fæculares Imperatorem Nankin... regias literas petituri adierunt: Ve... rum a natu majori Imperatoris Fili... & Mandarinis in Aula non modo du... riſſimis verbis, injuriis, opprobriisq... excepti, ſed etiam apud Imperatorem... de ſeditione poſtulati fuere, ut eluc... ex ſequenti edicto contra eos emanat...

„Die octava lunæ tertiæ Ta Ve...
„Ye (*a*) & Ciangciu (*b*) Mandarinus e...
„familia *Ciang* Europæi *He Siven* (*c*) a...
„Urbe *Ciceu* morantis, & alterius Eu...
„ropæi *Xi Ti In* (*d*) urbem *Kieng Ho*...
„incolentis petita Imperatori expo...
„runt. Ex his *Xi Ti In* unacum *Ta*...
„(*e*) Sinas advenit, exiguo abhi...
„tempore in Sinenſium character...
„verſatus: *He Siven* illuc cum *Po Ho*...
„*XI* (*f*) illuc delatus, levem Sinic...
„libros legendi peritiam habet. I...
„terrogati ambo, an eorum doctri...
„cum doctrina *Li Matthæi* (*g*) conv...
„niat, necne, reſponderunt, eam ...

(*a*) Regulus territorii Peckinenſis.

(*b*) Hic erat ille, cujus opera in Eur... pæorum cauſſa adhiberi conſueverat.

(*c*) Herveus.

(*d*) Franciſcus de Georgiis.

(*e*) Turnonius Patriarcha.

(*f*) P. Beauvoillerus Jeſuita.

(*g*) P. Matthæus Riccius Jeſuita.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

„iis convenire, quæ ſolius verique Dei „cultum reſpiciunt, Matthæi vero do- „ctrinam omnino ab eorum doctrina „diſcrepare in illis, quæ Confucci cul- „tum & honores Majorum tabulis ex- „hibitos concernunt. Ad hæc eis dixi: „Veſtrum reſponſum eſt ſeditioſum & „rectæ rationi oppoſitum: Antiquitus, „omnique retro tempore & aliquot „mille annis ante Matthæi adventum „Sinenſis noſtra doctrina fuit bona, „eſſetque melior, ſi veſtrum nullus „huc veniſſet: Exiguum eſt Japoniæ „Regnum, nullus tamen veſtrum illuc „adpellit, niſi interficiatur, nec tamen „propterea Japones habent, quod ab „Europæis ſibi timeant.„

„Si deinceps veſtro reſponſo „tantopere ſeditioſo inſiſtitis, pariter „unaomnes comprehendi, necique dari „jubebo, dum enim vaſtum Imperium „poſſideam, quid mihi metuendum, „ſi vos trucidari jubeam? Intra quin- „que dierum ſpatium nulla mora ad „urbem *Kuang Tung* (*a*) contendite, „accedite Tolo, eique præſens edictum „noſtrum indicate, & ſi Tolo ejusmodi „ſeditioſos, & a ratione alienos ſermo- „nes habere non ceſſaverit, ipſe etiam „comprehenſus interficietur, ſi vero „vos

(*a*) Sinice ſic appellatur Urbs Macaonanſis.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

„vos ceteri Europæi Tolo mortem m
„turi arma sumpseritis, ipsus ego co
„tra vestros milites prælio decertab
„quamvis enim vestra regio a Sinae
„novem leucarum millibus distet, hu
„tamen venire poteritis, num eo
„vos debellare, mihi arduum er
„Permitto quidem, ut Europæi m
„Sinis agentes, non quidem relig
„nem prædicandi, sed virtutem ac
„rendi studio remaneant, vos a
„protinus recta ad Tolo pergite,
„unacum eo revertimini. Si vero
„temperare recusantes, & huc il
„que errantes proficisci cunctabim
„in vincula conjiciendi eritis, quap
„pter *Zung-tu* (*b*) & *Yven* (*c*) pr
„cipio, ut vos vinculis onustos
„*Tung* (*d*) deportent: Hoc edict
„meum honore debito prosequimini.

Hujus edicti severitas ceteros M
sionarios haud parum anxios redde
cumque Imperatorem jamjam U
*Hangceu* appropinquare inaudirent,
vigesima nona Aprilis datis ad P. B
vetum Jesuitam literis, quid agen
ab eo explorabant. Hic vero die
cunda Maij respondit, nil consul

(*b*) Id est, Gubernator Provinciæ.
(*c*) Seu Pro-Rex.
(*d*) Hic significat Portum Maconensem.

fore, quam si præprimis natu majorem Imperatoris Filium accederent, eique declarationem latino idiomate scriptam, & Sinensibus literis subscriptam traderent hujus formæ: *Ego talis Religiosus, talis Ordinis, talis nationis, hujus ætatis, abhinc hoc tempore Sinas ingressus sum, & habito in tali urbe hujus Provinciæ, Philosophiæ ac Theologiæ operam navavi, nec in Europam reverti desidero, atque in prædicatione sanctæ legis opiniones Matthæi Ricci amplexatus sum. Datum hac die Anno* 1707. Verum Missionarii his verbis: *amplexatus sum* addiderunt hæc: *in iis, quæ decisioni a sacra Sede Anno* 1704. *emanatæ non opponuntur.* Ea restrictione Missionarii tantam in se concitabant invidiam, ut eis proponeretur, quod nisi saltem quosdam ritus ab Imperatore præceptos admitterent, vel Imperatori sese minime sistentes clam protinusque e Regno excederent, vel nunquam Missionum functionem se obituros Imperatori pollicerentur. Verum Missionarii potius vincula, exilia, mortemque perpeti, quam probrosa adeo pollicitatione religionem prodere maluerunt. Eapropter undecim Missionarii, postquam Reguli jussu extra Palatii Aulam a Mandarino protrusi per integram diem calumniis & opprobriis, fame & siti, tempe-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707. tempestatumque injuriis vexati fuis-sent, intra quinque dierum angustias ex Urbe *Hangceu* excedere, & Cantonum quantocius petere jussi sunt, ut Europam transportandi. Altera die per P. Joachimum Bouvet suo sigillo & chirographo munitam schedam scribere, eidemque tradere jubebantur hujus tenoris: *Ego N. Nationis N. ætatis N. hoc anno tali Sinas veni, tot annis N. & loco N. ibidem moratus, spretam Imperatoris licentiam in Sinensi Imperio morandi, acceptare nolui, quia Europam reverti consultius censui, datum Hangceu die quartâ Maij*, cum autem præfati Missionarii, eoquod ipsos a Imperio diutius morari noluisse fallum esset, deletis hisce verbis subrogarunt hæc; *non potui recipere Imperatoris licentiam diutius morandi &c. quia me opinionibus Matthæi Riccii conformare licuit.* Quoniam vero hæc declaratio Imperatori non probabatur, primo jubebantur se nihil *contra Imperii legem ritusque acturos polliceri*, postea hæc verba *quia secuti non sumus P. Riccii opiniones ritibus & legibus Sinensium consonas*, die sequenti rursus hæc subjungere *quia juxta Turnonii edictum nunquam contra legem, quin contra Sinensium leges agam, protestari valeo*, addere jussi sunt, ac denique eisdem in Sinensi Regno prope Canto-

num remanere permissum est, si scri- Sæc. XVII.
ptotenus declarare velint, quod *Can-* A. C. 1707.
*toni tanquam exules permanere, nec tamen ibidem contra ritus Sinenses prædicare velint*, cum vero ad ejusmodi declarationem scriptotenus dandam, religione, officii sui debito, & charitatis fidelibus impendendæ lege prohiberentur, una omnes die septima Maij ex Urbe *Hangceu* catenis onusti Cantonum deducti sunt, quo etiam circa decimam octavam Junii advenerunt.

## §. III.

## *Quorumdam Episcoporum oppositio contra Turnonii edictum.*

Sub idem tempus Turnonio literæ ap- *Relat. l. c.*
pellationis, quam Ascalonensis Episcopus ex urbe *Canche-fu* die decima tertia Aprilis contra ejus edictum interposuerat, transmittebantur. In iis referebat hic Præsul, quod quidem primo illius edictum contra ritus Sinenses emanatum executioni dare paratus fuisset, re tamen maturius pensata ab hoc edicto ad Sedem Apostolicam appellandum esse censuerit, eoquod Imperator Sinensis hos ritus aliter exposuerit, quam eos Sedes Apostolica definierit, ex edicto autem Missionum ruina oriretur, & Imperatoris decisioni

sese

Sæc. XVII. A. C. 1707.

ſeſe opponentes in idiomate, & Sinen-
ſium characteribus parum verſati eſſent;
proin Sacra Sedes male edocta ſuum
Decretum corrigere deberet, ac deſi-
que ipſe non minus, quam Maigrotus,
rerum Sinicarum optime gnarus eſſet,
ac propterea ipſe etiam, utpote Mai-
roto haud inferior, pariter audi-
debuiſſet. Paris ferme tenoris ea
Joannis de Cazal Macaonenſis Epiſco-
appellatio die ſexta Maij interpoſita,
quo ſe a Turnonii edicto provocan-
ajebat, quia Patriarcha hac in re ma-
eſt judex legitimus, ac jus Patronat-
Luſitano Regi competens læſit, & l-
libello ſupplici, quo Imperatori exp-
fuit, diffidii cauſſam eſſe Luſitanos, q-
nullum niſi per Luſitaniam in Sinas p-
netrare concedunt, ſeſe juratum Lu-
tanæ Nationis hoſtem declaravit, d-
que Luſitanos Miſſionarios (*) anath-
mate perculit, ſuæ Legationis lite-
non exhibuit, ejusque edictum Im-
ratoris edicto eſt contrarium &c. P-
riter viginti quatuor Jeſuitæ duct-
P. de Sylva Nankini Vicario Apo-
lico contra Turnonii edictum appe-
runt, ſuæque oppoſitionis haſce p-
poſuere rationes. I. Quia in va-
Provinciis Chriſtiani hoc edicto ad-
turbati fuerunt, ut plurimi fidem a-
nega-

(*) Erant de Uſuræ crimine convicti.

negare, parati videantur. II. Ethnici Christianorum Ecclesias evertere moliti sunt, dicentes, Christianos homines esse barbaros & impios, eoquod honores legibus præscriptos Parentibus & Magistris suis deferre renuunt. III. Etsi fors oppositum decretum a Clemente XI. fuisset emanatum, illius tamen certam, & authenticam non habeant notitiam. IV. Patriarcha sæpius licet requisitus, juridicum examen de ritibus controversis in ipso Sinensi Imperio instituere semper recusarit, & sæpe Jesuitis horrenda, & homine prudente prorsus indigna imposuerit. V. Si antea fuit periculosissimum a ritibus per Patriarcham prohibitis abstinere, nunc sine evidente totius Missionis ruina fit impossibile, eapropter quibusdam Missionariis e Regno excedentibus, aliis, si hos ritus deserere velint, Evangelium prædicare, sub mortis pœna prohibitis, nos ad summum Pontificem appellamus, datum die vigesima octavâ Maij 1707. Sæc. XVII. A. C. 1707.

## §. IV.

### *Clementis XI. summi Pontificis literæ ad Turnonium Patriarcham.*

Equidem ex ipso Sinarum Imperio plurimæ in Europam transvolarunt *Epist. Clem. XI. p. 341.*

Sæc. XVII. A. C. 1707. epistolæ, in quibus Jesuitæ Turnonium acriter divexasse dicebantur; verum hunc ab Imperatore, ejusque Filiis, Mandarinis, ac præcipuis Aulæ Ministris summo honore in primo suo adventu exceptum fuisse, jam antea minimus, ac ipsemet Turnonius hab honorum testificationes in acceptis re ferebat summæ, qua Jesuitæ in Aul pollebant, gratiæ ac Benevolentiæ in cujus rei testimonium adducere bet ipsas summi Pontificis litera quas, prosperùm ejus adventum grat laturus, hoc anno die prima Januar ad Turnonium Patriarcham dederat erant autem hujus tenoris: „Adven„runt ad manus nostras diu a nobi„optatæ, ac assiduis votis expetit„literæ tuæ, quæ die vigesima Se„ptembris 1705. a *Xao - ceu - fu* Pro„vinciæ Cantonensis datæ certiore„nos fecerunt, te emenso demum tra„to terrarum, mariumque spatio„victisque tot difficultatibus, atqu„periculis, quæ multa & maxima fuisse„te etiam reticente, facile conjicimus„ad Sinarum Imperium cum tuis s„columem, benedicente Domino, pe„veniisse, sustulimus itaque ad cæl„manus, Deo gratias humiliter age„tes, cui placuit tam læto nuntio„lari spem nostram, quæ certe magn„

„pere confirmata est, ex quo audivi- Sæc. XVII.
„mus te nedum ingenti lætitiæ sensu, A. C. 1707.
„& sinceræ devotionis affectu a fideli-
„bus istis, sed præcipue etiam, & sane
„insueta honoris significatione ab Opti-
„matibus istius Imperii receptum fuisse.
„mandante id nimirum ipso Sinarum
„Imperatore, ad cujus Aulam *parato tibi aditu per dilectos filios Religiosos Viros Societatis Jesu*, qui magno studio
„in id, ut scribis, incubuerunt, acci-
„tus & liberaliter, ac splendide ubique
„habitus properabas. Quæ res, cum
„non parum aliquando conducere pos-
„sint ad promovendam animarum salu-
„tem, gratissimæ nobis fuerunt; sed
„illud inprimis jucundum accidit, quod
„in his omnibus, quæ in ipsis partibus
„a te hactenus facta fuisse audivimus,
„invictum Zelum, quo pro Dei honore
„flagras, suspeximus & pietatem, ac
„prudentiam singularem, qua uteris,
„expendimus, & quod ubique manum
„Domini gressus, ac consilia tua mise-
„ricorditer dirigentem agnoscimus, Au-
„spicia tam læta optatos rerum even-
„tus subsecuturos esse, perficiente eo,
„qui cæpit, confidimus, quod ut ex
„sententia contingat, quoties sacris
„operabimur, prout hactenus fecimus,
„adjuncta etiam precibus nostris bono-
„rum omnium oratione, postulabimus:

Sæc. XVII. A. C. 1707

„credimus interim te viciſſim gratula-
„turum eſſe tantum ſollicitudini noſtræ
„levamen, & animo noſtro gaudium
„attuliſſe. Neque hic tibi commemo-
„randum eſſe arbitramur, quod parati
„ſimus tibi authoritate noſtra omnique
„præſidio ſemper adeſſe, cum ignoran-
„non poſſis intereſſe valde noſtri mune-
„ris, noſtræque dignitatis tibi Dei cari-
„ſam agenti in cunctis aſpirare, ac pro-
„pterea certum te eſſe volumus, nos curu-
„turos magnitudinem benevolentiæ no-
„ſtræ tibi de Eccleſia Dei, & de noſtr
„probe merito reipſa declarare.„

Ex his elucet, quod potiſſima cau
mitatum, quibus hic Patriarcha tor-
quebatur, cauſſa exſtiterit, Zelus
ejusdem vere Apoſtolicus, quo ſed
Rituum Sinenſium ſuperſtitioni a Sede
Apoſtolica damnatæ, ipſius vero Impe-
ratoris decreto firmatæ, & ab aliis Miſſio-
nariis approbatæ ſeſe tam viva voce in
Aula Peckinenſi coram Mandarinis,
quam iterato ſuo edicto ad Miſſiona-
rios directo oppoſuerat.

## §. V.

## *Ejusdem ſummi Pontificis epiſtola contra Archiepiſcopum Goanum.*

Inſuperhabitis Papæ monitis Auguſti-
nus ab Annuntiatione Goanus Ar-
chiepi-

chiepiſcopus ſparſis ubique literis nec- Sæc. XVII.
non edicto in Diæceſi Meliaporenſi A. C. 1707.
promulgato, quod Papa die quarta Januarii hoc anno nullum, irritum, atque invalidum declaravit, inhibuit, ne Turnonius Patriarcha pro Sedis Apoſtolicæ Legato in Sinenſi Imperio, vel alibi haberetur, eoquod auctoritas, quam ſibi hic attribueret, jurisdictioni ſibi tanquam totius Aſiæ Primati a Portu bonæ ſpei usque ad Tartariam vi juris Patronatus Luſitano Regi competentis contraria eſſet. Hujus Archiepiſcopi exemplo animatus Macaonenſis Epiſcopus, præter interpoſitam appellatiooem inſuper die quinta Junii epiſtolam Paſtoralem ad omnes ſuos Diæceſanos transmiſit, in qua ſibi ab eodem Rege injunctum fuiſſe ajebat, ne huic Patriarchæ ullum jurisdictionis actum in Macaonenſi Diæceſi exercendi facultatem daret, niſi is prius ſuæ legationis mandatum in Luſitana Curia recognitum juridice exhibuiſſet. De utriusque hujus Præſulis oppoſitione jam certior factus Pontifex die prima januarii has ad eundem Archiepiſcopum literas dedit: „Significavimus „Fraternitati tuæ per noſtras literas die „trigeſima proxime elapſi Octobris da„tas incerto tum quidem, ſed publico „rumore nobis innotuiſſe, te pro-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

„greſſum fuiſſe ad delenda, atque im-
„tanda ea, quæ in iſtis partibus venera-
„bilis Frater Carolus Thomas Patriar-
„cha Anriochenus Viſitator Apoſtolicus
„in partibus Indiarum Orientalium cum
„facultatibus noſtri, & hujus ſanctæ
„Sedis de latere legati egerat, atque
„conſtituerat: quod ſane, cum ali-
„niſſimum eſſet a loco, ac muner
„quod in Eccleſia Dei ſuſtines, & mul
„modo conſentiret cum obedien
„ac cultu a quovis Catholico Antiſ
„Nobis, atque huic ſanctæ Sedi de
„bito, fidem apud nos nullatenus
„reri poterat, & tamen ne contingat
„hujus ſcandali famam invaleſcer
„tibi per literas noſtras denuntiandu
„eſſe duximus, nemini quacunque di
„gnitate fulgenti, aut quavis poteſta
„ſuffulto, licere aut licuiſſe ad exam
„revocare, aut impugnare, ſive in
„tare ea, quæ idem Patriarcha,
„Viſitator Apoſtolicus tam amplis
„cultatibus a nobis inſtructus præſe
„pſerat. Verum multo poſt certis
„mium teſtimoniis, ac documentis
„moniti fuimus prodiiſſe in lucem,
„in Diæceſi Meliaporenſi ſub nom
„Fraternitatis tuæ publicatum fuiſ
„quoddam edictum, quod nullum
„ſe quidem & injuſtum ſatis, ſuperq
„ipſum legentibus apparet, ac in ſum

„injurioſum nomini ipſius Patriarchæ „Antiocheni, quippe qui in eo tan- „quam reus uſurpatæ dignitatis, ac „muneris inaudita prorſus audacia tra- „ducitur, cum tamen nihil tam ubique „compertum vel tum eſſet, præſertim „vero in ea diæceſi, quam munus, quo „ille fungebatur, ab ipſo venerabili „Fratre Epiſcopo Meliaporenſi probe „agnitum. Eſt præterea edictum illud „omnino læſivum jurisdictionis ipſi Pa- „triarchæ a nobis commiſſæ in omnes „fideles iſtarum partium, atque de- „mum per omnia temere, & in mani- „feſtum contemptum Pontificiæ autho- „ritatis conceptum, atque dictatum. „Muneris proinde noſtri eſſe duximus, „hoc ipſum edictum cum omnibus inde „ſecutis, & quandocunque ſecuturis, „Apoſtolico noſtro diplomate abrogare, „illorumque nullitatem, inefficaciam, „ac temeritatem fidelibus omnibus, „quemadmodum fecimus, palam de- „clarare, ac denuntiare, te interim „pro rei gravitate monemus, ut ſi forte „cor tuum te redarguat, quod edictum „illud te authore, aut ſaltem conſen- „tiente, ſive conſcio, quod adhuc qui- „dem vix credere poſſumus, prodierit, „ne differas eam apoſtolicæ Sedi ſatis- „factionem, qualem læſa enormiter „ipſius authoritas poſtulat, præbere,

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

„itemque ne prætermittas obedientiam
„debitam eidem Patriarchæ Antioche-
„no ſtatim præſtare, ne nos ſubinde
„cogamur, pro afferenda, ut par eſt,
„tradita nobis divinitus authoritate,
„ea media, quæ ex ſacrorum cano-
„num diſpoſitione hujusmodi caſibus
„congruunt, adhibere, ac ſeverius in
„te ſtatuere, quam pro noſtra erga te
„voluntate cuperemus.„

Præterea Pontifex datis eadem die literis Turnonium Patriarcham de-per certiorem reddidit, hæc perſcri-bens: „Acceptis literis Fraternitatis
„tuæ ex Cantonenſi Provincia die vige-
„ſima Septembris anni milleſimi ſeptin-
„genteſimi quinti datis, quarum vi-
„ſolo aſpectu tantum ſane gaudii per-
„cepimus, quantum moleſtiæ, quam-
„diu in earum exſpectatione fuimus,
„perſenſeramus, attente imprimis
„expendimus juſtam, ac rationabilem
„petitionem tuam, qua dum læſam in
„Perſona tua Pontificiam noſtram de-
„gnitatem acriter, ac jure quidem me-
„rito conquerebaris, enixe expoſcebas,
„ut omnino curaremus farciri, ubi pri-
„mum fieri poſſet, graviſſimam hanc
„injuriam Pontificio nomini, & Apo-
„ſtolicæ authoritati per enormem utri-
„usque contemptum illatam, quapro-
„pter ſtatim ac perlegimus edictum tum
„nulli

„nulliter ac injuſte, tum temere ſub „nomine Archiepiſcopi Goani ad con- „fovendam quorumdam fratrum Mino- „rum ordinis ſancti Franciſci Cappuci- „norum nuncupatorum contumaciam „adverſus legitimam & ampliſſimam „tibi a nobis attributam poteſtatem in „civitate Madraspatani, aut forte etiam „alibi, publicatum, & execrati ſumus „ſcripti illius, & authoris (quiscunque „demum is fuerit) audaciam, & nihil „interim prius habuimus, quam de- „nunciare fidelibus nullitatem, ſineffi- „caciam, ac temeritatem illius edicti „per Apoſtolicum noſtrum diploma, „cujus exemplaria typis edita ad „te transmitti curamus, ut quemad- „modum, atque ubi expedire duxeris, „ea publice proponi mandes, & quam- „vis his attentis vix locus ſupereſſet „ambigendi, utrum edictum de ejus „mandato prodierit, cujus nomen in „fronte præfert, nec ullo titulo excu- „ſari poſſe videatur, qui dignitatem, „ac facultates, quibus a nobis ampliſ- „ſime inſtructus in eas partes proficiſce- „baris, ſcire ſe diſſimulabat, cum hæc „ipſa orbi univerſo perſpectiſſima eſ- „ſent, nihilominus venerabili fratri „Archiepiſcopo Goano literas dedimus, „ſerio eum monentes, ut ubi ille ſibi „conſcius ſit edictum ſe mandante pro-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII A. C. 1707.

„diiſſe, curet ſtatim ſatisfactionem con-
„gruam Apoſtolicæ Sedi, debitamque
„tibi obedientiam præſtare, ne alias
„cogamur juxta canonum diſpoſitionem
„ad ulteriora progredi, ſeveriusque in
„eum ſtatuere, quemadmodum pro mu-
„nere noſtro tenemur, & quidem po-
„rati ſummus, niſi id, quod debet pe-
„fecerit, ea omnia, quæ nobis incum-
„bunt, exequi. Cæterum quod attinet
„ad augendum iſthinc Operariorum nu-
„merum, quemadmodum pro ſpe
„Meſſis opportunum, ac neceſſarium
„eſſe aliis tuis literis aperte adno-
„nes, ſcire te volumus, nos ſerio cogi-
„tare de ablegandis iſthuc primo tem-
„pore, ſi res ex ſententia ceciderit,
„aliis Miſſionariis, qui congrua præ-
„dia, tum pro tuenda dignitate tua,
„tum pro relevandis ſingulorum ini-
„gentiis ad te afferant, ac intenta
„nulla media intentata relinquimus,
„quo rebus tuis, quam celerius ſiet
„poterit, conſultum ſit; quod ſi ſor-
„ſegnius id actum videatur elapſis an-
„nis, temporum conditioni, ac vi-
„rum difficultati tribuendum eſt; con-
„fidimus tamen argumenta curæ, quæ
„de te gerimus, ad te ſubinde perve-
„niſſe. Bono itaque animo te eſſe cup-
„mus, ac volumus, ut tibi perſuadeas
„te omnia, quæ ad dignitatem, & con-
„modum

„modum tuum pertinent, facile, ac „alacriter a nobis relaturum esse, Vene- „rabilis Frater, cui in pignus benevo- „lentiæ nostræ Apostolicam benedictio- „nem peramanter impertimur.„ Sæc. XVII. A. C. 1707.

## §. VI.

## *Turnonius Legatus Apostolicus Sinensis Imperatoris jussu Macaum relegatus.*

Ex Maigroti exilio, & tot Missionariorum proscriptione, calumniis, vexationibus atque injuriis nil certius sibi pollicebatur Turnonius Patriarcha, quam eandem sibi sortem & periculum imminere, seque brevi tribulationum socium fore: jam enim a quodam Missionario, cujus nomen nunquam manifestare voluit, literas accepit, quibus ei significatum, illum Macai captivum detentum iri, donec ambo Jesuitæ Roma reversi fuerint, ac præterea Ludovicum Appiani Missionarium Apostolicum Congregationis Missionariorum suum Interpretem catenis constrictum in navi Regia Peckino Cantonum abduci viderat: Haud temere igitur non minus atrocia sibi præsagiebat: quinimo jam ineunte Mense Junio Imperator Mandarinum *Vang* ad eundem ablegabat, qui Regium edictum super Sinen- *Fatinell. vet. lat. mort. Turn. p. 5.*

sium

Sæc. XVII A. C. 1707.

sium ritibus Apostolicæ decisioni oppos-
tum eidem tradens, ab eo scisciteta-
tur, num illud acceptare, ac desuper
Imperatori gratias agere paratus esset.
Ad hæc vero respondit Patriarcha:
*Poterit Dominatio vestra Majestati su*
*referre, quod in rebus ad legem sanctam*
*pertinentibus, summus Pontifex sit nost*
*unicus & legitimus Judex. & ne punctum*
*quidem illius, quod ipse sanxiverit, eius*
*ob amittendæ vitæ periculum, nobis pr*
*terire liceat, attamen in reliquis omnibus,*
*quæ nostram Christianam religionem no*
*concernunt, erimus semper ad Imperato*
*mandata promptissimi, & obsequiosissi*
Hoc responso irritatus Mandarinus re-
posuit: *Scit Majestas sua, quod apud*
*Christianos honorificum sit Religionis erg*
*pati; sed tandem nihilominus in prompt*
*habet modum, eos ita castigandi, ut e*
*caussæ gloriosæ sanctitas non appareat, &*
*castigati dedecus inde consequantur. Itaq*
*circa Personam tuam aliud decrevit, qu*
*finem suum Imperator se confidit asseq*
*rum.* Paulopost duo Tartarici Legat
Peckino Cantonum venere, qui Tu
nonio Imperatoris decretum, quo M
caum relegatus est, die decima nov
Junii intimarunt: Erat autem hujus
decreti tenor sequens: *Quando ad hu*
*lam adveniisti; interrogatus, ad quid ad*
*veniisses, dixisti, nullum aliud te habere ne*
gotium,

gotium, *nisi gratias mihi referre nomine summi Pontificis de collatis beneficiis erga Missionarios, deinde alia feceris, vere non sum contentus: Pergas igitur Macaum, ibi expectaturus reditum Patrum Barros & Beauvoillier, cetera tum determinabo.* Perlecto hoc edicto Turnonius respondit: *Obediam suæ Majestati. Audio ipsam non esse de me plene satisfactam, si dignaretur autem reflectere, ad formam exhibiti mihi ab eadem honoris, dum me vocavit ad Aulam, & ad memoriale a me sibi præsentatum die vigesima octava Decembris Anno* 1705. *comperiret, quod non excesserim limites propositionis tunc a me ipsi factæ.* Igitur Turnonius Regiis navibus a Mandarinis, nulla sacri Ordinis & dignitatis habita ratione die vigesima quinta Junii, Macaum abductus est: desiderabant equidem, imo & a Mandarinis importunius petebant nonnulli, ut ab omnibus Missionariis avulsus, separatim abstraheretur: ast hi, licet gentiles, tanta tamen erga ipsum ferebantur humanitate, ut barbaro horum petito minime annuentes, ceteros Missionarios, ac Legati domesticos e Regno pariter exulare jussos iisdem navibus imponerent.

Sæc. XVII A. C. 1707.

Advenerat Turnonius die trigesima ejusdem Mensis, ne uno quidem ex Lusitanis, etsi de ejus adventu diu ante præ-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

præmoniti fuiſſent, eidem obviam eunte, cum autem nonniſi angustum tugurium ſola lecti parvæque mensæ ſuppellectile inſtructum ſibi præparatum comperiret, eapropter cum ſuis ad conventum S. Franciſci perexit, ubi hiſce Religioſis omni quidem veneratione, non ſine tamen magno timore exceptus, ne quantocius tanquam proditores ac rebelles ſint declarandi, ex quod inhibitum eſſet, ne quisquam cum Turnonio commercium haberet. Eadem adhuc die Didacus Texeira Generalis, ut vocant, Capitaneus (*) ad præfatum Conventum Antonium Soar de Gayo Centurionem cum viginti militibus ablegavit, ſpecie quidem humanitatis, reipſa vero cuſtodiæ ergo, mox etiam Turnonio ſignificari juſſit, ne cujuscunque jurisdictionis actum exercere præſumeret; Habebatur Praetriarcha haud mitius, quam jura-

Na-

(*) Obſervandum venit. quod ex pa... inter Luſitanum Regem & Sinarum Imperatorem inito *Sinenſes* incolæ in Macaonenſi Ditione a Mandarinis de *Hian fan Hieu* ſeu tertii ordinis dependeant, in reliquos vero cujuscunque Nationis incolas plenum dominium Luſitaniæ Rex per ſubſtitutum Gubernatorem, quem Capitaneum Generalem vocant, exerceat.

Nationis Lusitanæ hostis, nihilominus cuncta dissimulabat, imo vespere ejusdem diei suum Sacellanum ad Capitaneum ablegabat, qui eidem pro paliata hac humanitate grates rependeret, simulque rogaret, ut hasce excubias propter plures, easque gravissimas rationes revocare vellet: Ast hic petitionis adeo nullam habuit rationem, ut potius, quamprimum Patriarcha die secunda Julii de Mandarinorum licentia suis expensis pro annuo trecentorum Imperialium censu domum mari vicinam conduxerat, eamque ad inhabitandum vix ingressus fuerat, mox idem Capitaneus eosdem milites ante atrium & super scalas immote consistere, ac vigilias agere præciperet: unde patuit, eas non honoris, sed custodiæ gratia fuisse appositas. Hanc vero rei indignitatem excusabat Capitaneus, jactato obtentu, quod Patriarcha de mandato Imperatoris huic civitati ad custodiam traditus fuisset, ac ipse Aulæ Imperiali de suo captivo rationem reddere jussus esset: Ea res haud parum afflixerat Turnonium, qui rursus per quosdam Religiosos impense, incassum tamen, militum excubias amoveri petiit: Ægerrime etiam Monialium Superiores die quinta Julii ab excubiis obtinere poterant, ut a Patriarcha scisci-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

sciscitari possent, quid agendum censeret, si forte armorum violentia eidem sese opponere cogerentur: quibus Patriarcha respondit, ad evitandum Ethnicorum scandalum consultissimum fore, si ab ejusmodi molestia securitatem impetraturi, Capitaneum, atque Episcopum Macaonensem supplices adirent, ut vero junctis viribus hoc negotium perficeretur, Turnonius P. Franciscum Pinto Societatis Provincialem, & P. Sebastianum a S. Antonio Dominicanorum Vicarium per literas accersiit, cum eis desuper deliberaturus. Advolabat Dominicanus, Franciscus vero etti tertio invitatus venire renuit, ejus vero loco P. Amianus Jesuita sexto ejusdem Mensis die Turnonium accessit, ab eo, cur suum P. Provincialem vocasset, sciscitatus. Vespere autem ipsemet P. Pinto accessit, declarans Legato Apostolico, se Regio mandato prohiberi, quominus ejus jurisdictionem agnoscere: Tertio hunc monuit Patriarcha, renitentem vero diris devovit, atque anathematis literas Collegii foribus affigi jussit, quas tamen mox Soura Centurio dilaceravit, cunctisque Sinensibus inhibuit, ne Jesuitarum Ecclesias accedere, aut ejusmodi literas affigere præsumerent. Eadem die Capitaneus omnes Regularium

Sup-

Superiores convocans, eorum consilium expetebat, utrum Patriarchæ jurisdictionem agnoscere expediret: Id omnino debitum esse asseruit P. Constantinus a Spiritu sancto Augustiniani Conventus Prior, qui ceteros etiam Regularium Superiores ad idem animavit, solo reclamante P. Pinto. Altera die Centurio Petrum Herveum Missionarium, Patriarchæ Interpretem ac Commensalem comprehendi, captumque in arce Barrensi in vincula conjici jussit, quo comperto Patriarcha Centurionem de incursa censura admonuit, misso ad eum suo Domestico nomine *Wmichel*, hunc vero a militibus comprehensum Capitaneus in exilium protrusit. Hac occasione Religiosi, Cives, & populi Primores conventum habuere, deliberantes, an pro servanda Provinciæ tranquillitate Patriarcham cuidam arci captum includere oporteret: Enimvero tam horrendo facinori non modo Dominicani & Franciscani, sed ipsimet Mandarini sese opposuere, nona tamen ejusdem Mensis die adhucdum congregati Turnonio declararunt, quod futuris obviaturi malis, necnon Lusitani Regis mandato obtemperaturi, eidem denuntiare cogerentur, ut deinceps ab omni jurisdictionis actu desisteret, secus ad acerbiora pro-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

gredi compellerentur. Verum Turnonius eis respondit, prius ob injurias suæ dignitati & Herveo illatas sibi esse satisfaciendum, quibus dictis ipsius Lusitani Regis & Macaonensis Episcopi literas eisdem exhibuit, in quibus amb Patriarcham summa benevolentia protectione honorarunt: Nihilomin die undecima Julii Capitaneus sum Tribunum unacum militibus, manc piis, Cafris, aliisque hujus furfur hominibus ad Patriarchæ ædes abl gavit, eique denuntiari jussit, utqua tocius ab omni Jurisdictionis Apost licæ exercitio abstineret: Verum hæc reposuit Patriarcha, se potius v tam, quam demandatum sibi mun abdicare paratum esse. Ab eo temp ris articulo Turnonius in domo sua v in carcere recluſus detinebatur, æconomo permissum erat inde exi intrare vero nemini, quia ostium foris pessulo obseratum erat, Urb que Procurator Dominicanis, qui gesima quarta præfati Mensis die exp les advenerant, ubicunque libuer nullatenus tamen ad Turnonii ædes vertendi copiam fecit, insuper Joann de Cazal Episcopus Macaonensis Laurentium Gomez ejus Vicarium duodecima Julii præfatum P. Consta tinum, ceterosque sui Ordinis Fratres

eoquo

eoquod Patriarcham honorifice, pulsatisque campanis excepissent, interdicto trium Ecclesiarum foribus affixo, aliisque pœnis & Censuris Ecclesiasticis afflixit, præfatusque Urbis Procurator literis & muneribus civitatis *Hiang-Kan* Gubernatorem eo induxit, ut omnes Sinenses Christianos, qui Patriarchæ a servitiis erant, revocaret, cumque Patriarcha die decima quinta Augusti eundem Gubernatorem invisere pararet, eidem grates repensurus, quod ipsis Christianis humanior insuperhabita Procuratoris sollicitatione Sinenses Christianos, ut in Patriarchæ obsequio persisterent, animarit, aliosque ad illius obsequium induxerit, eumque perhumaniter Macai invisserit, milites Patriarcham ab exitu arcere nitebantur, ast a Sinensium Patriarcham comitantium multitudine repressi sunt, qui tamen ante Legati Apostolici ædes Centurionis jussu bis pœnas tergo dependerunt, eoquod Legatum ceterosque vi non repulissent, & sacræ Concioni a P. Joanne Astendiglio habitæ interfuissent (*). Humaniores ipsis Christianis erga Turnonium erant Ethnici

Sæc. XVII. A. C. 1707.



(*) Haud satis mirari possum libertatem, qua P. Florianus Bahr in suis *novissimis Sinensibus*

Sæc. XVII A. C. 1707.

nici Sinenſes, ac Mandarini, ex quibus *Hiang - kan* Urbis Gubernator revocato ſuo mandato, quod Macaonenſis Procurator ab eo extorſerat, Patriarchæ famulum Wmichel a Lusitanis proſcriptum, pluresque Sinenſes ad ejusdem Legati obſequium reduxit, afflictum ſua præſentia recreavit, ipſius qua-

---

*nenſibus memorabilibus* pag. 98. nimis confidenter ſcribere auſus eſt, quod Turnonius *Macaoi* ab omnibus Eccleſiaſticis & laicis exceptus fuerit cum omnibus ſuæ dignitati debitis honorum ſignificationibus, ac ſubſequentibus annis Apoſtolici Legati officium dignitatemque *cum omnimoda libertate* exercuerit, & nonniſi aliquot ante obitum ſuum menſis *non a Chriſtianis vel Europæis*, ſed ab Ethnicis & Sinenſibus aliquas moleſtias perpeſſus ſit, item quod Cantono Macaoum profectus, in PP. Franciſcanorum Monaſterio diverſatus fuerit, donec ei *ſingulare Palatium* adornatum fuiſſet & excubiæ primum die 1710. die 22. Januarii opponi cæperint, injuriam Mandarino per ejus domeſticum irrogatam. Hæc quidem ille, aſt nonne ipſemet Pontifex in ſuis literis die 15. Maii Anno 1711. datis teſtatur, quod Auguſtinienſes quia Patriarcham honorifice exceperunt, interdicto, aliisque pœnis fuerint innodati, & Goanus ac Macaonenſis Epiſcopi con-

jura-

que ab inhumano Gubernatore, fruſtra licet, infeſtos excubitores amoveri, impenſe petiit: Verum ad calamitatis & moleſtiæ cumulum acceſſit Joannis Macaonenſis Epiſcopi temeritas, qua contra Sedis Apoſtolicæ Legatum die vigeſima quarta Auguſti per Sacerdotem ſæcularem, duosque milites foribus

Sæc. XVII. A. C. 1707.



jurisdictionis exercitium Turnonio interdixerint, omnemque ei a ſuis ſubditis obedientiam exhiberi prohibuerint, & quod *Miniſtri ac illarum partium officiales Laici duriora quæque adverſus Turnonii dignitatem & Perſonam moliti ſint*: fors Florianus ignorabat hæc Pontificis Verba: *tametſi Turnonius tum Patriarcha in Civitatis Macaonenſi non quidem A PAGANIS, ſed ab officialibus & Miniſtris CHRISTIANIS multorum militum diurna nocturnaque cuſtodia, ut captivus detineretur, aliisque acerbiſſimis ac plane incredibilibus injuriis, & contumeliis, ipſis EXHORRESCENTIBUS ETHNICIS, afflictus reperiebatur.* En! dum Turnonius ita cruciabatur, nondum erat Cardinalis, proin jam Anno 1707. has calamitates perpeſſus eſt non ab Ethnicis, ſed Chriſtianis atque Europæis, & ſi ipſemet P. Caſtoranus, cujus epiſtolam P. Bahr allegat, ingenue fatetur, quod hoc Anno 1710. *præ ceteris* multa paſſus ſit *in ſua domo, vel potius carcere Macaonenſi*, qua veritatis

Sæc. XVII. A. C. 1707. domus, in qua Turnonius detinebatur, literas affigi juſſit, vi quarum contra eum excommunicationis ſententiam, nili anathema in Capitaneum, Centurionem, aliosque ſuæ Diæceſis ſubditos vibratum revocaret, promulgare & quascunque cenſuras ab eodem latas pro irritis nullisque habendas decla-

rat

ritatis umbra dici poteſt, quod pro ipſo Palatium fuerit adornatum, & prioribus annis non *omni libertate* ſuam jurisdictionem exercuerit, omnique honorum ſignificatione habitus fuerit. Num forte Didacus Pinto Capitaneus, & Soura Centurio erant ſub Sinenſium vexillis, a quibus tamen ſcilicet Lusitanis militibus cuſtoditum & mille opprobriis affectum *& tribus vix non annis (paucis diebus minus) recluſum*, ſcripſit Fatinellus, qui Clementis XI. Papæ juſſu Turnonii fatum mortemque pretioſam conſcripſit, ac propterea 150. ſcutatorum annuum honorarium recepit: Si ultimo ante obitum ſuum anno præ ceteris Turnonius acerba perpeſſus eſt, ſi a Mandarinis cuſtoditus, num propterea prioribus annis plena libertate Legati munus fungebatur, num nihil perpeſſus eſt, dum a Chriſtianis velut fur & latro incluſus fuit? Inſuper non modo Turnonius in ſua ad Maigrotum epiſtola querebatur, *hunc pro cuſtodibus ha-*
*buiſſe ſuos accuſatores, hosque Religioſos, ſed*

etiam

rare ausus est, seque Ministris ac Offi- Sæc. XVII.
cialibus Laicis earumdem partium du- A. C. 1707.
riora quæque adversus dignitatem, imo
etiam ejus Personam molientibus se
sociavit, pluraque alia contra Turno-
nium *tunc adhuc Patriarcham* attentare
præsumpsit, cum ergo tot injuriæ ipsius
Pontificis, Sedisque Apostolicæ aucto-

 ritatem

etiam ipsemet Clemens l. c. testatur, quod in civitate Macaonensi adversus Turnonium & Ecclesiasticam libertatem non modo *Ministri & Officiales Laici*, sed etiam ii, qui ceteris lucis exempla præbere, atque, *utpote Religioso obedientiæ Instituto addicti Apostolicam auctoritatem præcipue excolere debuissent, turpiter conspirarint.* Num ignorare poterat, quod Macaonensis Episcopus contra Turnonium *tum adhuc Patriarcham* excommunicationis sententiam vibrare, ac promulgare ausus sit, cunctasque censuras, quibus Patriarcha contumaces & refractarios innodaverat, necnon omnia ejus decreta, atque jurisdictionis actus tanquam nullos, irritosque declararit? nonne hæc omnia in Papæ literis antea allegatis expressa habentur?

Jam Juris & æqui studiosissimis, cunctisque, qui sanam crisin colere profitentur, dijudicandum relinquo, qua ex parte facti veritas & an mihi timendum, ne audaci quorumdam ferula, & temerario Orbilii sceptro vapu-

Sæc. XVII. A. C. 1707

ritatem ac jurisdictionem recta impe-
terent, hinc Turnonius die vigesima
septima ejusdem Mensis hunc Episco-
pum præcipuosque tot sacrilegorum
ausuum Authores censuras in literis
in die Cænæ Domini promulgari so-
tis contentas incurrisse pronuntiavit
cunctaque ab eodem Episcopo & con-
ciliabulo contra eum, Sedisque Apo-
stolicæ jura Macaoi habito gesta, qui-
bus in muneris, atque Apostolicæ Lega-
tionis exercitio præpediebatur, irrita
declaravit, sententiamque interdicti in
FF. Augustinianos latam deleri, atque
aboleri jussit. Hæc cum in omnibus
rerum Sinicarum Scriptoribus legenda
prostent, notaque sint, sine ullius pa-
tis præjudicio a nobis innoxie relata
potuerunt; quæ enim vere facta sunt,
recensere piaculum non est, si mala
facta sunt, facientis, non Historici
culpa est.

§. VI.

---

vapulem, aut de partium studio jure accu-
sari valeam, eoquod neglecto Authore unic
testes omni exceptione majores, & de ip
facti veritate, cunctisque circumstantiis in
structissimos secutus sim. Non mihi Aristo
telis argutiæ, non Platonis authoritas, no
populi præjudicia atque applausus, sed re
ritas, & veritatis testes amici sunt.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

## §. VII.

## *Idem Patriarcha & Legatus Apostolicus unacum Josepho Vallemano Romana Purpura decoratus.*

Cum summo Pontifici per crebras Missionariorum literas innotesceret, quanto Religionis Zelo, quamque generoso ærumnarum, contradictionum, injuriarumque contemptu Turnonius Sinicæ superstitionis Zizania ex agro Dominico eradicare, fideique puritatem vastissimo huic Imperio reddere adlaborarit, ut aucta hujus Operarii dignissimi auctoritate ac dignitate uberioris messis spes affulgeret, eundem suadente Cincio Cardinale die prima Augusti Presbyterum Cardinalem renuntiavit, eademque die Josephum Vallemanum Archiepiscopum Athenienſem Palatii Apostolici Præfectum, quem anno priori in secreto Purpuratorum Senatu die decima septima Maij *in pectore*, ut ajunt, reservaverat, eadem Purpura decoratum declaravit, habita hanc in rem oratione sequenti: *Orat. Clem. XI. p. 30. Vitæ Card. t. I. p. 143.*

„Ad gloriam omnipotentis Dei, „sanctæque Romanæ Ecclesiæ utilita„tem, ac decus, palam hodie evul„gare, ac declarare intendimus unum „Presbyterum Cardinalem, quem du-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

„dum, nempe in Conſiſtorio ſecret
„habito die decima ſeptima Menſis M
„anni proxime præteriti, unacum al
„novendecim Cardinalibus creavimus
„& *in pectore* reſervavimus, videlicet
„Venerabilem Fratrem Joſephum V
„lemanum Archiepiſcopum Athen
„ſem, palatii noſtri Apoſtolici pr
„fectum; cujus virtutes non rece
„mus, quia vobis ſatis compertæ ſu
„ac notæ. Præterea cum non min
„iis, qui longe, quam illis, qui pro
„ſunt, debitores ſimus, ac Operario
„vinea Domini, non modo ſub oc
„noſtris, ſed etiam in longinquior
„orbis terrarum partibus ſtrenue, fi
„liter, ac fructuoſe laborantes præ
„rioribus Apoſtolicæ liberalitatis pr
„miis decorari maxime deceat: a
„Chriſtianæ Religionis, ac Catholi
„fidei in remotiſſimis ab hac ſancta Se
„regionibus ſolidiori ſtabilimento,
„latiori propagationi omni, qua poſ
„mus, ratione opportune conſulamus
„creare firmiter intendimus alt
„Presbyterum Cardinalem videlic
„Venerabilem etiam Fratrem Carol
„Thomam Patriarcham Antiochenu
„quem fere ex ſexennio, ut vobis n
„tum eſt, de fraternitatum veſtrar
„Conſilio pariter & aſſenſu, Noſtr
„& Apoſtolicæ Sedis Generalem Vi
„tar

„tatorem in Sinarum, & aliis India- Sæc. XVII.
„rum Orientalium Regnis cum pote- A. C. 1707.
„ſtate itidem noſtri, & ejusdem Sedis
„de latere Legati, deputavimus. „

Abſoluta hac oratione Pauluccio Cardinali Pontifex in mandatis dedit, ut Turnonium de obtenta dignitate datis literis certiorem redderet, quas tamen literas Patriarcha jamjam Macaoi carceri mancipatus primum die decima ſeptima Auguſti anno hujus ſæculi nono recepit.

## §. VIII.

## *Gravis contentio in Sabaudia ob edicta contra Clericos.*

Jam anno prioris ſæculi nonageſimo ſeptimo die decima octava Septembris Victoris Amadæi Sabaudiæ Ducis Miniſtri, ac Magiſtratus Laici edictum promulgarunt, in cujus §. ſexto continebatur *præceptum Sindicis, Conſiliariis, Secretariis, aliisque regimini & gubernio Civitatum, terrarum, & locorum ditionis ejusdem Victoris Amadæi Ducis pro tempore præpoſitis injunctum ſub certis pœnis, ne aliquod beneplacitum, vulgo PLACET de cetero amplius concederent ad hoc ut quisquam ſtatum clericalem aſſumeret, vel jam minoribus Ordinibus initiatus ad ſacros Ordines promoveri poſſet, niſi prius* Bull. magn. Part. 2. pag. 43.

*officia-*

Sæc. XVII. A. C. 1707.

*officialem, Patrimonialem Generalem nun-cupatum, certiorem faceret de instantiis, quas sibi & a quibus pro dicto beneplacito seu PLACET obtinendo fieri contingeret, transmissa eidem informatione tam qualitatum, & capacitatis personarum, quam numeri Parochialium Ecclesiarum in Civitatibus, Terris & locis prædictis existentium, atque Ecclesiasticorum celebrantium aliorumque Clericorum, qui in illis reperirentur, necnon numeri Fratrum, & Sororum, & quantitatis bonorum instantium, prout etiam, an Parentes haberent, & an bona per illos possessa obnoxia essent aliis hypothecæ ad favorem Communitatum, seu Universitatum, Civitatum, terrarum & locorum hujusmodi, ad hoc, ut dictus Patrimonialis opportunam relationem ipsis Delegatis facere valeret, atque ab ipsis deceneretur, quid expedire conveniret circa ejusmodi beneplaciti concessionem, ac Patrimoniorum constitutionem, juxta Ecclesiæ indigentiam & Concilii Tridentini dispositionem.*

Cum autem Taurinensis Archiepiscopus hoc edicto Sedis Apostolicæ auctoritatem, Ecclesiasticam Jurisdictionem, libertatem, atque immunitatem graviter lædi arbitraretur, hinc querulis literis Romam datis Innocentii XII. Papæ opem imploravit. Hic pro officii sui munere præfato Archipræsuli injunxit

junxit, ut congruam moderationem, ac hujus editti declarationem, qua læsa immunitas repararetur, a Sabaudo Duce impetrare satageret. Diu quidem ac indefesse Archiepiscopus Regis animum eo inclinare nitebatur, tandem vero die decima septima Decembris Anno 1699. idem decretum renovari obtinuit, adjecta hac declaratione: *quod in edicto prius publicato fuerint demandatæ præfatæ diligentiæ, ad hoc, ut Patrimonialis Generalis, supplendo negligentiam Officialium Communitatum, & Universitatum, posset securius earum statum Superioribus Ecclesiasticis repræsentare, ut pro eorum prudentia, atque justitia præjudicio, quod illis ex nimis aucto Ecclesiasticorum numero resultasset, remedium afferre valeret, ipsum coercendo ad limites necessitatis, atque utilitatis Ecclesiarum, necnon Patrimoniorum excessum ad formam Concilii Tridentini reducendo.*

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Cum autem Archiepiscopus hac declaratione vulnus Ecclesiasticæ libertati inflictum minime sanatum crederet, incassum adhibitis trium mensium spatio precibus ac minis, tandem die vigesima Martii anno sequenti edictum promulgavit, quo cuncta per Ducis Ministros prius contra Ecclesiæ immunitatem edita, pro nullis, irritisque habenda declaravit. Pariter jussu

S. Con-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

S. Congregationis immunitati Eccle-siasticæ præpositæ Hyporegiensis alique Episcopi edicto contrario, quo Ecclesiæ jura sarta servarentur, irritum declararunt aliud decretum Hyporegialiisque Pedemontanæ ditionis urbibus promulgatum, vi cujus a Laicis Magistratibus præceptum, *ut cum omni celeritate, ac diligentia recognoscerent omnes Personas Ecclesiasticas, Universitates, Corpora atque collegia, non concurrentia solutioni annui census pro bonis in Catastris descriptis, atque ab ipsis possessis, ac specialiter pias Confraternitates eadem bona detinentes, pro quibus nedum a prædicti, sed aliorum onerum solutione eximebantur ejusmodi vero recognitionem & informationem transmitterent Delegatis generalibus super reunione & conservatione regiæ procedendo interim ad sequestrum super fructibus bonorum in Catastris descriptorum absque ulla Personarum exceptione, cum aliis etiam dispositionibus, quibus læsa manere poterat, Ecclesiastica libertas ac jurisdictio.*

Verum Regis Ministri die duodecima Maij eodem anno novum edixerunt decretum publice affixum, quo Archiepiscopi ceterorumque Præsulum decreta irritarunt, eisque præceperunt ne Regiorum edictorum executionem ullo pacto interturbarent, secus bonorum

rum temporalium proscriptione coercendi. Enimvero Innocentius Papa tam gravem Ecclesiasticæ libertatis læsionem haud inultam relinqui posse ratus, confirmavit sequens S. Congregationis decretum hac in re die octava Junii ad Taurinensem Archiepiscopum, ceterosque Sabaudiæ & Pedemontii Episcopos datum hujus tenoris: *Archiepiscopus Taurinensis procedat, prout de jure, tam contra Delegatos, quam Patrimonialem & Fornerium pro publicatione Edicti emanati sub die duodecima Maij, necnon contra omnes, qui executionem eidem decreto præstiterint: communicetur Episcopis Ordo datus Archiepiscopo, & injungatur eisdem, ut in casu publicationis præfati edicti in eorum diœcesibus procedant, prout de jure contra Affixores & publicatores, & quatenus de eisdem non possit constare, procedant in genere, declarando incursos in censuras omnes, qui tale edictum promulgaverint, vel eidem dederint executionem, & deinde procedant, prout de jure contra omnes, qui præfato edicto in eorum Diœcesibus dederint executionem.*

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Vi hujus decreti Archiepiscopus affixo, ut vocant, *Monitorio* quindecim dierum spatium assignavit, intra quod tempus Regii Ministri comparerent, de hucusque gestis rationem reddituri: hi vero Archiepiscopi edictum per satellitii

Sæc. XVII. A. C. 1707.

litii Præfectum avelli jusserunt, ac [illegible] quinta Augusti novo edicto Archiep[iscopi] scopi monitorium esse nullum & in[anem] quum denuntiarunt, atque ab eode[m] laicalem, nullo autem modo Eccle[siasticam] siasticam libertatem fuisse læsam decla[rantes] rantes, eundem, ut illud intra bimest[re] revocaret, monuerunt, cunctisque [illegible] eo comprehensis sub capitis pœna [illegible] hibuerunt, ne coram quocunque [illegible] dice Ecclesiastico hac in caussa com[parerent]. parerent. Alia insuper Sacerdotii [et] inter & Imperium collisio in Nicien[si] Comitatu exorta est, cujus occasio [fuit] rat hæc: Mortuo Parocho Ecclesiæ [illegible] rochialis Loci Rocasteronis in Diœc[esi] Glandevensi fructus hujus Eccles[iæ] nondum exacti proin ad Cameram [Apo]stolicam pertinentes exigebantur; [illegible] rum tamen exactionem Cajetanus [Al]banellus, cui hæc Parochia comm[en]sa erat, præpedire nitebatur, [illegible] fuffragabatur Niciensis Senatus, qui [illegible] fructus in præfati Cajetani favore[m] segregabat: Hoc comperto Taurinen[sis] Nuntius Apostolicus, qui hujus cau[sæ] cognitionem ad se solum spectare [as]serebat, præfato Cajetano ob recurs[um] ab ipso factum ad Senatum anathem[atis] tis pœnam comminabatur. Senat[us] vero novo huic Parocho, ne coram [illegible] alio præter Senatus Judicem com[pa]reret.

reret, sub bonorum jactura inhibuit, præcepitque illius loci incolis, ne præfatum Cajetanum, (licet nominatim excommunicatum proin vitandum) a libero Parochialis officii munere præpedirent. Postea ipsum Nuntiaturæ Procuratorem, quamvis exemptum, ceterosque, qui hac in causa suam operam Nuntio Pontificio præstiterant, indictis pœnis comparere jusserunt. Dum vero Episcopus Nicienſis juxta S. Congregationis Decretum læsam immunitatem reparare intentus erat, novum querelandi argumentum suppeditabat Ebrodunensis Archiepiscopus & Metropolita, qui de hac controversia & Nuntii gestis cognoscendi auctoritatem sibi arrogans, ad præfati Cajetani preces hanc caussam ab Episcopi Glandevensis tribunali avocavit, declaravitque, nunquam in eadem Diæcesi jus spolii usu fuisse receptum, ac propterea eidem Cajetano, omnibusque Ecclesiasticis, ne hoc jus ullo pacto recognoscerent, inhibuit, præfatumque Cajetanum ab excommunicationis vinculo liberavit, atque in dicta Provincia recursum ad Senatum in caussa spoliorum licitum esse asseruit. Hanc Metropolitæ sententiam Taurinensis Nuntius, & Pro-Legatus Avenionensis irritam nullamque declararunt, hujus-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

que declarationis literas Pro-Legatus Parochialis Ecclesiæ valvis per suum Cursorem affigi jussit, quem tamen Nicienſis Senatus carceri mancipatum donec fuga elaberetur, per plures menses detinuit, novoque edicto prohibuit ne comitatus hujus subditi pro cognitione ullius causſæ in prima instantia coram Episcopo Ventimilienſi extra temporale dominium pertrahantur, aut coram ejus tribunali comparerent, proin Episcopus intra viginti dierum terminum intra hunc Comitatum deputaret Vicarium, qui ejusmodi causas cognoſceret, vel illas, pro quibus ei deesſet auctoritas, ad Nuntium Taurinenſem remitteret: Hac lege Episcopus Ventimilienſis graviter læsus per triennium incaſſum implorato Dicis patrocinio, tandem quosdam Ministros laicos cenſuris innodatos decravit, e contrario autem Metropolis ab Avenionenſis Legati, & Taurinensis Nuntii ſententia appellavit, & Senatus admiſſa horum appellatione per novum edictum typis mandatum cunctis subjectis ſub mortis pœna injunxit, cum excommunicatis commercium haberent, & Eccleſiaſticis ſub graviorum pœnarum comminatione præcepit, eosdem Eccleſiaſticos ad Sacramentorum participationem admitterent. Hanc tam-

tamen posteriorem decreti partem ipse- Sæc. XVII.
met Victor Amadæus Sabaudiæ Dux A. C. 1707.
nimis iniquam reputans, revocari jussit, atque ad iterata Clementis XI. Papæ monita minasque per suum Oratorem Romæ agentem rogavit, ut Pontifex ex Cardinalibus aliquem deputaret, quocum de tollendis hisce corruptelis agere posset. Equidem Pontifex nominabat Sperellum Cardinalem, qui cum Oratore Sabaudo sæpius, incassum tamen, de præstanda Ecclesiæ satisfactione egit, quinimo paulopost Sabaudiæ Senatus sententiam Nuntii Taurinensis in controversia circa Ecclesias Parochiales inter Episcopum Augustanum & Canonicos Regulares exorta, Nuntii Auditore exulare jusso, irritam declaravit, prohibuitque Ecclesiasticis, ne ad Nuntii Tribunal causas deferrent.

## §. IX.

## *Clementis XI. Pontificis literæ hac in causa ad Victorem Amadæum Sabaudiæ Ducem.*

Cum ergo hæc mala, quibus Eccle- *Epist. Cem. XI. p. 113.*
siæ auctoritas lædebatur, indies augeri cerneret Pontifex, die septima Februarii in sacra Cardinalium Congregatione totum hoc negotium matura deliberatione perpendi jussit, atque ex

Sæc. XVII. A. C. 1707.

eorum consilio die decima quinta Maij querulas hasce literas ad Victorem Amadæum Sabaudiæ Ducem dedit: „Apostolicæ Servitutis sarcinam gra„viorem certe Nobis effecerunt, quæ ab „aliquot annis adversus Ecclesiæ jun„in quibusdam nobilitati tuæ subjectis „locis a sæculari potestate perpetrata „fuisse deprehendimus; cum enim te, „atque inclitam domum tuam eximiis „in orthodoxam religionem, & hanc „sanctam Sedem meritis præditam, & „illustrem præcipuo quodam paterni„amoris sensu complecteremur, plur„mum indoluimus, eo nos rem adde„ctam comperisse, ut gravissima Eccle„siasticæ authoritati a Magistratibus „tuis inflicta vulnera non levi jam, nec „lenta manu tractare cogeremur. Vic„nihilominus sensus, ac vivida vis ac„censæ nostræ erga te charitatis, qua„suadente æquum profecto, atque „Pontificia lenitate non alienum duxi„mus de his primum omnibus cum no„bilitatis tuæ apud nos Administro plo„ries agere, singulis quoque ei viola„tarum Ecclesiasticarum legum capit„bus scripto traditis; quin etiam de„lectum filium nostrum Cardinalem Spa„rellum, qui eundem administrum a„rogantem prolixius audiret, deputare„non recusavimus, ut tandem tota re

„ad nobilitatem tuam delata, ex ipsa Sæc. XVII.
„qua præstas, animi æquitate, ac ma- A. C. 1707.
„gnitudine, omnium perperam gesto-
„rum emendationem assequeremur. Ve-
„rum concepta spe, non sine maximo
„cordis nostri dolore, frustrari nos vi-
„dimus, quodque ægrius, ac plane
„acerbius tulimus, nova interim, &
„gravia ab iisdem, aliisque Magistrati-
„bus tuis adversus Ecclesiasticam liber-
„tatem Dei ordinatione, & Canonicis
„sanctionibus constitutam, debitamque
„huic sanctæ Sedi observantiam atten-
„tata esse, atque in dies attentari co-
„gnovimus, quemadmodum ex iis, quæ
„tibi nuper per dilectum filium nostrum
„Cardinalem Barberinum significari
„curavimus, si rem serio tecum ipse
„pro tua singulari prudentia reputave-
„ris, facile conjicies. Quamobrem,
„dilecte fili, cum tot tantaque mala,
„quibus Ecclesiæ authoritas læditur,
„sacrorum canonum norma contemni-
„tur, hæc ipsa beati Petri Sedes inju-
„ria afficitur, traditæque a Domino
„Ecclesiæ claves (quod nefas est) im-
„petuntur, diutius absque animæ no-
„stræ periculo, Divinæque indignatio-
„nis incursu, dissimulare nequeamus,
„ideoque illa pro viribus implere statui-
„mus, quæ pastoralis officii ratio postu-
„lat, quæque enixis precibus implora-

Sæc. XVII. A. C. 1707. „tum cæleſtis gratiæ lumen oſtenderit:
„nobilitatem tuam paternis hiſce litera
„prius admonendam, hortandam, re
„gandam, obſecrandamque judicave
„mus per egregiam illam, quam a
„magna quæque & præclara propen
„ſam ſortitus es, animi indolem, pe
„uberem erga te, domumque tuam
„divinæ beneficentiæ fontem, per vete
„rem denique, ac conſtantem noſtram
„in te voluntatem, cupidiſſimam la
„dum, atque ornamentorum tuorum,
„ut auferas malum de domo Iſrael, om
„nique mora poſtpoſita, quæ injuſta
„acta ſunt, celeri ac magnanima re
„tractatione revoces, Eccleſiæ priſ
„nam dignitatem, & læſæ jura re
„tuas, nosque ipſos a tam gravi, qu
„angimur ſollicitudine liberes, auſcul
„igitur, fili, ſermones noſtros, Pat
„videlicet tui amantiſſimi, veram, i
„lidamque gloriam, ac felicitatem tua
„ſummopere exoptantis, ejusque v
„ces aliorum ſuggeſtionibus antepo
„qui amplicandæ temporalis tuæ dig
„tatis obtentu, æternam tibi pe
„ciem parare non dubitant. Læta p
„bis, læta Eccleſiæ tibique ipſi decu
„& ſalutaria conſilia amplectere, ha
„pollicentur cauſſæ injuſtitia, tua
„in ſimul pietas, & religio, fida c
„ſtos & tutela dominiorum.„

Verum

Verum hiſce ſuis literis Pontifex adeo nihil profecit, ut etiam interim die tertia Maij nomine ejusdem Ducis edictum innovaretur, vi cujus omnes Religioſi poſt emiſſam profeſſionem civiliter mortui vel ex teſtamento vel ab inteſtato quamcunque ſucceſſionem recipiendi, præter penſionem annuam vitalitiam, incapaces ſint &c. ac inſuper Senatus Taurinenſis & Nicienſis Epiſcoporum jurisdictionem ſæpius ac manifeſte læderent, & Carolus Ebrodunenſis Archiepiſcopus contra decretum S. Congregationis Nicienſis Epiſcopi jura, implorata laicali Senatus auctoritate violaret, hinc primo Pontifex omnia geſta, edicta, & alia quæcunque, quæ aliquot abhinc annis in ditione Ducis Sabaudiæ contra Eccleſiaſticam libertatem attentata fuerunt, omnino invalida, nullaque fore declaravit, cunctosque, qui ad ea quovis modo concurrerunt, cenſuris Eccleſiaſticis etiam Bullæ Cœnæ innodatos die decima ſeptima Maij denuntiavit, atque ad Ebrodunenſem Archiepiſcopum die vigeſima ſeptima Auguſti graves haſce dedit literas: „Verſata ſunt ob oculos „noſtros illa ipſa, quæ a fraternitate „tua in præjudicium Apoſtolicorum ju„rium, ac Eccleſiaſticæ pariter autho„ritatis jam dudum facta, atque at-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A.C. 1707.

„tentata fuerunt, tum scilicet, cum
„tu assumpta authoritate tibi prorsus
„incompetente cognoscendi, ac judi-
„cium ferendi tum de juribus, atque
„rationibus hujus sanctæ Sedis, tum
„etiam de iis, quæ a Nuntio Pontificio
„constituta fuerant, eo usque progre-
„sus es, ut edixeris neque in Diæcesi
„Glandevensi, neque in reliqua tu
„Ebrodunensi Provincia ullo unquam
„tempore inducta, vel usu recepta fuis
„jura spoliorum; cum tamen satis e-
„ploratum sit Cameram nostram Apo-
„stolicam antiquissima eorundem jo-
„rium possessione gaudere in iis diœ-
„cesis, & Provinciæ hujusmodi locis
„quæ memorati Ducis Sabaudiæ Do
„minio subjecta sunt, quin etiam pre
„nuntiasti, nullam fuisse excommunica
„tionis sententiam ab ipso Pontifice
„Nuntio in hac caussa latam, ac inte
„rim licere tibi putasti absolutionem a
„cautelam ei impendere, qui excom
„municationis vinculo a Nuntio illig
„tus, hujusmodi absolutionis benef
„cium a nemine, præterquam a nobis
„atque ab hac sancta Sede poterat ob
„tinere: Præterea non sine gravi, apo
„taque sacrorum canonum injuria ac
„es veritus declarare, recursum in hu
„jusmodi caussis habitum ad magistra
„tum laicum fuisse licitum, ac cen

„debere permissum: itaque Ecclesia- Sæc. XVII.
„sticæ immunitatis eversor factus, qui A.C. 1707.
„illius custos, & vindex præcipuus esse
„debuisses; quod ut tuo subinde exem-
„plo comprobares, passus es adiri no-
„mine Promotoris Mensæ tuæ Archi-
„episcopalis secularem magistratum,
„ut per eum declaretur nullum esse,
„& abusivum, quidquid improbatione,
„& abolitione præfatæ tuæ Ordinatio-
„nis tum a Nuntio Apostolico apud
„Sabaudiæ Ducem, tum a Prolegato
„in civitate nostra Avenionensi tunc
„temporis residentibus juste fuerat con-
„stitutum. Occurrit insuper nobis illa
„ipsa occasione studium sane nimium
„& pertinax perturbandi, ac immi-
„nuendi jurisdictionem tum existentis
„Episcopi Nicienſis per officialem, quem,
„provecto ultra suos fines metropo-
„litico jure, ad exercendam in ea ci-
„vitate tuo nomine jurisdictionem de-
„putaveras, posthabita prorsus sacra-
„rum legum id aperte vetantium reve-
„rentia, contemptisque, etiam hujus
„sanctæ Sedis tribunalium decretis,
„quibus illius deputatio merito im-
„probatur, qui quidem Officialis tuo
„præsidio fretus, quo se in eo officio tue-
„retur, temere confugit ad magistratus
„Laicos, atque ab illis impetravit Or-
„dinationes, ac decreta authoritatis

Sæc. XVII. A. C. 1707. „Ecclesiæ læsiva, & Apostolicæ Sed
„prorsus injuriosa, quam parum hæ
„(quæ sine summo animi nostri dolor
„recensere nequivimus) respondere
„debito muneris, quod geris, digni
„tati characteris, quo insigniris, &
„ligioni jurisjurandi, quo te Deo, a
„bis, Ecclesiæ in suscipiendo consecra
„tionis munere obstrinxisti, monere
„adhibito ut probe scis, secreto medi
„ab ipso pontificatus nostri primordi
„non prætermisimus, sed quia, sa
„superque novimus, nihil tum quidem
„nihil postea salutari hoc officio apu
„te profuisse, ne tacuisse, vel parcius
„quam par erat, in caussa tam grav
„locutos fuisse nos aliquando pœnitea
„memoresque non tantum ovium, se
„& pastorum nos a Domino constitu
„tos esse pastores, decrevimus tande
„animum, ac monita nostra tibi ape
„tius denuntiare, ut ea quæ perperam
„egisti, diutius non differas debit
„emendatione corrigere, ut a sim
„libus inposterum abstineas, atque
„terim conscientiæ tuæ consulas."

## §. X.

### *Aliæ lites in Neapolis Regno circ immunitatem Ecclesiasticam.*

Sub idem tempus pariter in Neapolis Regno graves admodum turbæ ſuſcitabantur ob immunitatem Eccleſiaſticam paſſim violatam; cum enim Philippus de Anaſtaſiis Archiepiſcopus Surrentinus in eodem Regno ſuam Diæceſin ac præcipue Parochiam S. Priſci Anno 1700. luſtraret, ac pro more Gubernatores laicos, ejusdemque Parochiæ Adminiſtratores ad reddendas adminiſtrationis ſuæ rationes indictis cenſuris moneri curaret, hi ad Januarium de Andrea Regiæ jurisdictionis Delegatum recurrerunt, ab eodemque die vigeſima ſeptima Novembris literas impetrarunt, quibus præfato Archiepiſcopo ſignificatum, hanc Parochiam utpote Regiam a jurisdictione Ordinarii exemptam eſſe, proin cenſuras, ſi quas tuliſſet, revocaret: idem etiam anno ſequenti Caſabonus Cancellarius nomine Pro - Regis Archiepiſcopo inſinuabat, additis etiam minis, quibus tamen nil territus Archipræſul, reſpondit, ſe hoc in negotio nonniſi a S. Canonibus, S. Tridentino, & SS. Congregationum decretis præſcripta, & per veterem ſuorum Prædeceſſorum conſuetudinem firmata fuiſſe ſecutum, aliunde vero doceri haud poſſe, quod hæc Parochia foret exempta. Inſuper Archiepiſcopus Regios

Sæc. XVII. A. C. 1707.

*Bull. Magn. Part. II. pag. 294.*

Sæc. XVII. A.C. 1707.

gios Miniſtros de totius rei æquitate & juſtitia per Neapolitanum Sedis Apoſtolicæ Nuntium edoceri curavit; cum autem hoſce Adminiſtratores negotium de induſtria longius protrahere cerneret, anno hujus ſæculi ſecundo exeunte Menſe Februario contra eos numero undecim tanquam per biennium contumaces ultimam citationem exequi decrevit, ac poſtea eos diris devovit. Verum die vigeſima quarta ejusdem Menſis Marchio de Acernio Regius Delegatus, & die decima octava Martii ipſemet Marchio de Viglienas Proreg miſſis literis apud Archiepiſcopum objurgando & comminando inſtitit, ut ad ulteriora non procederet, ſed mas cenſuras revocaret, demum Archiepiſcopo ſua jura, rationes, ſuique Officii debitum opponente, rurſus Archiepiſcopo præcepit, ut ſuorum Præceſſorum jura & documenta ad Regiam Cancellariam transmitteret: id renuit Archipræſul, hujusmodi cauſſam mere Eccleſiaſticam in foro laicali decidi haud poſſe cauſſatus: ſe tamen hæc documenta ad Papæ Nuntium transmiſſurum ſpopondit: Nec tamen propterea aquievit Deputatus, qui Pro-Rege nomine Archiepiſcopo die vigeſima ſeptima Maij ſignificavit, ſe quidem de ſuper cum Nuntio acturum, prius ta-

me

men Archiepiſcopus cenſuras revocaret, iisque innodatos abſolveret: Ad hæc repoſuit Præſul, id ſibi haud amplius integrum eſſe, eoquod abſolutio Sacræ Concilii Congregationi reſervata foret. Die autem nona Maij Cancellarius Archiepiſcopo Neapolin profecto literas a Pro-Rege, ceterisque Miniſtris ſubſcriptas tradidit, quibus Archiepiſcopus comparere juſſus, interminatis pœnis ex Urbe Neapolitana diſcedere prohibebatur: Præterea dicti Archiepiſcopi Patruus, ejusque fratres in publicum carcerem Pro-Regis juſſu raptati fuere. Eo comperto Pontifex die quarta Novembris Archiepiſcopo præcepit, ut confeſtim nemine ſalutato Surrentum rediret, nec inde ſine expreſſo Pontificis mandato diſcederet: Effluxerat integrum ſemeſtre, quo Archiepiſcopus in ſua Diæceſi quiete ſubſtiterat: die autem vigeſima Maij anno hujus ſæculi tertio Emanuel de Eſpedal criminalis Judex cum aliis duobus juſtitiæ Miniſtris, & triginta circiter ſatellitibus (*) Surrentum venit, eique Pro-Regis nomine præcepit, ut intra ſex horarum ſpatium urbe, & poſtea toto Regno exularet: Nil Archipræſuli reliquum erat, quam ſacrum fulmen,

Sæc. XVII. A. C. 1707.

(*) *Sbiri* vocantur in Italia.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

fulmen, quo se adversus vim tueretur: mox igitur hunc Judicem diris devovit, & civitatem, ejusque Diæcesin Ecclesiastico interdicto suppositi: Eadem vero die vicissim publico edicto, quod Philippi Hispaniæ Regis nomen præferebat, omnibus incolis prohibitum, ne cum Archiepiscopo, utpote Regiæ auctoritatis contemptore, quietisque perturbatore ullo pacto, vel sub quocunque obtentu sub gravissima Regiæ indignationis pœna agerent: postea alio edicto cuncta ejus bona fuere proscripta, omnibusque vetitum, ne eidem Archiepiscopo ex quacunque causa reditus, decimas, vel eidem debita aut alia jura persolverent. Tertio post die præfatus Judex cum sexaginta militibus, aliisque justitiæ Ministris Archiepiscopale Palatium undique cinxit, atque ad ejus cubile penetrans, eidem denuntiavit, ut sine mora e Regno abiret, nec remedia magis violenta expectaret; cuncta enim ad ejus ejectionem jam parata esse. Igitur Archiepiscopus vi compulsus, satellitibus cinctus cymbæ a Judice conductæ unacum suis familiaribus imponitur, & sex satellitibus eum in alia cymba semper comitantibus, tandem Terracinam vectus, ibidem cum suis navi exscendere jussus est. Non monitis, non iteratis precibus ac minis

minis per integros quatuor annos pepercerat Pontifex, ut tam enormem & sacrilegam læsionem Archiepiscopali dignitati, & immunitati Ecclesiasticæ illatam digna satisfactione elui obtineret; verum incassum omnia: quocirca die decima quinta Junii 1703. Cameræ Apostolicæ commisit, ut juxta S. Canonum præscripta contra cunctos hujus violentiæ reos procederet: Igitur die vigesima prima Maij Anno 1707. contra eos publicæ, ut vocant, *Monitorii* literæ decernuntur, quæ, cum tutus ad locum, ubi degebant, accessus non esset, Romæ, & in finibus ditionis Ecclesiasticæ affigebantur, simulque omnes nominatim intra trimestre Romæ in Judicio comparere, rationemque reddere jubebantur: Pariter Dominicus Garopholus Provinciæ Calabriæ olim Præses, quem Reggiensis Archiepiscopus ob violatam immunitatem Ecclesiasticam excommunicationi subjecerat, per undecim ferme annos contumax, atque in censuris sordescens, se tanquam non excommunicatum, & nequaquam vitandum gesserat, hinc Pontifex acerbiores pœnas irrogare compulsus, die decima sexta Maij hoc anno omnibus Præsulibus, atque Ecclesiasticis præcepit, ut præfatum Præsidem singulis diebus Dominicis & festivis in suis

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

suis quisque Ecclesiis candelis accensis, pulsatisque campanis publice & solemniter excommunicatum denuntient, cunctisque subditis inhibeant, ne cum eodem versentur, aut eidem, ejusque mandatis pareant.

Ad idem quoque Tribunal Pontificium deferebatur, quod Josephus Corosius de Terra Fossæ Diœcesis Aquilanæ ob homicidia ad mortem damnatus, se esse Clericum prima tonsura initiatum in foro Episcopali allegarit, ac propterea Ignatius de la Zerda Episcopus Aquilanus comperta allegati veritate hunc captum suo Tribunali consignari peteret: Regii autem Ministri spreto Episcopi monitorio mortis sententiam quidem exequi distulerint, reum tamen ad carceres publicos duci præceperint: Eapropter Episcopus Regiis Ministris sub excommunicationis pœna præcepit, ut hunc captum in carceribus Ecclesiasticis caute custodiendum vel consignarent, vel illum in carceribus Laicalibus nomine Ecclesiæ (posita prius legitima cautione) retinerent, donec in judicio Ecclesiastico decisum esset, an is privilegio Clericali gaudeat? Verum Regii Ministri imperhabito hoc Episcopi *monitorio* hunc reum patibuli supplicio affici curarunt, & Episcopum, eoquod læsæ immu-

tatis reos diris devoviſſet, Neapolin venire juſſerunt, cunctosque, qui in rei favorem Epiſcopo ſuffragabantur, carceribus manciparunt, tandemque Epiſcopum, qui Neapoli pro tuenda ſua cauſſa incaſſum diu moratus, ad ſuam Diæceſin reverti, a Papa juſſus erat, ex Pro-Regis mandato ab Urbe totoque Regno per vim expulerunt, qui tamen paulo ſt in ſuo exilio mortuus eſt: quapropter Pontifex hoc anno die trigeſima Julii Sacræ Immunitatis Congregationi injunxit, ut hoſce reos cenſuras incurriſſe, palam declararet, qui etiam anno ſequenti tanquam contumaces & vitandi fuerunt denuntiati, ſacraque ſepultura indigni declarati fuerunt.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

## §. XI.

### *Pontificis conſilium de adhibendis ſeverioribus remediis contra Immunitatis violatores.*

Quoniam vero ſummus Pontifex hæc mala indies cumulari, ac lenitatis viam impune ſperni cerneret, ſeveriora remedia adhibere ſtatuit: Hanc in rem die prima Auguſti Purpuratorum Senatum habuit, in eoque hæc expoſuit: „Ex quo Catholicæ Eccle„ſiæ gubernacula non minus inviti,

*Orat. Conſiſt. Cem. XI. p. 30.*

Sæc. XVII. A. C. 1707

„quam immerentes, Deo ſic diſponente, „tractanda ſuſcepimus, veniſſe nos in „altitudinem maris bene novimus, in„numerasque, & ſane graviſſimas e„ſublimi hac Apoſtolica ſpecula pontifi„catui noſtro ingruentes tempeſtates „bene proſpeximus, nullam tamen „difficultatis, & periculi pleniorem „prævidimus, quam quæ ſubeunda no„bis erat adverſus ſæculi poteſtates, „nova indies, & minime toleranda Au„thoritati, libertatique Eccleſiaſticæ „præjudicia inferre molientes. Non „propterea concidimus animo, in eo„confiſi, qui ſperantes in ſe confundi „non patitur; Dei enim promiſſio eſt, „quæ præterire non poteſt: *Quoniam* „*in me ſperavit, liberabo eum.* Arguimus, „obſecravimus, increpavimus, inſtan„tes *opportune*, *importune*, juxta Apo„ſtoli monitum, *in omni Patientia*, & „*Doctrina*, pluries idcirco, ſuadentes „Juſtitia, aſperiora quæque aggredi „parati fuimus: pluries monente cle„ritate, mitiora amplexi conſilia paſto„ralis officii curſum inhibuimus, plu„ries manum extendimus ad virgam, „pluries ſubtraximus, nihil ſane cu„rantes, quomodo interim homines „modum hunc agendi noſtrum interpre„tarentur, qui ſciremus Deo æqua„per infamiam, ac bonam famam fer„viens

„viendum esse. Nota res est, de qua Sæc. XVII.
„loquimur; satis enim comperta sunt, A. C. 1707.
„& pervulgata, quæ ante aliquot an-
„nos adversus Ecclesiæ jura in Regno
„Neapolis, in Ducatu Sabaudiæ, &
„Principatu Pedemontii, ac nuperrime
„in Ducatu Parmæ, & Placentiæ con-
„tigere, illa proinde vobis, qui om-
„nia nostis, & quorum consilio semper
„his in rebus usi fuimus, singillatim re-
„ferre prætermittimus. Nos certe viæ,
„quam hucusque inivimus, minime
„pœnitet, tum quia aliqua, nec sane
„leviora in præfato Regno Neapolis,
„ut vobis notum est, condigna ac de-
„bita emendatione reparare abstinui-
„mus, tum quia omnibus tam Pontifi-
„ciæ lenitatis impletis officiis pro iis,
„quæ non pauca supersunt, ad severiora
„remedia, tametsi non sine maximo
„cordis nostri dolore, fidentius tamen,
„& alacrius devenire jam possumus.
„Cum enim auctis in dies scandalis,
„& inauditis Ecclesiasticæ authoritatis
„violationibus multiplicatis, eo nunc
„jam adducta res sit, ut nulla amplius
„sacris Altarium ministris, nulla Epi-
„scopali dignitati, nulla Ecclesiis, nulla
„Vobis, nulla Deo reverentia supersit,
„adeoque omni prorsus spe dejecti si-
„mus paternam longanimitatem no-
„stram quidquam inposterum profutu-

Sæc. XVII. A. C. 1707. „ram, dura quidem, sed tamen inevi-
„tabilis implendi muneris nostri neces-
„sitas exigit, ut inflicta Ecclesiæ vul-
„nera, non lenta sane, nec levi manu
„tractemus. Decretum proinde nobis
„fixumque est, sine majore cunctatione
„ea hodie viriliter exequi, & palam
„promulgare, quæ pastoralis officii ratio
„postulat, quæque diuturnis tam nos-
„tris quam alienis precibus humiliter
„imploratum cælestis gratiæ lumen
„Nobis ostendit. Nec sane absque pe-
„culiari Divinæ Providentiæ consilio
„contigisse arbitramur, ut hac ipsa die,
„qua eum honorem, qui profanis olim
„gentilium celebritatibus tribuebatur,
„sacris illis B. Petri vinculis pie defer-
„mus, quibus Apostolorum Princeps,
„orante sine intermissione Ecclesia ad
„Deum pro eo, mirabiliter solutus fuit,
„Nos similiter, post Divinam opem e-
„nixe invocatam, vincula illa, quæ
„sæcularis potestas injicere tentavit
„Ecclesiæ, quæ non ancilla, sed liber-
„est, Apostolicæ severitatis gladio dis-
„rumpamus. Nullus profecto labor,
„nullum periculum deterrere Nos pos-
„rit ab ea, quam tam juste suscepimus
„Apostolicæ Sedis & Ecclesiæ jurium
„defensione: magno, fortique gradu pe-
„gemus ire, quo cæpimus, animo re-
„colentes præclara illa Apostoli verba

*Si quid patimini propter juſtitiam, beati.* Sæc. XVII. A.C. 1707.
„Deum interim omnipotentem, cujus „tremendo judicio potentiſſimi quique „gentium Principes pavidi, ac nudo „latere palpitantes ſubeſſe debent, no„ſtræ, ſeu potius ſuæ cauſſæ vindicem, „& aſſertorem invocamus, levantes „cor, & oculos noſtros in montem ex„celſum, & ſanctum, unde omne nobis „auxilium affuturum ſperamus, fiden„ter cum Propheta clamantes: *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo?* Reliquum eſt, Venerabiles „FRATRES, ut Vos quoque, qui in „partem ſollicitudinis noſtræ vocati „eſtis, quæ conſilio veſtro egimus, ju„gibus veſtris apud Deum votis, & „aſſiduis precationibus juvetis, Divinam „bonitatem in contritione cordis obſe„crantes, ut ſua cæleſti ope curis, & „conatibus noſtris clementer adeſſe „non dedignetur.„

Eadem igitur die Pontifex publicis conſuetisque locis Romæ tres literas Apoſtolicas typis editas affigi juſſit, quibus Immunitatis læſæ reos cenſuris obnoxios publice declaravit, eaque omnia, quæ in præfatis Regnis & ditionibus contra Eccleſiaſticam jurisdictionem, immunitatem, ac libertatem attentata fuere, damnavit, & nulla, irritaque declarans, plura alia pro Ec-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

cleſiæ libertate & Pontificiæ auctoritatis conſervatione ſtatuit: ſententiam vero, qua Regii Miniſtri ob ejectum Archiepiſcopum Surrentinum cenſuras incurriſſe declararentur, promulgari inhibuit, eoquod Pro-Rex, ceteriique in *Monitorio* nominati, ac citati, priusquam termini in eo præfixi elaberentur, debitam, congruamque Eccleſiæ ſatisfactionem præſtitiſſent, juſſuque ſummi Pontificis a cenſuris fuiſſent abſoluti.

## §. XII.

## *Diuturna lis inter Palatinum Electorem & Wormatienſem Epiſcopum compoſita.*

*Gottfrid. Hiſt. cont. l. 15. p. 668. Theatr. Europ. l. 18. pag. 135. Kettel. Decad. V. pag. 478.*

Jam anno priori Joannes Guilielmus Neoburgicæ lineæ Elector Palatinus Wormatienſis Capituli Canonicos, qui contumaciam ſuam denegata litera Pontificiis obedientia per integrum annum protraxerant, ſingulari erga S. Sedem obſervantia ac ferventi Zelo ſummo Pontifici conciliare nitebatur: eodem quoque ſtudio compoſuit hoc anno gravem non minus ac diuturnam litem, quæ inter Electores Palatinos & Epiſcopos Wormatienſes interceſſerat: cum enim Fridericus III. Simerianæ ſtirpis Elector religioni Calvinianæ

addictus esset, anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo quinto invalescentibus tum Lutheri & Calvini sectis Ecclesiam Neuhusanam cum omnibus proventibus, pagis, aliisque bonis ad eam pertinentibus a tempore memoriam hominum excedente legitime possessam armata vi ab Episcopatu avulsit, usurpavitque, cunctosque Catholicos focis suis & Aris ejecit, eorumque bona & facultates inhumana crudelitate inter Calvinistas distribuit, cunctaque sus deque vertit. Equidem Theodoricus Wormatiensis Episcopus mox sequenti anno sese barbaræ huic violentiæ pro viribus opposuit, ac iniqui spolii, & violentæ deprædationis injuria luculenter demonstrata ab ipso Maximiliano II. Imperatore, & utriusque Religionis Electoribus, ceterisque Imperii Ordinibus sententiam obtinuit, vi cujus juxta Imperii Constitutiones & pacta hæc ditio atque Ecclesia cum omnibus ad eam spectantibus, refusis etiam damnis atque expensis, Wormatiensi Episcopo restituantur. Ea autem tum erat temporum iniquitas, ut Sectarii suorum potentia tumidi non quod justum & æquum, sed quod ex Catholicorum spoliis magis pinque esset, usurpare, ac etiam reddere jussi retinere non reformidarent, hinc præfatæ sen- Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707. tentiæ executio per plures annos dilata est. Postea tamen anno normali pacis Monasterienſis juxta Imperii leges, recessus, cuncta que tam sacra quam civilia jura tota denuo restitutio confirmata, atque Electori Trevirensi demandata est: Huic rursus sententiæ sese oppositit Carolus I. Elector, contra quem tamen Hugo Eberhardus a Scharfenstein tum Wormatiensis Episcopus in Erfurtensi judicio Imperiali restitutionis decretum obtinuit: rursus vero nonnulli graviori hujus causſæ discussione opus esse dicebant, totumque negotium ad aliud forum pertrahere nitebantur, quocirca iterum restitutionis executio prolongata est.

Demum vero Joannes Guilielmus pientissimus, æquitatisque studiosissimus Princeps cuncta jura, & utriusque partis rationes a tribus Imperialis Curiæ Advocatis exactius discuti jussit, ex quorum judicio ac jurium, recessuum, pacisque Monasterienſis fundamentis non modo Neuhusanæ Ecclesiæ, sed & Zinsheimii, Cæsaris-Lutræ, Schonavienſis Monasterii, Liberavii, Schieheimii, Steurbachi, pluriumque aliorum in variis Provinciis sitarum urbium restitutio decreta est. Igitur Elector tot sententiis convictus, Neuhusanam Ecclesiam cum omnibus proventibus &

& pagis fratri suo Alexandro Wormatiensi Episcopo hoc anno restituit. Tum vero Calviniſtæ, cum ea, quæ Catholicis per fas nefasque erepta fuere, eisdem reddere nollent, Prussiæ Regi Sectariorum Patrono fautorique supplices advolvebantur: Hic igitur Ecclesiasticos hujus Ecclesiæ proventus, quos sibi Prædicantes vendicabant, quidem restitui voluit, eorum tamen loco, alia Ecclesiastica bona ac reditus Catholicis eripi, & Calviniſtis assignari petiit, perinde acsi posterior hæc violentia non major injustitia, turpiorque rapina, quam prima fuisset: cum autem Rex se vicissim PP. Benedictinis in suo Regno Ecclesias, reditusque ablaturum minitaretur, Campidunensis Abbas, ut hosce Monachos a vexa redimeret, in Algovia illam Templi partem, quam *Thien* vocant, olim avulsam Calviniſtis die vigesima septima Martii restituit. Sæc. XVII. A. C. 1707.

## §. XIII.

## *Catholici a Suecorum Rege in Silesia inique vexati.*

Nondum Augusti Poloni Regis exauctoratione ac Saxonicæ ditionis deprædatione satiata erat Caroli XII. Sueciæ Regis immoderata alienis inhiandi libido, suamque sectam Catholicorum *Voltair. hist. de Charl. XII Kettel. Dec. V. pag. 465.*

Sæc. XVII. A. C. 1707

licorum oppreſſione propagandi intemperantia; quamvis enim pacis Arnſtadienſis articulo decimo nono Auguſtum Poloniæ Regem eo adegiſſet, ut in Saxonia circa Lutheri ſectam ſe nihil immutaturum, nec ullam Eccleſiam, Scholam vel Monaſterium &c. Catholicis conceſſurum polliceretur, ipſe tamen male uſurpata Lutheranis ſacra ſervare non contentus, ea, quæ Catholici omni jure poſſederant, eis eripere, ac Sectariis armata vi aſſerere non dubitabat; quamprimum enim exhauſta Saxonia die vigeſima Auguſti præmiſſis impedimentis, ingentique armentorum copia cum toto exercitu in Sileſiam eruperat, totumque Ducatum a Lutheranis Principibus, Præfectis, ceterisque hujus ſectæ aſſeclis magno ſtudio ſollicitatus, occupaverat, mox ſuos milites in ſolas ferme Catholicorum ædes diſtribui juſſit, cuſtasque alimentorum, pecuniarum & pabulorum exactiones ſolis Catholicis ne mutire quidem auſis imperavit. Ita ſuper omnia loca, Templa, Noſocomia, Scholas, Monaſteria, bona & reditus, quamvis ea Catholici primitus antiquo ac demum jure poſtliminii poſſedi ſſent, Lutheranis cedi poſtulavit. Ut vero injuſtæ violentiæ labem extortæ conceſſionis obtentu velaret, Proteſtantium

*Theatr. Europ. t. 18. pag. 85. Wagner vita Joſeph. I. pag. 171.*

Orto-

Ordinum Oratores Ratisbonæ in comitiis agentes instigabat, ut suo nomine Lutheranos in Silesia graviter oppressos quererentur, ac juxta articulos a sueco præscriptos eis satisfieri, Viennæ a Cæsare peterent. Enimvero Kinskius Comes Cæsaris Legatus, si a pacis Westphalicæ norma nil alienum peteretur, absdubio concedendum adpromisit: mox tamen Sueciæ Rex futuræ compositionis leges non modo duras sed & abominandas Cæsari veluti victo præscripsit, eidem denuntians, se, qui lentorem Viennæ, odiosasque ambages probe nosset, e Saxonia nunquam excessurum, nisi quæ postularet, obtinuisset. Itaque Cæsar, qui non modo Silesiæ sed & Bohemiæ infesta Suecorum arma metuebat, Joannem Wratislavium Comitem Cæsarei Consilii Principem Arnstadium ad Sueciæ Regem Legatum decrevit, cui tamen Rex ne adeundi quidem sui, nisi ad conventa signanda, copiam unquam fecit: Importunitati cedere, temporum iniquitas suadebat, conveniunt ergo Sueci Regis nomine Holsatiæ Gottorpiensis Dux, & Comes Stralheimius unacum Anglo-Dano-Borusso-Batavico Legatis, qui inspectis matureque ponderatis (ut jactabant) utriusque partis rationibus tandem die vigesima Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A.C. 1707

gesima prima Augusti eo convenere. I. Ut cuncta post Osnabrugensem pacem Catholicis vindicata, licet ea in Riswicensi pace illis asserta fuissent, Protestantibus cedantur, & immutata in pristinum statum reducantur. II. Templa eis erepta vel Catholicis sacris initiata vel occlusa (quorum erant centum & viginti unacum Lignitiensi Jesuitarum Collegio, pro cujus redemptione centum quinquaginta florenorum millia incassum obtulerunt) Protestantibus reddantur. III. In Schweidnicii, Jauriæ, & Glogaviæ suburbiis Gymnasia, & quos libuerit, Prædicantes instituantur. IV. In Catholicorum Urbibus, ubi nullus Lutheranæ sectæ cultus publicus est, cuique suo ritu vivere, liberos instituere, aliorsum studii gratia mittere, ad vicina loca sacrorum caussa commeare, Prædicantes ad infirmos vocare &c. liberum sit. V. Catholici in Protestantium Parochiis degentes decimas, & *stolæ taxam* pendant. VI. Orphanis Lutheranis suæ sectæ tutores dentur. VII. Ad Catholicorum Templum & concionem ingratiis nemo adigatur. VIII. Religionum caussæ in supremo Consilio, conjugales vero nonnisi ad sectæ Lutheranæ leges judicentur, salva tamen appellatione ad Cæsarem. IX. Ubi publi-

publicum sectæ exercitium viget, Templa & Scholæ Lutheranis relinquantur, etsi Cæsar vel alii Catholici jus collationis, vel Patronatus vel soli vel cum Lutheranis habeant. X. Lutherani a publicis officiis non excludantur, eisque bona vendere vel alio migrare liberum sit. XI. Concedatur Lutheranis Consistorium sub Præside tamen Catholico: His pactis utrinque firmatis Lutherani Sueciæ Regem velut alterum Deum, aut hominem divinitus missum immodicis laudibus deprædicabant, & quamvis Rex Borussiæ eandem pro Calvinistis peteret libertatem, id tamen ei denegabant.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

## §. XIV.

## *Summi Pontifices & Catholicorum querelæ contra hæc pacta.*

Cum infelicissima hæc pacta Catholicorum rebus oppido exitialia ac pernicioſa essent, præprimis P. Fridericus Wolffius celeberrimus Jesuita omni rationum, detexeritatis & eloquentiæ apparatu, necnon singulari humanitatis, omnique officiorum genere Societatis suæ oppressionem deprecatus est, simulque Stralheimio Sueciæ Legato varia tot malis medendi media proposuit, nil tamen obtinuit: Petierunt insuper

*Gottfrid Hist. cont. Chron. l. 15. p. 668.*

Sæc. XVII. A.C. 1707.

super Deputati Cæsarei, ut saltem Ecclesiasticis alimenta aliunde jure naturæ debita ab eorum beneficiis ab immemorabili tempore possessis suppeditarentur, necnon Religiosis sumptus in construendis eorum Templis, Collegiis & Monasteriis facti refunderentur, ac denique Sacerdotibus, quibus eorum Ecclesiæ fuerunt ereptæ, de congrua interim sustentatione provideretur, donec ad alias Parochias transferri possent, simulque eorum gregibus interim Templa assignarentur. Verum ad has petitiones Lutherani arrogantia haud toleranda responderunt, horum Sacerdotum potissimos vel esse Religiosos, vel aliis beneficiis provisos, isti ergo ad alia Ordinis sui Monasteria reverterentur, hi vero suis beneficiis vivere, & pauperiores a ditioribus Parochis sustentari possent: vicissim tamen Lutherani ampliſſimis concessionibus nondum contenti, insuper a Schafgotsio Comite, Schlegenbergo, & Langio Cæsareis deputatis audacter petierunt, ut ob sectam proscripti in patriam reverti, suis bonis restitui, eorumque proles suo more institui permitterentur, atque Ecclesiæ, quæ Catholicis exiguo usui essent, Lutheranis concederentur. Tam impudens Lutheranorum temeritas, atque inhumanitas

nitas ab Evangelicæ charitatis & tolerantiæ Spiritu adeo aliena Cæsareos Deputatos plurimum offendit, magis adhuc acerbo dolore iniquas hasce pacis conditiones ferebat Pontifex, quapropter per suum in Cæsaris Aula Viennæ agentem Nuntium Apostolicum de matura nimis cum Suecorum Rege facta pace ac restitutione questus, facta interim interpositione reclamabat. Verum Imperator, cum Suecum in ipsa Silesiæ viscera jamjam sævientem, suis exercitibus in Hungariam, Italiam & Hispaniam dispersis, armorum vi propulsare haud posset, necessitate, metuque gravissimo adactus, hisce pactis jamjam consenserat; timendum omnino etiam erat, ne Suecus armorum successu elatus, atque opibus ac militibus ex Saxonia eductis exercitu prope dimidium auctiori potens, Bohemiam, Moraviam, utramque Austriam, ac demum etiam Hungariam a rebellibus Eterodoxis accersitus invaderet, atque in has quoque ditiones Lutheri hæresin latius propagaturus, raptis everssisque Catholicorum bonis ac Templis damnum rei Catholicæ haud reparandum inferret. Sæc. XVII. A. C. 1707.

## §. XV.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

## §. XV.

## *Elisabetha Christina Brunswicensis Duciſſa Caroli III. Hiſpaniæ Regis conjux ad fidem Catholicam reverſa.*

*Kettel. Decad. V. pag. 490. Theatr. Europ. tom. 18. pag. 127.*

Selegerat ſibi in Sponſam Carolus III. Hiſpaniæ Rex, Auſtriæ Archidux, Joſephi I. Imperatoris Frater Eliſabetham Chriſtinam Ludovici Rudolphi Brunswicenſis Ducis Filiam & Antonii Ulrici Ducis Neptin. Obſtare tamen videbatur Religionis diverſitas, quam tolli poſſe, ſpem fecerat præclara Eliſabethæ indoles, veritatis indaganda ardor, & præjudicia exuendi promptitudo: Hæ dotes Carolo Regi haud incognitæ eum impulerunt, ut P. Plechnerum Jeſuitam, perſonatum Nobilem, ad Ducis Aulam decerneret, qui detecto falſæ Religionis commento ſenſim Catholicæ veritatis dogmata teneræ Eliſabethæ animo inſtillaret: Nec Apoſtolico huic labori defuit optatus rei eventus; hæc enim Princeps agniti errore haud cunctanter ſuaviſſimo Ecclesiæ jugo cervicem ſuam ſubjecit. ſolus Ludovicus ejus Parens adhuc mentis ſollicitudine agitatus, conſentire recuſabat; quocirca a ſuis Præcantibus ſerio ſciſcitabatur, an ejus Filia

Filia in fide Catholica æternam salutem consequi posset: ad hoc vero dubium non modo hi, sed cuncti Helmstadienſis Universitatis Theologi prompte responderunt, eam omnino in Romano - Catholica fide salvari posse: quo tamen responso ad eam sese redegerunt necessitatem, ut Catholicis Eucharistiam, Missæ sacrificium, S. Imaginum cultum profitentibus Idololatriæ crimen nonnisi per summam calumniam se imputare, vel etiam Idololatriam studiose profitentes, atque in ea usque ad mortem perseverantes salvari posse, & si in fide Catholica quis salvari possit, hanc solam, cum nonnisi una fides æque ac unus Deus, vera & salvifica esse possit, veram esse, fateri cogerentur. Utut autem sit, id omnino certum est, quod Regia hæc Sponsa relictis Lutheri castris depravatum ab errorum Doctoribus animum exuere statuerit. Igitur die decima nona Aprilis solemni pompa a Comite Josepho de Paar & Comitissa Ringsmaul Guelpherbyto Bambergam deducta, in Ecclesia Cathedrali solemni sacro, quod Lotharius Franciscus de Schönborn Bambergensis Episcopus, ac Moguntinus Elector peregerat, singulari pietatis sensu interfuit, ac post decantatum fidei Symbolum ejurata

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707. Lutheri secta publicam Romano-Catholicæ fidei professionem die prima Maij emisit, postea Sacro Epulo, Divinoque post Missæ Sacrificium Verbo non sine luculento Religionis exemplo refecta, ad Aulam reversa est, ubi duodecim pauperes fœminas propria manu, ac pientissima humilitate cibavit, eisque præter duodecim aureos, insuper urceos, discos, paropsides, cunctaque convivii utensilia donavit, datisque ad Papam literis eum de sua conversione certiorem reddidit. Inde paucis post diebus Ratisbonam & die decima quarta Maij Viennam advenit, ibidemque a Josepho Cæsare, Eleonora Vidua Imperatrice, & Augustissima Familia Austriaca singulari humanitate, lætitia & honore excepta est. Opportuno tempore in Hispaniam deducenda; jam enim die prima Augusti Viennæ, & decima octava Septembris Barcinone in Hispania tanquam Regis Caroli Sponsa, ac Hispaniæ Regina renuntiabatur. Porro Pontifex intimum uberrimumque gaudium, quod ex hac conversione conceperat, non modo literis die secunda Julii ad Moguntinum Electorem datis, sed præcipue tranmissa ad ipsam Ducissam epistola testatus est, hæc perscribens: „Bonum est „Nobilitati tuæ, quod cor suum tradi-

„ad vigilandum diluculo: quod me- Sæc. XVII.
„mor Creatoris ſui in diebus juventu- A. C. 1707.
„tis ſuæ certam, & unicam, qua ad
„eum tenditur, viam inter offuſas te-
„nebras invenire, & ingredi meruit:
„quod rejectis erroribus, in quibus e-
„ducata fuerat, Catholicam veritatem
„Dei ope eſt complexa. Lætare ita-
„que in Domino, lectiſſima virgo, &
„exulta, quod gratum ipſis Angelis
„ſpectaculum exhibuiſti, cujus aſpectu
„ne paternam noſtram charitatem diu
„fraudares, literas optatiſſimi hujus
„eventus nuncias, easdemque filialis
„tuæ erga Nos & Apoſtolicam Sedem
„devotionis teſtes, ad Nos dediſti. Qui-
„bus quidem literis perlectis repletum
„eſt gaudio cor noſtrum, & lingua
„noſtra exultatione, tum ſane quia ob
„tua decora, quorum Nos præſtantiam
„non ignoramus, Romanæ Eccleſiæ non
„vulgare ornamentum te in ejus ſinum
„recepta, accepiſſe exiſtimamus, tum
„vero inprimis inſpecto ſpirituali tui
„ipſius bono, cui aliter conſuli non poſſe
„intelligebamus, niſi tu cæleſti lumini
„obſecuta properaſſes ad amantiſſimæ
„Matris ubera, unde lac immaculatum
„exugeres, ac niſi ultro appetiiſſes fon-
„tes Salvatoris, unde hauries cum
„gaudio ſalutem, quæ a ciſternis diſſi-
„patis, quæ non continent aquas, fruſtra

Sæc. XVII. A. C. 1707.

„semper expetitur. Dum vero Deo mi„sericordiarum Patri gratias in humili„tate cordis agimus, qui te tanto fue„gratiæ munere, Nos vero tam præci„puo lætitiæ argumento, donare vo„luit, eumdem indesinenter rogare pro„ponimus, ut sua in te dona cumulet, „atque perficiat, confisi te vicissim ad „ea promerenda omnia pietatis studia „præclare posituram: cujus boni au„spicium esse cupimus Apostolicam be„nedictionem, quam Nobilitati tuæ „peramanter impertimur.„

## §. XVI.

## *Colonienſis Electior atque Archiepiſcopus Sacerdotio initiatus.*

*Gottfrid. Hiſt. cont. Chron. l. 15. pag. 669.*

Quamvis jamjam decem & noven anni, a quibus Joſephus Clemens in Colonienſem Archiepiſcopum renun tiatus fuerat, præterfluxiſſent, non dum tamen Sacerdotio initiatus erat poſtquam vero ejus ditiones armis Ca ſareis occupatæ, & ipſe Imperio pro ſcriptus, ad Inſulenſem Belgii Catho lici urbem profugere compulſus fuerat tandem acrius impellente ſummo Pon tifice die prima hujus anni a Torna cenſi Epiſcopo in Jeſuitarum Eccleſia initiatus, præſente ejus fratre Elec tore Bavariæ primum Miſſæ Sacrificium

ficium peregit, ibidemque a Camera-censi Archiepiscopo, assistentibus Yprensi, Atrebatensi, Audomaropolitano & Namurcensi Episcopis in Archiepiscopum eadem die consecratus est, cui etiam Pontifex die duodecima Februarii peramanter gratulatus, Pallium, quod petierat, se libenter traditurum pollicebatur. Eodem tempore Colonienſe Capitulum apud Imperii Ordines querebatur, quod Elector Palatinus Cæsaris-Verdam, arcam Kerpensem & Lommersheimium detinuerit, Elector autem Brandeburgicus Rhenobergam a Capitulo Colonienſi avulserit, Calvinistas in Senatum intruserit, & Prætorem aliosque Catholicos Ministros subrogatis Calvinianis officio amoverit, Templumque Calvinianum erexerit, quamvis Calvinistæ ex anno normali nullum omnino sectæ suæ exercitium ibidem habuerint, idque primum Anno 1633. per Batavos extorserint, ejecto autem Batavico præsidio, omnia in antiquum Religionis Catholicæ statum Anno 1672. fuissent restituta, imo ipsemet Borussiæ Rex in sua Capitulatione Anno 1703. se nihil in Religionis statu immutaturum, jusque nullum Calvinistis ultra concessurum promisisset &c. Eapropter Capitulum exegit, ut ambo Electores ab omnibus deinceps onerum

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707. impositionibus abstinerent, illata damna resarcirent, præfatasque Urbes unacum omnibus suis juribus, proventibus, &c. Archiepiscopatui Coloniensi restituerent. Verum Rhenoberga, primum Anno 1715. per Badensem pacem Colonienſi Capitulo a Calvinistis reddebatur. Adeo promptæ sunt Sectariorum manus ad rapiendum, & torpidæ ad restituendum.

## §. XVII.

### *Perversa Ragotsianorum molimina.*

*Wagner Hist. Jos. I. Imper. pag. 108.*

Enim vero Hungarica hujus anni expeditio nec præliis, nec victoriis, nec urbium expugnationibus memorabilis erat, magnarum tamen rerum præsaga videbantur esse vasta consilia, quibus hæretici rebelles ductore Ragotsio depressa religione Catholica per totam Hungariam sectæ suæ vexillum erigere, ipsamque Domum Austriacam funditus exscindere moliebantur: Prae primis igitur Ragotsius se in Transylvaniæ Principem a suæ factionis assecla proclamari fecit, inque publicis literis ac diplomatibus hunc titulum sibi attribuit, habitoque Rosenavii conventu bellum contra Cæsareos totis viribus prosequendum, cunctosque sibi adversaturos ferro flammaque tanquam pa-

trias

triæ proditores insectandos esse decre- Sæc. XVII.
vit: Incassum Imperator rebelles a A. C. 1707.
cruentis hisce consiliis avertere, Hungarosque ad debiti obsequii leges revocare nitebatur, jam enim rebelles eo temeritatis prolapsi sunt, ut non modo Jesuitas e toto Regno deturbari peterent, sed etiam Onothi Mense Junio conventum haberent, in quo inter præcipuos sui conciliabuli articulos, Josepho Regi suo omne obsequium denegantes, ejusdem solium vacare declarabant, missisque ad Principes Christianos literis eos desuper certiores reddebant. Nec his contenti, insuper Berezenium, aliosque ad Magnum Moscoviæ Ducem ablegabant, Hungariæ diadema ejus Filio offerentes, simulque pecuniarum subsidia ad continuandum bellum petentes. Verum Dux petitionis indignitatem aversatus, hosce Oratores non sine indignatione remisit, ac insuper misso Romam Kurakino Duce Pontifici significabat, quod liberum publicumque Religionis Catholicæ exercitium in sua ditione permittere, Conventum PP. Capuccinorum & Ecclesiam domumque pro Jesuitis unacum Gymnasiis erigere, & Missionariis liberum ad Sinas transitum permittere constituerit. Interim vero Tigeus Cæsareus Bellidux in Transylva-

Sæc. XVII. A. C. 1707. niam movens, quinque rebellium millia fudit, fugavitque, & Guido Starenbergius Tyrnaviam præsidio, & Trenchinius Leopoldopolim, quo Ragotsius cum duodecim suorum millibus contenderat, semestri annona communivit, ac demum Nitria incassum tentata, maximis itineribus Commoram, ibidemque Danubio trajecto ad Scarabantiam movit, depulsoque ab Austriæ finibus terrore Hungarico hujus anni expeditionem finiit, peroportune tamen adhuc Rabutinus Papa cæsis rebellibus nova militum supplementa in Transylvaniam invexit. Cognitis autem rebellium consiliis Pontifex die secunda Septembris ad omnes Hungariæ Præsules literas dedit, in quibus suum dolorem testabatur, eo quod non modo rebelles ad denuntiandum promulgandumque interregnum progressi sint, sed etiam Præsulum nonnulli talia molientibus adhæserint: ac propterea omnia hucusque contra legitimi Regis auctoritatem attentata improbavit, atque interminatis pœnis inhibuit, ne Præsules ad novi Regis electionem ullo pacto concurrerent.

§. XVIII.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

## §. XVIII.

## *Graves tumultus in Polonia.*

Non ſine ſummo animi mærore Pontifex per iniquas pacis a Rege Poloniæ cum Sueco initæ conditiones orthodoxæ fidei latius propagandæ ſpem fuiſſe interciſam perceperat, ac deſuper querulas ad Cardinalem Saxo-Citienſem literas die quinta Martii dederat: Verum ejusdem Pontificis dolor ac curæ magis adhuc augebantur allato nuntio, quod Polonorum Procerum non pauci tam Auguſti quam Stanislai imperium detrectantes ad diem vigeſimam tertiam Maij Lublini convenire, novumque Regem eligere conſtituerint. Novis hiſce molitionibus acriter obſtiterat Szembeckius Archiepiſcopus in Regni Primatem ab Auguſto nominatus, atque a Papa confirmatus, qui Regni Proceres in comitiis congregatos ad ſuas partes pertrahere intentus, Suecorum factioſorumque auſus calamo & ore acriter inſectatus eſt: Nihilominus prævaluit Petri Moſcoviæ Ducis ſollicitatio, qua novum Regem, ſi Auguſto ſolium reddi non poſſet, eligi, firmum fixumque habebat, ac propterea jamjam die ſeptima Februarii habito Leopoli conventu

*Kettel. Decan. V. pag. 464. Theatr. Europ. t. 18. pag. 263.*

Sæc. XVII. A. C. 1707. Sandomirienſem, ut vocant, *fœdera-tionem* confirmari, cunctosque Regni Proceres ad liberam novi Regis electionem in comitiis die vigeſima quinta Martii celebrandis invitari voluit: Ipſe etiam Dux cum ſuo Filio jamjam die decima nona Februarii in Poloniam venit, & cum Proceribus, quos ante & promiſſis ad ſuas partes pertraxerat, fœdus jam antea initum innovavit, necnon futuræ electionis libertatem totis viribus propugnaturum ſe pollicitus eſt, ſimulque Sielinskium Archiepiſcopum, quem Stanislaus in Regni primatem nominaverat, capi, ac Kiovium abduci juſſit, incaſſum reclamante Clero, qui hunc Præſulem vel Eccleſiaſtico tribunali vel Pontifici conſignari petiit: Equidem futuræ electioni obſiſtebat non modo Stanislaus Rex, ſed etiam Clemens Papa, qui Polonos ſedulo hortabatur, ut dimiſſo novum Regem eligendi propoſito Stanislaum, utpote ab ipſis necnon ab exterorum Principum potiſſimis agnitum, in ſua dignitate tueri ſatagerent. Interea Wisnoviskius Princeps ad Stanislaum Suecorumque caſtra Lithuanas copias pertraxerat, & quamvis coronæ, ut vocant, exercitus pro patria libertate perſtaret, die tamen trigeſima tertia Julii Poloni Proceres Lublini congre-

gati promulgato licet interregno decretam novi Regis electionem multiplici dilatione protelabant, conventumque usque ad undecimam Auguſti diem differebant, partim quia huic ſuo conſilio ſenſim plures & plures acceſſuros, ſperabant, partim quia Moſcoviæ Ducem tædioſa hac cunctatione eo adigere nitebantur, ut Bychoviam arcem hoc anno poſt acrem obſidionem Lithuanis ereptam, bellique machinas ex eorum propugnaculis extractas redderet, compenſatoque damno per Calmuckos illato, captum Archiepiſcopum decentius haberet, donec ejus cauſſa a Pontifice decideretur. Interim Moſcoviæ Dux Liſſam urbem Stanislao addictam immani deprædatione primo exhauſtam, unacum aliis pluribus locis incendi, ipſe vero cognito Suecorum adventu Varſavienſem arcem expilari, cunctaque pretioſa in Moſcoviæ Metropolin abduci juſſit. Viciſſim vero Stanislaus Rex Szembeckium pro Primate haberi prohibuit, non ſine maxima ſummi Pontificis indignatione, qui etiam interminato anathemate Regem percellere non deſtitit: Ceterum ferventibus hiſce inteſtinis Polonorum diſſidiis totum hoc Regnum tam a Moſcis quam a Suecis miſere devaſtatum ultimo excidio proximum erat.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

§. XIX.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

## §. XIX.

## *Toggenburgenſium Calviniſtarum rebellio contra Abbatem S. Galli.*

*Hotting. Helv. Hiſt. Eccleſ.*

Non minus periculoſas in Helvet turbas concitabat Calviniana gen omnis alieni & præcipue Catholici imperii impatiens: Hujus controver origo erat hæc: Poſtquam Friderici ultimus Comes de Toggenburg ſine prole maſcula deceſſerat, hic Comitatus jure hæreditatis ad duos Fratres de Raronien defuncti Comitis Nepotes devolvebatur: hi vero hujus ditionis dominium minus æſtimantes, illud quatuordecim millibus & quingentis florenis anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo cum pleno jure & accedente Friderici III. Cæſaris conſenſu ac confirmatione Ulrico Abbati San-Gallenſi vendiderunt, a quo tempore Abbas Toggenburgum diu quiete poſſedit, ejusque ſubditi homagio præſtito, editoque juramento plenum hujus Comitatus dominium non raro conteſtati ſunt. At vero, poſtquam Ulricus Zwinglius Hæreſiarcha, cujus infelix patria erat Toggenburgum, damnando ſchismate Eccleſiæ pacem turbaverat, mox ſupervenien rapiendi libidine ſubditorum ſubje

legitimis Dominis debita exulare cæpit: quippe non pauci a Zwingliani erroris Doctoribus decepti pro genio hujus sectæ gentisque subjectionis jugum ipsis sub Catholico Principe infestum excutere moliebantur: cumque ejusmodi hominibus nil magis familiare sit, quam deficiente jure & æquitate suas rebelliones potentiorum armis, parique seditionis spiritu inflatorum societatibus firmare, hinc etiam Toggenburgenses Calviniſtæ fœdus, jusque quoddam provinciale, quod sub Suitiensium, & Glaronensium protectione, salvo Abbatis jure territoriali supremo ac independente jam anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo erexerant, anno hujus sæculi tertio innovarunt, atque in rebellionis suæ fulcimentum converterunt, proin populare regimen inducentes, Liechtensteinæ novum Senatum constituerunt, civilemque ac criminalem jurisdictionem, jus fœderum, belli & pacis, commerciorum, jurisdictionis totiusque Regionis administrationem ac regimen, perinde acsi liber atque a nullius dominio dependens foret populus, usurparunt: Haud toleranda erat horum temeritas, eo magis cunctis Principibus periculosa, quo minus eorum ditionibus, securitatique provisum esset, si subditi priva-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707

privatis inter se pactis sine illius, cujus intereſt, maxime Domini territorialis conſenſu non ſine tertii præjudicio initis, ſuo Domino parendi obſequium ſubtrahere poſſent, eapropter Abbas præſente Notario adverſus prætenſum hoc provinciale pactum reclamabat, ſuumque jus ſtrenue defendebat, cui etiam Cæſar tanquam Auſtriæ Archidux ſuffragabatur, & per Legatum ſuum Franciſcum Comitem de Trautmansdorff cum Abbate ejusque Monaſterio utpote Imperii feudo pro recuperandis ditionibus ab eo avulſis feodum contra uſurpatores erigebat. Nihilominus Toggenburgenſes Calviniſtæ hoc anno prolatis variis, quibus ſe præſtare ajebant, gravaminibus Tigurinos & Bernates implorabant, qui etiam ob ſectæ affinitatem eorum defenſionem in ſe ſuſceperunt, miſſisque quatuor Oratoribus Abbati ac Principi San-Gallenſi hoſce articulos die quarta Martii propoſuere. I. Jus provinciale manifeſte Toggenburgenſibus favere, illudque a novo regimine confirmatum juramento territoriali Domino præſtito poſtponi non poſſe. II. Exiguum exemptionis pretium ſatis indicare, populum illum amplis gaudere exemptionibus. III. Senatum & Tribunal patrium in contractu Raperſchwillano Anni 1538. etiam

esse fundatum, proin Abbatem absdubio concessurum, ut subditi utriusque Curiæ dispositioni stare valerent. IV. Justitiæ administrationem soli Senatui patrio, exclusis exteris (scilicet Cæsare) competere, proin appellationem Abbatis non esse admittendam, nisi ex speciali Toggiorum ac inferiorum Tribunalium consensu. V. Salva pace patria, Calvinistis liberum Religionis exercitium esse concedendum. VI. Jus constituendi sibi Parochos ad populum pertinere, nisi speciale jus Abbati suffragetur. Verum non modo Abbas Princeps, sed etiam Helvetiæ Cantones, præcipue Svitiensis & Glaronensis, qui utpote Toggenburgensium Protectores eorum causam pluribus legationibus & congressibus jamjam tractaverant, iniquo ferebant animo, quod Tigurini & Bernates Calvinistæ, ad quos tamen hoc negotium minime spectaret, velut judices & arbitri sententiam omnino incompetentem, etsi in eos non fuisset compromissum, ferre præsumerent, suamque jurisdictionem sine alterius partis consensu prorogare, imo etiam articulos, de quibus tamen nunquam lis fuisset mota, præscribere auderent. Eaproptet Princeps San-Gallensis, sex hosce articulos neque ut consilium, minus vero ut sententiam

Sæc. XVII. A. C. 1707.

posse

Sæc. XVII. A. C. 1707.

posse a se recipi declaravit, atque Cantonibus neutri parti addictis arbitrium deferri voluit, quamvis id soli Svitienses & Gloranenses sibi vendicarent. Verum Tigurini & Bernenses suis viribus tumidi, contempta Principis oppositione Toggenburgicos animarunt, ut cæptis strenue insisterent, prælatisque articulis a se conceptis inhærentes, statim proxima die Dominica cathesis Calvinianæ usum, ceteraque sectæ exercitia introducerent. Nec opus erat sponte currentibus calcar addere; ipsimet enim numerosum magnorum suorum Senatum constituerunt, itaquidem, ut in majore, seu pleno Senatu octoginta, in minore viginti quatuor, & in secretiore duodecim Patres essent, ex his vero rursus alii sex eligerentur, qui consilio, sapientia & auctoritate Rempublicam tam in sacris quam profanis regerent, ac propterea velut independentes Domini proprio uterentur sigillo. Tam audax facinus, aperte rebellioni oppido vicinum, quod tamen Hottingerus *pacificam actionem* vocitare non dubitavit, haud ab alio quam Calviniano populo exspectari poterat, quod circa Svitienses, quamvis hactenus Toggenburgensium causam utpote eorum protectores tutati fuissent, consilia sua publicis in comitiis mutandi

censuerunt, eoquod ex Bernensium articulis, & Toggenburgensium ausibus sat luculenter perspexissent, quod hi nequaquam caussam inter Abbatem & Suitienses ac Glaronenses hucusque controversam tutari, sed sub hoc prætextu Religionis Catholicæ perniciem promovere, & juxta Calviniano - Zwinglianum Spiritum sectam latius extendere intenderent. Tandem vero Calvinistarum furor post cruentas cædes, & extortas pacis conditiones Catholicis plurimum nocivas aliquantisper post decem annorum decursum resedit. Sæc. XVII. A. C. 1707.

## §. XX.

## *Hispanici belli continuatio.*

Postquam Galli pactis induciis, redditisque, quas occupaverant, urbibus ex Italia excesserant, Eugenius Princeps Telone Martio incassum tentato, captaque Susa urbe Mediolanum properabat; nuntiatum enim eidem erat maximam recuperandi Neapolitani Regni spem affulgere, quippe Cardinalis Vincentius Grimanus Cæsari, Domuique Austriacæ addictissimus Archiepiscopum Neapolitanum Pignatellium Cardinalem, necnon Monteleonem ejus fratrem sibi conciliaverat; horum autem opera Procerum potissimi jam alias *Hist. du Prin. Eug. l. 8. pag. 168. Hode vie de Louis XIV. lib. 58.*

Sæc. XVII. A. C. 1707.

in Auſtriacos proni totum ferme Neapolitanum populum clam ad arma contra Hiſpanos ſumenda concitabant: Proſperum etiam hujus expeditionis ſucceſſum pollicebantur limites oſcitantia muniti, rarus, qui obſiſteret, miles, & is male compoſitus, magna undique ſecuritas. Tam certam victoriæ ſpem Grimanus Cæſari fecerat, ut hic Eugenio Principi in mandatis daret, quatenus ductore Daunio Comite cum decem armatorum millibus Neapolin contenderet. Menſe igitur Junio in Anconitanum agrum profectio initur, exiguntur a Pontificiis ſubditis pro militi Cæſareo cibaria, & hoſpitia: Haud parum trepidationis Romanæ Urbi tum inopina hæc Germanorum propinquitas excitabat: unde Pontifex præcipuas quatuor portas valido milite cuſtodiri, cæteras omnes obſtructo muro claudi, ſimulque agreſtis militiæ aliquot millia cogi juſſit; inſuper Cardinalem Grimanum, ut de illata Pontificiæ Sedi que Apoſtolicæ injuria rationem poſceret, illico Romam evocavit, datisque ad Cæſarem, Principem Eugenium & Salmenſem Ducem Aulæ Cæſareæ Præfectum literis vehementer querebatur, quod ejus ſubditis illata a Cæſareis cohortibus damna indies invaleſcerent, & quidem Belliduces ip-

ber-

berna militum hoſpitia, & menſtruas pro iis alendis pecuniarum præſtationes a Pontificiis Legatis Ferrarienſi & Bononienſi expeterent, perinde acſi cum aperto hoſte, non cum amico Principe, eique ſubditis populis ageretur. Verum inſuperhabitis hiſce querelis Martinizius Comes & Wetzelius juſſu Cæſaris cum centum quinquaginta Equitibus Romam ingreſſi Carolum III. feudo Neapolitano inveſtiri petebant, quibus tamen Papa reſpondit, ſe Carolo, ſi hoc regnum armis fuerit adeptus, hoc feudum conceſſurum. Tremollius vero Cardinalis, & Dux de Uceda Hiſpaniæ Legatus apud Papam inſtabant, ut Germanos anathemate percelleret, eisque annonam & commeatum denegaret, ſecus Hiſpaniæ & Galliæ Reges Romam ferro & flamma devaſtaturos, & Avenionem eidem erepturos. Nihilominus Daunius Comes magnis itineribus ad Neapolitanos fines contendit, ac primo Capuam, tum ipſam Neapolin totius Regni Metropolin demum Bajam, Salernum, & Cajetam propugnaculum arte & natura munitiſſimum aſſultu expugnavit, captis Aſcalonio Pro-Rege, Briſaccio ſupremo Hiſpani exercitus Imperatore & Cellamario Præfecto unacum ter mille præſidiariis: Captis præcipuis

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A.C. 1707

Urbibus nullo negotio cetera omnia op
pida, totumque Regnum Carolo in le
gitimum Neapolis Regem proclama
acceſſit, cujus Pro-Rex dictus eſt Da
nius, qui tamen paulopoſt Cardinal
Grimanum ſucceſſorem habuit. Co
firmata incolis privilegia. Duces ve
capti aſperius habiti, eoquod erga
ſtriacos anno priori inhumanius
giſſent.

Minus auſpicata Auſtriacis era
bellica ad Rhenum expeditio; nam
enim Ludovico Badenſi Principe mi
tari experientia & felicitate celebe
mo, necnon abſente Erneſto Barth
no Marchione, qui eidem ſucceſſer
Villarius Franciæ Mareſcallus Stol
fenſes aggeres foſſasque, quibus
Germani ad Rhenum claudebant, ma
reſiſtente perrupit, atque in Suevia
Franconiam, Ducatum Wirtenberg
ſem, Durlacenſem, Darmſtadienſe
inferiorem Palatinum, Francofurt
& Moguntiam usque rapidiſſimo cu
ſeſe effudit, incolisque plura aureo
millia in dies ſingulos perſolvenda
poſuit, ac ubique Germanorum co
fudit, quæ ſe fuga ſubducere, aut
ctorum potentiæ reſiſtere nequiver
Poſtea internecionis ac conflagrati
pœnam Ulmenſibus interminabat
niſi protinus Gallicæ legionis Tribun
rem

remitterent, quem Blainvillius obsidem propter commodatam Gallis ingentem pecuniarum vim reliquerat, Cum autem Sabaudiæ Dux in Provinciam Narbonensem infestis armis irrumperet, Villarius cum suis trajecto Rheno in Gallias reverti jussus est, Barutthanus vero Princeps, postquam imminutum exercitum sub Philippoburgi mæniis subduxerat, longorum itinerum, senii, morborumque incommodis fractus missionem a Cæsare petiit, obtinuitque. Successerat eidem Georgius Ludovicus Elector Hannoveranus, qui cum legionibus tum suis tum Luneburgicis & Brandeburgicis die decima quinta Septembris ad castra delatus, Vivantum Franciæ Generalem, Ductore Mercyo tam improviso impetu obruit, ut nequidem ad conscensum Equorum spatio dato, permultos adhuc semnisomnes in stratis, alios in fuga interficeret, captisque centum quinquaginta gregariis, & mille trecentis equis cæsisque ferme octingentis, decem vexilla in victoriæ trophæum reportaret. Sæc. XVII. A. C. 1707.

In Flandria vero hoc anno nec magnum quid gestum, nec damni multum illatum, acceptumque est, Gallis pugnam declinantibus, & Anglo-Batavis ob continentes pluvias hostem insequi præpeditis: Improspero autem

Sæc. XVII. A. C. 1707

Marte in Hiſpania pugnabant Fœderati, Gallowajus enim Anglus Berwicum die vigeſima quinta Aprilis apud Almanzam aggreſſus, Luſitanorum culpa interne-cione cæſus eſt. Cecidere ex Caroli ferme ſex, capta ſeptem millia, præter centum viginti vexilla: unde Hiſpa nullo negotio pene integra Arragoniæ & Valenciæ Regna ad Philippi Andegavenſis obſequium reduxere, illaque extinctis municipalibus privilegiis Caſtellæ legibus uti & ſervire coegere: Aurelianenſis quoque Dux Denia bis incaſſum tentata, Ilerdam tamen Urbem poſt difficilem totius Menſis obſidionem armata vi ſubjugavit, & altero poſt Menſe arcem deditione cepit, quam Darmſtadienſis Princeps ſalvæ generoſæ defenſionis honoribus tandem fecit.

## §. XXI.

## *Calviniani Prophetæ in Anglia ignominioſe caſtigati.*

*Priet. Annal. cont. pag. 126.*

Poſtquam Ludovicus XIV. Galliarum Rex Cebenenſes Calviniſtas rebelles & fanaticos armis coercere coactus fuerat, horum non pauci e Francia in Angliam navigarunt, ubi ſe Prophetico ſpiritu afflatos eſſe mentiebantur, & Angliæ Regno, imo & toti Europæ

eventura mala prædicebant. Non deerant etiam aliqui inter gentis hujus Primores, eruditos, & Prædicantes, qui emunctiori licet naso sapere sibi viderentur, fanaticis tamen hisce nebulonibus non modo obaudire, eosque velut veros Prophetas colere, sed & in insaniæ favorem atque in eorum approbationem calamos suos non sine maximo famæ suæ detrimento exercere non erubuerunt, cum autem exin in plebecula motus exorirentur, resque ad majora pericula vergeret, ex hisce fatuis Prophetis non pauci in carceres conjecti sunt, cumque a sua insania rationum momentis revocari non possent, judicum sententia die tertia Decembris Londini publicæ irrisionis opprobrio e pegmate expositi, tandem ut dementati & fanatici homunciones ex Urbe ejecti sunt.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

## §. XXII.

## *Leopoldi de Colonitsch Cardinalis extrema.*

Respublica Christiana, ac Hungariæ Ecclesia intimo dolore perceperat mortem Leopoldi Cardinalis Colonitschii. Hic ex parentibus nobilissimis Lutheri tamen secta infectis in Hungaria natus, curante Ferdinando III. Im-

*Vit. Card. pag. 88. Kettl. Den. V Epist. Clem. XI.*

Sæc. XVII. A. C. 1707.

peratore in fide Catholica enutritus, in continuis solidæ pietatis, ac omnigenæ scientiæ exercitationibus adolevit. Attigerat nonum ætatis annum, dum jamjam Equestri Melitensium militiæ adscriptus, bellicæ expeditioni contra Turcas in Cretensi Insula, nec non prælio apud Dardanellas non otiosus Spectator, sed inter pugiles primus interfuit, vexillumque hosti eripuit, quocirca in fortitudinis præmium Melitensis arcis Gubernator, & paulopost Viennam reversus, Cæsarei Cubiculi Magister renuntiatus est: Verum ut propius Ecclesiæ obsequio vacare posset, sacræ militiæ nomen dedit, ac singulari Religionis Zelo hæreticos & schismaticos ad Ecclesiæ gremium revocare intentus, conversos inexhausta liberalitate adjuvit, ac non raro ipsus ante Ecclesiarum fores pro ipsis eleemosynas colligit, obstinatos vero, inquietosque coerceri, & Christianos Constantinopoli captivos redimi officiis, & liberali pecuniarum subsidio curavit, atque in vacillante, turbataque Hungaria firmissimam sese Ecclesiæ columnam exhibuit, cumque ob raram prudentiam, vitæ, morumque integritatem Leopoldo Cæsari in primis charus esset, primo Nitriensis, postea Neoso-diensis, demum Jaurinensis Episcopus nom-

nominabatur: Necdum præclara hujus Viri merita digno satis præmio honestata Cæsari videbantur, quocirca eo urgente Coloccensis, postmodum Strigoniensis Archiepiscopus, Hungariæ Primas, Curiæ Cæsareæ Præses, Cancellarius ac denique Cardinalis ab Innocentio XI. renuntiatus est, maximam tamen proventuum suarum partem exornandis Ecclesiis, alendis Clericis, Neophytis, pauperibusque dicavit, necnon Viennæ militum hospitale suo ære erexit, ac pene inopem se reddidit, ut Viennensi Urbi, ejusque incolis a Turca obsessis opem ferret; tum enim non modo verbis, sed & exemplo & auro milites, civesque ad strenuam defensionem tam potenter accendit, ut Vezirius infaustum obsidionis successum Colonitsii auxiliis ac fortitudini imputans, Sultano pollicitus esset, se mox hujus Præsulis caput eidem Constantinopolin transmissurum. Egregia insuper obsequia præstitit Cæsari, qui ab ejus consiliis dependens, in gravissimis Ecclesiæ & Imperii negotiis ejus opera cum maximo proventu utebatur, Pontifices etiam non raro suas curas in ejus sinum refundebant, ejusque auctoritati, quo apud Imperatores valebat, confisi, ipsius officium, Studiumque in iis, quæ vel publica negotia, vel

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Ecclesiæ necessitates, aut fidei Catholicæ propagationem concernebant, implorabant. Tandem vero viribus & senio fractus, ac diuturno morbo confectus, Viennæ die vigesima Januarii anno ætatis suæ septuagesimo sexto pie in Domino obdormivit, sepultus in Ecclesia ad S. Annam: Erat uti in vita, sic post mortem liberalissimus pauperum benefactor, fecitque omnium suorum bonorum hæredes, Viennense, & Posonienſe pauperum Xenodochium.

## §. XXIII.

## *Joannis Baptista Rubini Cardinalis decessus.*

Sequenti Mense Joannes Baptista Rubinus patria Venetus obiit, qui sub cura Petri Ottoboni tum Brixiensis adhuc Episcopi, cui affinitate junctus erat, Venetiis, ac postea Brixiæ humanioribus literis operam navabat. Sacratioribus disciplinis egregie imbutus, ac Patavii Doctoratus laurea decoratus, ibidem Cathedralis Ecclesiæ Canonicus nominabatur, atque ab eodem Petro Romam vocatus, Romanisque Prælatis accensitus, plurium Urbium ditionis Ecclesiasticæ Gubernatorem egit, demum ab Innocentio XI. Vicentino Episcopatu honoratus. Post quam

quam vero Petrus Ottobonus sub nomine Alexandri VIII. Petri Cathedram moderari cæperat, Rubinus ab eodem secretioribus consiliis adhibitus, Romanaque Purpura auctus, haud parum contulit, ut Jacobus II. Angliæ Rex a Calviniſtis solio & patria deturbatus, liberaliſſime Romæ exciperetur: egregia insuper obsequia præstitit Venetæ Reipublicæ, & Gallicæ coronæ. Decessit demum Vicentiæ die decima septima Februarii anno ætatis suæ sexagesimo quinto. Sæc. XVII. A. C. 1707.

## §. XXIV.

## *Henrici de Arquien Cardinalis obitus.*

Tertius ex Purpuratis, qui hoc anno obiere, erat Henricus de Arquien Nivernii in Francia natus. Hic a suis Parentibus liberaliter educatus, inter Melitenses Equites animi fortitudine nulli secundus iterato prælio Turcas fudit, fugavitque, mortuo autem suo Patre in Franciam reversus, relicta Equestri militia uxorem duxit, ex qua præter duos filios & quatuor filias etiam Mariam Casimiram primum Principi Polono Zamoiskio, postea Joanni Sobieskio Poloniæ Regi nuptam suscepit, unde, etsi jam annum ætatis sexagesi-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

gesimum quintum expleſſet, relicta tamen Patria in Poloniam ad Filiam ſuam Reginam contendit, mortua autem uxore Clericali vitæ adſcriptus, Sacrisque initiatus, a Galliarum Rege præter annuam penſionem Equeſtris Ordinis torque donatus eſt, poſtea ad Reginæ Filiæ ſuæ preces ab Innocentio XII. Papa in Purpuratorum Collegium cooptatus, poſt Poloni Regis mortem Romam contendit: ubi Sacris comitiis, in quibus Clemens XI. in Pontificem electus fuerat, interfuit, ac demum anno ætatis ſuæ nonagesimo octavo die vigeſima quarta Martii vivere deſiit.

## §. XXV.

## *Stephanus Le Camus Cardinalis mortuus.*

*Abregé de l'Hiſt. Eccl. t. 13. p. 100. Epiſt. Clement. XI.*

Eadem mortis neceſſitate vivis ereptus eſt Stephanus Le Camus natione Gallus, patria Pictavienſis, qui Pariſiis in plurium linquarum peritia, aliisque ſcientiis ſacratioribus tam uberes fecit progreſſus, ut Doctorum honores in Sorbona emereretur, ac Ludovico XIV. Galliarum Regi ab Eleemoſynis eſſet. Verum Aulæ illecebris emollitus, tam effrænate turpium voluptatum ſordibus ac licentioſæ vitæ delitiis coinquinatus

tus erat, ut Aula & Urbe excedere juberetur. Hac contumelia veluti expergefactus, atque in se reversus cuncta, quæ carnem aut sanguinem, mundum aut delitias saperent, generoso animo abjecit, ac Deo soli per aspera deservire, mente fixum habuit. Non deerant tamen, quos Stephani pietas male habebat; semper enim virtus ut meta calumniantium jaculis exposita est: ita etiam hi, qui laxioris disciplinæ adversos Jansenismi nota aspergere, pro illius ævi vitio assueverant, nec Stephano perpercerunt, eum tam acer infectantes, ut rursus Parisiis exulare cogeretur: Verum non exulat, cui cælum patria est; & non raro poma in nativo solo succis imbuta venenatis, in alieno, dulcescunt, patriæ vitium emendant, & salubrem ex eo saporem exsugunt, Stephanus igitur in Aquitaniam profugus, ac Contii Principis hujus Provinciæ Gubernatoris patrocinio suffultus, Ordinem Carthusianorum ingrediebatur, ubi posito rite tyrocinio in terra quidem peregrinus, in cælo tamen veluti civis tanta pietatis ac prudentiæ fama inclaruit, ut ad Mazarini Cardinalis sollicitationem invitus licet, primo Gratianopolitanus Episcopus, postea ejusdem Urbis Princeps, ac demum Delphinatus Præ-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707

Præses & Sabaudiæ Decanus renuntiaretur. Nec tamen propterea quicquam a suscepto vitæ rigore remiserat; quippe solis herbis victitans, nudis asseribus cubans, vigiliis, jejuniis, aliisque corporis afflictationibus inconsultos elatosque juvenilis animi impetus coercebat: Assiduus erat in annuntiando Dei Verbo, unde plures tum gravibus, iisque lethalibus animæ morbis conflictatos pristinæ sanitati restituit, erectisque pluribus Scholis ac Seminariis Diœcesis suæ Clericos verbis, operibus atque exemplo ad vitæ sanctitatem accendit. Intererat quoque Cleri Gallicani comitiis anno prioris sæculi octogesimo secundo habitis, in quibus contra Regaliarum servitutem acriter declamans, Regis indignationem, individuam imperterriti animi sociam, incurrit, Innocentii autem XI. Papæ gratiam sibi merito conciliavit, hinc nullo sollicitante Romana Purpura ab eodem decorabatur, Ludovico Rege hujus Præsulis inaugurationem tam iniquo animo ferente, ut ejus jussu Estræus Cardinalis reclamare, Regemque nunquam Stephanum pro Cardinale habiturum profiteri, cogeretur: nihilominus sua moderatione, humilitate ac prudentia tantum valuit Stephanus, ut Regi plene reconciliatus, ab eodem Ro-

Romam decerneretur, futuræ electionis Pontificiæ negotia unacum Genuensibus Purpuratis procuraturus. Quoniam vero uſuris, laxioribus doctrinis, aliisque corruptelis præcipue in Sacramentorum adminiſtrationem irrepentibus, firmo pectore ſeſe opponeret, rurſus ab æmulis ſuis, tanquam Janſenii, imo & Molinoſii Diſcipulus ac impiæ doctrinæ aſſecla traducebatur: Romam tamen profectus, coram Alexandro VII. fidei ſuæ integritatem tam luculenter comprobavit, ut non modo ab eodem Pontifice ampliſſimis honoraretur favoribus, ſed etiam ab Innocentio XI. literas innocentiæ ſuæ teſtes reciperet: Roma dein ad ſuam Eccleſiam reverſus, populum Divini Verbi pabulo ſæpiſſime refecit, ſuam Diæceſin ipſus quotannis luſtravit, cunctaque vigilantiſſimi Paſtoris officia ſtrenue adimplevit. Erat in pauperes, viduas atque pupillos tam profuſæ liberalitatis, ut omnes ſuos proventus in pietatis opera convertens, non raro in compedes æris alieni incideret: ipſe etiam totus in orationibus noctes inſomnes duxit, ac vitæ auſteritatibus tam immote inſtitit, ut Clemens XI. eum, ut in ſuo rigore modum ſervaret, hortari coactus, die duodecima Septembris anno hujus ſæculi ſecundo has ad eam daret literas:

Sæc. XVII. A. C. 1707.

„Quod

Sæc. XVII. A.C. 1707. „Quod paterna ac ſincera noſtra charitate dictante ad Te in præſens, dilecte „fili noſter, perferimus, officium illud, „quèmadmodum a corde noſtro proſciſcitur, ita eo animo a Te exceptum „iri confidimus, quo ſoles in Nos eſſe, „hoc eſt plane noſtri Studioſo, & pe„ficiendi ea, quæ in Domino expet„mus, intime cupido. Perlatum ſiqui„dem ad Nos eſt, Te a nonnullis mem„bus minus commoda uti valetudine, „quod ſane permoleſte tulimus, & „nihilominus tantum tuæ vitæ ac ſa„lutis contemptum ubique præferre, „ut quæ ipſi ſaluti confirmandæ, in„borum præſertim delectu, obeſſe ma„xime poſſent, ea tanquam, quæ ad „promovendam corporis tui afflictio„nem, quam ſemper inquiris, conſe„cere exiſtimas, a Te quotidiana con„ſuetudine adhibeantur. Etſi autem „ii non ſimus, qui voluntariam corpo„ris propter Deum caſtigationem, & „indictum ei bellum oppugnare vel„mus, aut debeamus, præſtare tamen „intelligimus refectis viribus cogitare „de induciis, ut acrius aliquando de„tur inſurgere. Collaudato itaque de„ſiderio, quo incenderis, cumulando „tua apud Deum merita, cum tamen „incolumitatem tuam ad promoven„dam indies magis Divini Nominis „glo-

„gloriam fore valde proficuam arbitre- Sæc. XVII.
„mur, Te in Domino hortandum esse A. C. 1707.
„duximus, ut eum modum in re hujus-
„modi serves, quem utriusque Medici
„consilio probari dignoveris, atque in
„victus, ceterarumque rerum, quæ
„humanæ infirmitati necessariæ sunt,
„ratione ita temperes, ut si forte gre-
„gis Tibi commissi spirituali utilitati
„apud inscrutabile Dei judicium expe-
„diat, ut onus, quod portas adhuc
„perferas, laborem diutius sustinere
„paratus sis. Supervacaneum autem
„duximus, Tibi, qui sacrarum litera-
„rum studia assidua cælestium rerum
„meditatione excoluisti, in mentem re-
„vocare, præcipuam illam esse inter
„ceteras Christianæ perfectionis virtu-
„tes, qua pronum in Dei voluntatem
„cordis nostri obsequium exhibemus,
„nihilque, nisi quæ ei sunt placita, ex-
„optamus, nec magis exquirendæ vitæ,
„quam appetendæ mortis desiderio in-
„tus agimur, sed utriusque decretum
„ab eo, in cujus manu repositum est,
„humiliter præstolamur. Excitare e-
„tiam Te debet commune creditæ Tibi
„Ecclesiæ votum, quæ indesinenter &
„anxie sospitatem tuam a Deo postulat,
„cujus Nos Ecclesiæ sollicitudinem
„tecum portantes hæc tibi eo amore
„significanda esse duximus, quo Tibi

Sæc. XVII. A. C. 1707. „Apoſtolicam benedictionem peraman-
„ter impertimur.„

Tandem vero viribus pene exhauſtus, poſtquam pauperes omnium ſuarum facultatum hæredes ſcripſerat, animam meritis plenam ac corporis vinculis ſolutam Deo Auctori ſuo die duodecima Septembris Gratianopoli inter Cleri ſui preces, & Chriſti Cruci affixi amplexus reddidit, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo quinto. Erexerat hic Cardinalis ſuo ære Gratianopoli Seminarium pro Clericis ad S. Ordines deſtinatis, aliud in pago Urbi vicino pro erudiendis juvenibus ad ſacram militiam adſpirantibus. Inſuper typis vulgavit Cardinalis Carpegnæ edictum contra luxum, & immodeſtiam mulierum, ejusque juſſu Genetus Vaſionenſis Epiſcopus *Theologiam moralem Gratianopolitanam* elucubravit, ipſe vero *pro tuenda Virginitate B. V.* diſſertationem, præter plures Epiſtolas ad Parochos circa modum agendi cum hæreticis, epiſtolam Paſtoralem de Jubilæo, & collectionem decretorum Synodalium edidit.

§. XXVI.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

## §. XXVI.

## *Biſuntinæ Synodi decreta.*

Hoc item anno die tertia Julii Franciſcus Joſephus de Grammont Archiepiſcopus Biſuntinus edictum pro ſuis Diæceſanis evulgavit, in quo pernicioſum Baylii Dictionarium, Montenſem N. T. verſionem, P. Juenini Inſtitutiones Theologicas, & præcipue *Reflexiones Morales P. Quesnelli* damnavit, proſcripſitque: ejus quoque exemplum ſequebatur Bargedeus Nivernenſis Epiſcopus, qui etiam in ſuo edicto aſſeruit, quod in pluribus Quesneliani novi Teſtamenti locis errores jamjam damnati innoventur, ac fidelibus ſeditioſa conſilia contra auctoritatem tam ſacram quam profanam inſtillentur. Inſuper idem Biſuntinus Archipræſul hoc adhuc anno die decima quinta Auguſti Diæceſanam habuit Synodum, in qua priorum Synodorum decreta & ſtatuta in unum volumen collecta publici juris fecit, ex quibus ſequentia magis notanda occurrunt. I. Ne Clerici ſine ſcripta Epiſcopi licentia in S. Ordinibus, vel in Miſſæ Sacrificio ſine Pontificis facultate ficta cæſarie utantur. II. Parochus ad aliam Parochiam aſſumptus novum exa-

*Lettr. Theol. lettr.* 10. *pag.* 5. *Lafiteau Hiſt. de la Conſt. l.* 1. *pag.* 89. *Concil. Germ. t.* 10. *pag.* 270.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

men ſubeat. III. Nullus etiam a Patrono præſentatus ad curatum beneficium admittatur, niſi ſaltem per octo Menſes curam animarum apud aliquem Parochum exercuerit. IV. Eremitæ non tolerentur in Parochiis, nec Eleemoſynas colligant ſine Ordinarii licentia. V. Ludimagiſtri puellas poſt novum ætatis annum ad Scholas ſuas non admittant, VI. Titulus Beneficii vel Patrimonii ſint ſaltem ducenti Franci. VII. Parochus duabus Dominicis continuis Catechismum omittens graviter peccat, caſumque Epiſcopo reſervatum incurrit. Denique Synodus proſcripſit Janſenii Auguſtinum, Arnaldi librum *de frequenti communione*, & opuſcula Abbatis San-Cyrani.

## §. XXVII.

## *Diverſæ Clementis XI. Conſtitutiones & epiſtolæ ad varios.*

*Bull. magn. Conſt. Clem. XI. p. 61.*

Præter varias Conſtitutiones, quibus Clemens XI. Papa læſam immunitatem reparare fategerat, inſuper die vigeſima tertia Maij plenariam conceſſit Indulgentiam viſitantibus Eccleſias tertii Ordinis S. Franciſci in die SS. Ludovici Regis & Eliſabethæ Hungarorum Reginæ: Cum autem Menſe Novembri militum legiones in Parmenſem

&c

& Placentinum Ducatum irrupiſſent, & hybernas ſtationes ibidem figere molirentur, Franciſcus Farneſius Dux, ejusque populi, eoquod hi Ducatus Pontifici ſedique Apoſtolicæ etiam in temporalibus mediate ſubjecti eſſent, vehementer reclamabant, tandem vero neceſſitate coacti, cum Marchione de Prié circa exactiones, victualia &c. pactum inierunt, Pontifex tamen, eoquod juxta hæc conventa ab Eccleſiaſticis etiam pecuniarum portio exigeretur, & ſolvere cunctantibus plures militum turmæ in eorum ædes immitterentur, die vigeſima ſeptima Junii ejusmodi onera imponentes cenſuris Eccleſiaſticis coercere ſtuduit. Ducem vero dignis extulit laudibus, eoquod ſe oppoſuerit hæreticorum militum audaciæ, qua ibidem non jam occulte, ſed palam venenum ſuum effundere auſi ſunt. Die autem vigeſima octava Julii omnia Miniſtris infirmorum conceſſa privilegia extendit ad Congregationem Fratrum Bethlemitarum, qui in Hoſpitalibus pauperum convaleſcentium in Indiis Orientalibus ſeſe exercent. Inſuper ſpeciali Conſtitutione die quarta Octobris, ſequentes libelli in Coddæi Sebaſteni Archiepiſcopi favorem vulgati a Papa proſcripti ſunt. 1. *Apologia pro Clero Eccleſiæ Batavo-*

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

*rum Romanæ Catholicæ, seu rationes, & quas Clerus censuit in locum Reverendissimi Archiepiscopi Sebasteni non esse illico recipiendum D. Theodorum Cokkium.* II. *Assertio Juris Ecclesiæ Metropolitanæ Romano - Catholicæ adversus quosdam, qui eam ad instar Ecclesiarum per infidelium persecutiones destructarum jure pristino penitus excidisse existimant.* III. *Imago Pontificiæ dignitatis penicillo S. Scripturarum, & Traditionis native delineata.* IV. *Cleri Catholici per fœderatum Belgium & Archiepiscopi Sebasteni religio vindicata contra libellum de statu & progressu Jansenismi in Hollandia.* V. *Motivum Juris pro Capitulo Harlemensi.* VI. *Refutatio responsi ad librum, cui titulus:* Motivum juris &c. VII. *Epistola Petri Coddæi ad Catholicos incolas fœderati Belgii de suo ad Urbem itinere, ac de muneris sui administrandi interdictione.* VIII. *Epistola secunda ejusdem Archiepiscopi ad Catholicos.* IX. *Alius libellus Belgice scriptus.* X. *Xenium Chronographicum, sive selecta innocentiæ per invidiam calumniamque oppressæ exempla R. D. Coddæo pro strena.* XI. *Epistola Domini N. ad quemdam Nobilem Anglum circa quæstionem: an Jesuitis in Missione uti expediat?* XII. *Querelæ Francisci Fairlement &c.* XIII. *Epistola cujusdam Nobilis ad alium Internuntii Apostolici epistolam.* XIV. *Alia*

*Adeodatus Pr. Compresbyteris de Clero per fœderatum Belgium.* XV. *Responsio Henrici Spoor ad Epistolam Internuntii Bruxellensis.* XVI. *Lamenta Sponsæ Sebastenæ per Clementem XI. viduatæ.* XVII. *Cato Uticensis redivivus.* XVIII. *Gisberti Amstellii expostulatio adversus Lojolitas, fœdos Societatis Jesu desertores.* XIX. *Collyrium Theodoro de Cokk dono missum.* XX. *Declaratio & responsiones ab Archiepiscopo Sebasteno Cardinalibus traditæ.* XXI. *Monita sincera ad Catholicos fœderati Belgii circa decretum Inquisitionis Romanæ contra Sebastenum.* XXII. *Breves reflexiones ad epistolam Catholici Romani ad suum Amicum Italum.* XXIII. *Literæ ad Archiepiscopum Sebastenum nomine S. Congregationis de propaganda fide* 25. *Augusti* 1703. *ut fertur, scriptæ, ab inquietis quibusdam hodie in lucem editæ, notis vero brevibus illustratæ per Janum Parrhasium Amstelodami* 1704. XXIV. *Diotrephes sive spiritus & opera Theodori Cokii accurate descripta, & justificando Clero eum in Vicarium Apostolicum non recipienti in lucem data, ab Eugenio Clario Theologo. Lugduni apud Henricum Aersen.* 1704. XXV. *Jesuitarum aliorumque Romanæ curiæ adulantium de summi Pontificis authoritate commenta Regnis regibusque infesta, ac specialiter supremis, præpotentibusque fœderati*

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

*rati belgii ordinibus periculosa, fideliter proposita per Jurisconsultum Batavum, Ecclesiæ, & Patriæ amantem Amstelodami* 1704. XXVI. *Notæ breves in Epistolam ad Catholicos Hollandiæ, quæ sub nomine Pontificis Clementis undecimi circumfertur, per Jurisconsultum Batavum.* XXVII. *Notæ in Decretum, quod sub inquisitionis nomine circumfertur contra Archiepiscopum Sebastenum per Janum Parrhasium.* XXVIII. *Disquisitio Theologica de potestate, ac jurisdictione, quibus in fœderati Belgii Provinciis etiamnum fruitur Archiepiscopus Sebastenus, ablato licet Vicariatu Apostolico, nunquam antehac typis edita.* XXIX. *Modesta considerationes Decreti Romanæ Inquisitionis Anni* 1704. 3. *Aprilis.* XXX. *Pacifica admonitio per certam epistolam nomen ferentem Clementis XI.* XXXI. *Denuntiatio apologetica Petri Coddæi Archiepiscopi Sebastenis sinceris, solidisque documentis firmata, quam circa præcipua causæ suæ capita evulgandam duxit Trajecti ad Rhenum.*

Præter hosce libellos etiam Pontifex die decima nona Decembris prohibuit sequentes Laurentii Carvalho libros: *Quæstiones selectæ de Bulla Crucianta Lusitana, & Epitome Indulgentiarum & privilegiorum ejusdem Bullæ.* Jam anno priori Batavi Calviniſtæ Joannem Archiepiscopum Canganorensem a capien-

da

da Malabaricæ Eccleſiæ poſſeſſione præ- Sæc. XVII.
pedierant, culpamque in Miſſionarios A. C. 1707.
& Angelum Metellopolitanum Epiſcopum ex Ordine FF. Carmelitarum Diſcalceatorum perperam conjecerant, Pontifex vero re explorata die decima quinta Januarii datis ad Petrum Luſitaniæ Regem literis eum certiorem reddidit, Carmelitas adeo non haſce difficultates confoviſſe, ut omnem prorſus moderationem ac reverentiam appropinquante ad has partes præfato Archiepiſcopo ſervaverint, quocirca eundem Regem rogabat, ut ſua auctoritate apud Hollandiæ Status ita rem moderaretur, ut omnes obices ab hæreticis interjecti, quominus præfatus Archipræſul in illius Eccleſiæ poſſeſſionem inducatur, removeantur. Iterato Pontifex Joſepho Imperatori, Eleonoræ Viduæ Imperatrici, & P. Inghilberto Biſcoff Cæſaris Confeſſario, necnon Principi Eugenio literis die vigeſima ſecunda Januarii datis ſupplicabat, ut ſua auctoritate prohibeant, ne milites, quorum non pauci hæreſi eſſent infecti, in Italia ulterius errores ſuos in corda fidelium ſenſim immittant, ſacra Catholicæ Eccleſiæ Myſteria contemnant, & dignitati Pontificiæ paſſim illudant, & ſuis conventibus, concionibus aliisque damnatis ſectæ ſuæ ri-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

tibus pusillorum animos primum offendant, dein etiam pervertant. Eadem Pastorali sollicitudine die vigesima nona ejusdem Mensis Archiepiscopos & Hispaniæ Episcopos hortabatur, ut diligentissime caveant, ne milites hæretica labe infecti suo veneno fideles corrumpant. Perscripserat Bruxellis die decima tertia Januarii Humbertus Mechlinienſis Archiepiscopus, quod passim cujuscunque generis & sectæ homines criminosi ad asyli loca recipiantur, & Officiales militiæ præcipue Acatholici transfugas & desertores sibi tradi, etiam adjectis minis postulent, petit igitur facultatem, ut ejusmodi Reos locis immunibus extrahi, eorumque Officialibus tradi possent. Verum Papa id immunitatis juri per S. Canones firmato derogare, die decima nona Februarii rescripsit, injunxit tamen omnium locorum immunium Præpositis, ne per annum inde venturum hosce transfugas, vel alterius criminis reos in eisdem locis retinere, vel excipere audeant, idem etiam Archiepiscopo Mechlinienſi ejusque Suffraganeis ad alium adhuc annum prorogavit Pontifex. Cum autem post Colonitsii obitum Christianus Augustus Saxo-Citienſis Princeps ac Cardinalis ad Cæsaris nominationem Strigonienſis Archiepiscopus &

& Hungariæ Primas fuiſſet renuntiatus, Pontifex die ſecunda Aprilis eundem enixe hortabatur, ut ſeſe fortiter opponat edicto, quo Hungarici quidam Proceres rerum novandarum Authores non modo graviſſimas turbas contra legitimam, regiamque Poteſtatem ibidem excitarunt, ſed etiam ſanxerunt, ut nedum nominandi aut præſentandi ad beneficia, ſed & ea unacum temporali & ſpirituali ipſis beneficiis annexa jurisdictione conferendi, inſtituendi, deſtituendi, ac præterea hæc beneficia tanquam vacantia declarandi jus ac plena poteſtas ſupremo Regni Præfecto competat, ac propterea Scepuſienſis Præpoſitus, quod fœderationi eorum, & novo Regni Moderatori ab eis conſtituto obſequi detrectaverit, a jure in hanc Præpoſituram exciderit; hoc igitur edictum Pontifex tanquam legitima poteſtate deſtitutum nullius eſſe roboris declaravit. Die autem vigeſima prima Maij datis literis Ludovicum Cardinalem de Portocarero Archiepiſcopum Toletanum graviter redarguit, quod Apoſtolico beneplacito neglecto ſolutioni centum millium nummorum, quos Hiſpaniæ Rex a Regni ſui Eccleſiis in belli ſumptus pendi juſſit, conſenſum præbuerit, hancque ſummam ex depoſitis in pias cauſſas ero-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

erogandis desumpserit, & ad solutionem præscripti oneris, necnon ad refectionem dicti depositi Clerum suum nec requisitum nec auditum obstrinxerit: Econtrario autem Pontifex Joannem Franciscum Malacitanum Episcopum commendabat, quod præsentem pecuniam Clero suo præscribere detrectaverit, nisi consulta prius Sede Apostolica: Indulsit tamen Papa, ut si reipublicæ necessitas urgeat, Episcopus, annuente Nuntio Apostolico, tantum æris alieni super bonis Ecclesiæ contrahere valeat, quantum res præsens postulaverit: cum Rege autem graviter expostulabat, quod Regii Administri ab Arragoniæ & Valentiæ Clero ingentem pecuniarum vim acerbe exegerint, quapropter eum paterne hortabatur, ut læsam Ecclesiæ libertatem opportune redintegrare velit. Episcopo vero Cæsar-augustano, eo quod exactioni impositæ consensisset, eamque militari manu extortam esse licitam titulo compensationis ob damna Regio Patrimonio illata asseruisset, censuras denuntiabat, eique bimestris termino præscripsit pro redintegranda immunitate læsa, & retractandis ejusmodi propositionibus, elapso autem termino ipsum ab exercitio Pontificalium ac jurisdictionis Ecclesiasticæ suspen-

sum

sum declaravit. Petentibus autem Monialibus Ordinis Visitationis B. V. ut peculiaris cultus erga Christi Domini Cor Apostolica auctoritate instituatur, Pontifex die quarta Junii rescripsit, ut hanc rem S. Rituum Congregationis judicio & examini relinquant, hac submissione *recta & in compendio ad ipsum Domini Cor perventuræ.* Eodem tempore nuntiatum Pontifici, quod nonnulli Lyncii in Austria erigere statuerint Seminarium pro Nationibus Septentrionalibus, cujus Alumni Catholica religione, probis moribus, honestisque artibus imbuantur, ut demum in Patriam reduces Catholicæ religioni utiles esse possent, horum igitur consilium, ut Joannes Philippus Cardinalis, Moguntinus & Trevirensis, necnon Salisburgensis Archiepicopi & Tridentinus Episcopus de Lamberg omni ope & opera sua juvare velint, impense hortabatur Pontifex. Insuper die secunda Julii Petrum Congi Regem, Mariam ejus Conjugem, necnon Annam Viduam Reginam, & Veronicam Matambæ Reginam, Petrum Bambæ Ducem, Dominicum Ducem Sondi, ejusque Filium promerita laude prosequebatur, eoquod Catholicos, & Apostolicos Missionarios in suis ditionibus foviissent, eapropter illos ad ulterius

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

terius ſtudium, & promovenda Religionis Catholicæ incrementa hortatus, Petro Regi Regium diadema, & coronam precatoriam ſacris Indulgentiis ditatam per P. Franciſcum Ticinenſem Cappucinum hujus Miſſionis Præfectum dono ſubmiſit. Petierat Guſtaphus Leopoldus Bipontinus Princeps diſpenſationem, ut cum Principiſſa Acatholica ſibi tertio conſanguinitatis gradu conjuncta matrimonium inire valeret, Pontifex tamen eidem hanc gratiam denegavit, eoquod *Eccleſia ab hujusmodi conjugiis, quæ plurimum deformitatis, nec parum ſpiritualis periculi præſeferunt, abhorreat*, niſi prius hæc Princeps, ejurata hæreſi, fidem Catholicam amplectatur. Cum autem Joannes Baptiſta Sidotus pro Indiarum Orientalium Miſſionibus Manilæ Seminarium erigeret, Pontifex novam hanc fundationem Philippo Hiſpaniarum Regi & Didaco Manilæ Archiepiſcopo ſummopere commendabat, & Turnonio Cardinali injunxit, ut Sidotum ibidem commorari permittat, quatenus hanc fundationem, aliaque pia inſtituta præſens enixius urgere valeat. Sub idem ferme tempus Alexander Sigismundus Epiſcopus Auguſtanus datis literis die vigeſima octava Septembris a Papa petiit, ut Philippus Comes de

de Lerchenfeld Canonicatum præfatæ Cathedralis Ecclesiæ obtineret; ast Papa hanc gratiam denegavit, nisi prius primarum precum, vi quarum Capitulum cuidam preciſtæ alium Canonicatum contulerat, executionem & collationem factam esse nullam declaraverit; pertinacius enim propugnabat Pontifex, quod Cæsari nullum jus sit ejusmodi primas preces decernendi, nisi id ei sit a Papa indultum, nihilque laici Principes sine beneplacito Apostolico circa beneficia Ecclesiastica præscribere possint Capitulis aut Collatoribus Ordinariis: cum vero idem Capitulum præfato Episcopo significasset, se Cæsareas preces legitime fuisse executos, eoquod Canonicatus ab eis collati vacatio contigerit in Mense, qui Capitulo juxta Concordata Germaniæ attribuitur, hinc rescripsit Pontifex, quod vitium collationis non ex eo proveniat, sed ex eo potius, quod Canonicam eligendi libertatem subjecerint potestati laicæ sub pœnarum minis designatam personam commendanti, cum tamen in Concordatis cum Friderico Imperatore initis nec dicto Cæsari nec ejus Successoribus ullum jus datum fuerit quoad Canonicas electiones & Canonicatuum collationes, sed integra libertas in eorum Mensibus locorum Ordi-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Ordinariis fuerit conceſſa: quapropter Capitulares admonuit, ut preciſtam ſaltem a quocunque actu Capitulari excludant, habeantque pro intruſo: Hanc in rem allegavit Diſſertationem Conradi Olingenii typis editam. Denique innotuit ſummo Pontifici, quod Proteſtantium Oratores in Badenſi conventu fœdus ſeu pactum inter fœderatos Griſones cum Ducatu Mediolanenſi proxime innovaturi eſſent, hinc Pontifex Curienſem Epiſcopum die decima Decembris hortabatur, ut ſtrenue ſe opponeret Proteſtantium conatibus, qui in præfato pacto removeri petebant articulum, quo inter partes olim conſtitutum erat, ne Proteſtantes in Valle Tellina, aut in Comitatibus Clavennæ & Bormii conſiſtere, aut bona acquirere permittantut.

## §. XXVIII.

## *Variæ S. Congregationum deciſiones & decreta.*

*Deciſ. S. Congr. Rit. Offic. Rot. &c. Bull. magn. part. 2.*

Inter varia decreta circa Rubricas S. Rituum Congregatio ad Magni Etruriæ Ducis preces die ſecunda Aprilis ſancivit, ut Officium S. Antonini Archiepiſcopi Florentini ſub ritu ſemiduplici de præcepto ubique recitetur. Die autem vigeſima ſexta Januarii S. Con-

S. Congregatio Cardinalium ſuper diſciplina Regularium conſtituta omnibus Ordinariis injunxit, ut in vitam, mores & diſciplinam Regularium in parvis Conventibus degentium ſedulo inquirant, inobſervantes corrigant, & ubi reſipiſcentiæ ſpes nulla ſupereſſe videtur, eos S. Congregationi denuntient. Sacra etiam Congregatio Viſitationis Apoſtolicæ die prima Februarii cunctis Eccleſiarum Præfectis præcepit, ut Miſſarum onera ſacræ Congregationi intra quindecim dierum terminum exhibeant. Cum autem Neocaſtrenſes Cappucini ſubtus effigies SS. Franciſci & Antonii appoſita inſcriptione indicaverint, quod habitus Cappucinorum fuerit verior habitus horum ſanctorum, hinc S. Rituum Congregatio die vigeſima ſecunda Januarii decidit, quod hi Patres quidem haſce imagines in habitu Cappucinorum retinere, & in proceſſionibus circumferre poſſint, has tamen inſcriptiones delere teneantur. Declaravit quoque eadem Congregatio die decima ſeptima Auguſti, quod Canonici Clerici, ubi Præbendæ non ſunt diſtinctæ in Presbyteriales & Diaconales ac Subdiaconales, quamvis receptione antiquiores ſint, non præferantur Canonicis Presbyteris, etiam poſtquam ipſi Canonici Clerici

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

fuerint effecti Sacerdotes, & tunc nec ipsis competat præcedentia adversus Canonicos Sacerdotes, posteriores receptione, cum jus semel adeptum ex Sacerdotio, nunquam amittatur. Denique S. Concilii Congregatio die decima septima ejusdem Mensis decidit, quod Episcopus habens privilegium deferendi Crucem, possit eam elevare in quocunque loco exempto, non obstante quacunque exemptione.

## §. XXIX.

### *Principum atque Illustrium obitus.*

*Briet. Annal. mund. cont. p. 123. Kettel. Dec. V. p. 481.*

Post infaustam hujus anni expeditionem bellicam nimis mature non minus quam acerbe Cæsaris exercitus sensit, quem Virum perdiderit in Ludovico Guilielmo Badensi Principe. Hic Cæsaris supremus belli Præfectus, ac supremus Imperii Romani Marescallus Gallos & Turcas non una clade protrivit, ac per plures annos ad Rhenum & Danubium oppositos sibi hostes quasi continua strage depressit. Erat Princeps ad magna natus, consilio, animi fortitudine, vigilantia & militari experientia a teneris longe præstantissimus, qui plures suæ gloriæ habuit æmulos, sed suæ virtutis æmulatores oppido paucos. Obiit in suo Rastadii castello

Sæc. XVII. A. C. 1707.

caſtello die quarta Januarii anno ætatis ſuæ quinquageſimo ſecundo. Deceſſit etiam die vigeſima ſexta Maij Borbonii ad Thermas Franciſca de Monteſpan ejusmodi nominis Marchionis Uxor, quæ publicis Ludovici XIV. Galliarum Regis amoribus irretita, cum ſuo Marito divortium fecit, ac duodecim ferme annis pro ſummo imperio Regii cordis dominatum tenens, ex adulterinis complexibus duos Filios & quatuor filias Regi peperit: poſtea per Fontangiam & Mentenoniam Rivales ſuas excluſa, ipſoque Rege ad Boſſueti Meldenſis Epiſcopi monita in viam reverſo, atque immoderatum ipſius dominatum, necnon aculeatas, quas ob vagam Regis libidinem identidem fecerat, exprobrationes pertæſo, favoris & aulæ exors facta eſt, ac demum ad Benedictinum Fontis Ebraldi Aſceterium ſeceſſit, ubi in Abbatiſſam electa, contracta animi corporisque ægritudine rebus humanis valedixit. Sequentis Menſis die decima ſexta naturæ debitum ſolvit in Galliis Anna Maria Nemoroſii Duciſſa, Neocaſtri apud Helvetios ſuprema auctoritate Princeps: Hujus morte devolutum ad dicti Principatus ſucceſſionem jus prætendebant plures, & quidem jure caducitatis Franciæ Rex, qui etiam hanc cauſſam Veſontino Par-

Sæc. XVII. A. C. 1707.

lamento in Burgundia decidendam commisit, possessio tamen sic decernentibus Status comitiis Friderico III. Prussiæ Regi adjudicata est. Præter hos etiam obiere die vigesima octava Aprilis Christianus Dux Gothano-Eisenbergensis Princeps arte chymica excellens, die decima Junii Ernestus Dux Vinariensis, die decima septima Maij, Carolus Guilielmus Hasso-Darmstadianus, & die decima quinta Augusti Joannes Guilielmus Saxo-Gothanus Dux.

## §. XXX.

## *Clemenis XI. oppositio contra novi Electoris Constitutionem.*

*Epist. Clem. XI. p. 358. Theatr. Europ.*

Jam anno prioris sæculi nonagesimo secundo Leopoldus Imperator Ernestum Augustum Pseudo-Episcopum Osnabrugensem, & Ducem Brunsvico-Luneburgico-Hannoveranum ad novi Electoris dignitatem evexit, atque de ea illum solemni ritu die decima nona Decembris investivit, reclamantibus non modo Innocentio XII. sed & Antonio Ulrico Guelferbytano Duce, aliisque Principibus, ut vocant, *corespondentibus*, qui ut Ratisbonensia Imperii comitia declinarent, habito Goslariæ conventu duos Legatos Viennam decre-

decrevere, ut omnium nomine adversus novum hunc Electoratum non sine magno ceterorum præjudicio institutum intercederent, quibus tamen Imperator, hujus controversiæ caussa ad Moguntinum Electorem remissa, respondit, Cæsareæ semper fuisse & esse curæ ac officii jura Principum servare intacta, nec tamen sine eorum consilio communique consensu delectum fuisse nonum Electoratum &c. Mortuo autem Ernesto a Cæsare, anno evoluti sæculi nonagesimo octavo subrogatus est Georgius Ludovicus, qui per decretum Cæsareum die septima Septembris anno hujus sæculi octavo ad votum & Sessionem in Collegio Electorali capiendam introductus est, ea tamen lege, ut extincta Rudolphino-Guilielmino - Palatina linea Catholica Imperator novum Electoratum Catholicum erigeret, & Bohemiæ Rex in Electorali Collegio Votum & Sessionem semper haberet: Attamen, sicut olim Innocentius X. contra octavi Electoris Palatini electionem intercesserat, ratus, omne Jus Electorale in Imperio a sola Sede Apostolica dependere, ita etiam Clemens XI. hoc anno adversus nonum Electoratum Hannoverano adjudicandum reclamabat, querulasque hasce literas die duodecima Februarii

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

ad Lotharium Archiepiscopum & Elector. Moguntinum dedit:

„Ubi primum molestus admodum „ac plane acerbus Nobis allatus est „nuntius, in Comitiis Ratisbonensibus „de præstantissima sacri Romani Im„perii Electoris dignitate Hanove„rano Eterodoxo Duci adjudicanda „communibus jam conventum esse, se„dula hujusmodi rei meditatione per„culsi, neque animum continere po„tuimus, neque lachrimis temperare. „Quis enim non videat, quanta sit in„de & in Apostolicam Sedem injuria, „& in religionem Catholicam deriva„tura calamitas? Illud vero gravius „nobis, duriusque accidit, quod fra„ternitas tua, quæ alias, cum soli Bam„bergensi Ecclesiæ præesset, tam for„titer, ut probe novimus, ejusdem „Hanoverani Ducis conatibus obsti„terat, amplioribus subinde ejusdem „Apostolicæ Sedis aucta beneficiis, „pernicioſi hujusmodi decreti, quod „pro sua, qua in Electorali Collegio, „ipsisque Comitiis, authoritate præ„cellit, totis viribus avertere debuis„set, auctrix potius impultrixque ha„beatur. Quo sane non levem dede„coris notam, & maculam nomini tuo, „venerabilis Frater, inurendam esse, „si modo locum, quem in Ecclesia te„nes,

„nes, perpendere sedulo velis, facile Sæc. XVII.
„potes per Te ipsum intelligere. Cum A. C. 1707.
„præsertim te, qui Cancellarium Ro-
„mani Imperii geris, latere omnino
„non debeat, quæ, & qualia sint jura
„Romanis Pontificibus hac in re com-
„petentia, ab ipsis Imperatoribus, ce-
„terisque Imperii Principibus constan-
„ter agnita, ac verbo & re toties de-
„clarata. Nosti præterea, cum dam-
„nosa illa Christianæ Reipublicæ, om-
„nique bello deterior, Westphaliæ pax
„iniretur, atque inter cetera Comes
„Palatinus Rheni acatholicus septem
„Imperii Electoribus inconsulta hac
„sancta sede octavus adjungeretur,
„Apostolicum nuntium, mandante tunc,
„atque inde etiam publice per Aposto-
„licas literas approbante fel. rec. In-
„nocentio X. prædecessore nostro, a-
„cerrime contradixisse, constantissima
„protestatione adhibita, eaque in ipso-
„met Cancellariæ tuæ tabulario ad me-
„moriam hominum sempiternam repo-
„sita. Ignorare demum minime potes,
„quæ te potissimum, aliisque Germa-
„niæ Præsulibus, ac Principibus ur-
„gentibus gesta fuerunt a recol. mem.
„Innocentio XII. pariter prædecessore
„nostro, qui nimirum statim, ac de
„hujusmodi Electoratu in gratiam
„prædicti Ducis Hanoverani statuendo

Sæc. XVII. A. C. 1707.

„pertractari audivi, cl. mem. Leo„poldum, dum vixit, Romanorum Re„gem in Imperatorem electum, datis „ad eum semel, atque iterum Apostolicis literis, ab improvido consilio a„vocare curavit, ne sibi incumbentis „Apostolici muneris partes aut igno„rare, aut negligere videretur. Vides „ergo, Venerabilis Frater, quantum „(admissa ejusmodi novitate in maxi„mum sane Religionis Orthodoxæ de„decus ac detrimentum vergente) de„tuis laudibus atque totius Germaniæ, „deque Romanæ Ecclesiæ authoritate „detraheretur, quin & de fama, & „honore nostro, nisi pro commissi No„bis pastoralis Officii debito, deliberati„oni huic obsistere viribus omnibus „conaremur. Quare explica tandem, „atque exere prudentiam, pietatem, „ac Religionis Zelum, quibus te ab„unde cumulavit Altissimus, ut si res „nondum omnino peracta est, Apostoli„cæ Sedis juribus, catholicæque Im„mul fidei indemnitati prospici oppor„tune possit. Si vero, quod nonnisi „gementes audiremus, transacta, at„que ad exitum perducta fuerit, scias, „quodcunque ea de re quomodolibet „decretum, aut constitutum fuerit, „ipso jure nullum, irritum, invalidum, „& inane esse, & habendum esse, ita, „ut

„ut nemini ex eo aliquod jus acquisi- Sæc. XVII.
„tum fuisse, nec esse, minusque ullo A. C. 1707.
„tempore acquiri posse censendum sit,
„atque ita sane tradita Nobis ab omni-
„potenti Deo authoritate decernimus,
„& declaramus; ac nihilominus ad
„abundantiorem cautellam, & quate-
„nus opus sit, præmissa omnia, si, ut
„præfertur, gesta sint, vel gerantur
„in futurum, eadem authoritate dam-
„namus, reprobamus, rescindimus, ir-
„ritamus, viribusque, & effectu peni-
„tus ac omnino vacuamus cum omni-
„bus inde secutis, & quæ in posterum
„forsan attentari contigerit, ac insu-
„per contra ejusmodi gesta ac gerenda,
„deque eorum nullitate coram Deo ma-
„jori, qua possumus, efficacia prote-
„stamur. Porro hanc animi nostri de-
„clarationem firmamque sententiam
„omnino volumus, & fraternitati tuæ
„præsentium tenore mandamus, ut in
„ipsis Imperii comitiis palam omnibus
„facias, & ad perpetuam posterorum
„memoriam publicis etiam imperialis
„Cancellariæ tuæ actis inseras.„

## §. XXXI.

## *Appellationes ad Papæ Nuntios Cæsareo edicto restrictæ.*

SÆC. XVII. A. C. 1707.

*Theatr. Europ. t. 18. pag. 127. Sess. 24. c. 20. de Ref. Gottfrid Hist. Chron. cont. p. 668. lib. 15.*

Quamvis summi Pontifices tuitione sui Primatus jus ad se tanquam ad Judicem superiorem appellandi sibi asserant, idque Canone III. Sardicensis Concilii stabilitum credant, transmarinis tamen ejusmodi appellationibus non modo antiquitus Patres Africani, sed & novissime Galli, & Germani tam in Conciliis Ecclesiæ quam in comitiis Imperii sese opposuerunt, easque ipsa Synodus Tridentina arctioribus circumscripsit limitibus: nihilominus nimium adhuc frequentes ejusmodi appellationes in causis etiam profanis mixtique fori ad Pontifices eorumque Legatos seu Nuntios in Germania invaluere, atque exin non raro lites longius protractæ, Episcoporum, Principum ac Judicum laicorum potestas imminuta, & judicii ordo interturbatus fuit, non sine maximis discordiis inde exortis, unde haud mirum, quod Imperatores & Principes Germani continuo, omnique contentione sese ejusmodi appellationibus opposuerint, ac Nuntiorum & Curiæ Romanæ sententias omnino nullas, irritasque declararint. Nec tamen appellandi pruritus his decretis coercitus erat, quapropter hoc quoque anno Josephus Imperator literis ad diversos Episcopos datis, necnon publicis edictis inhibu-

ne deinceps Episcopi, aut eorum Officiales in rebus profanis ad Ecclesiastica Tribunalia, Nuntios Apostolicos, aut Curiam Romanam appellarent, secus, omnes horum sententiæ pro irritis habendæ. Reipsa anno sequenti in Judicio Aulico sententia Romana in caussa Amersbeckii & Schreiberi, necnon alia eodem anno die decima sexta Maij in caussa Grassi contra Wernckinum tanquam nulla fuit declarata. Hac etiam ex caussa, necnon ob alias plurimas rationes eodem anno Cæsarem inter & Papam dissidia, quæ aliquamdiu sub cineribus glisscebant, in apertum eruperunt belli incendium, quod brevi tamen per amicam utriusque partis compositionem restinctum est, uti paulopost memorabimus. Sæc. XVII. A. C. 1707.

## §. XXXII.

## *Scriptorum religione Catholicorum opera & decessus.*

Inter Scriptores Catholicos, quorum mortem Respublica literaria etiamnum deplorat, præcipuus est Joannes Mabillonius operum multiplicitate, ac præstantia longe celeberrimus, ac inclytum Benedictinæ Congregationis S. Mauri decus atque ornamentum. Hic nullum quidem in claustro tenuit digni- *Niceron. erud. Vir. t. 7. p. 417. La Cerf Bibl. Hist. p. 286 Dupin. nouv. Bibl.*

Sæc. XVII. A. C. 1707

dignitatis gradum, omnes tamen meruit, & mereri pulcrius quam adipisci, & subesse quam præesse tutius, ac in librorum pulvere sordescere jucundius censuit. Edidit primo eruditissimus hic Vir S. Bernardi opera notis atque observationibus illustrata, ejusdem S. Patris de consideratione novam editionem, Acta Sanctorum Ord. S. Benedicti: Veterum Analectorum tomos quatuor, Animadversiones in vindicias Kempenses contra P. Testalletum, libros sex de re diplomatica, unacum supplemento contra P. Germonium jesuitam, libros tres de Liturgia Gallicana, Musæum Italicum, responsum Benedictinorum Burgundicorum contra Canonicos Regulares, unacum iterata responsione ad eosdem, Epistolam de primævo Instituto Ramiremontano, tractatum circa verba Missæ & Communionis in Regula S. Benedicti, Tractatum de studiis Monasticis, una cum reflexionibus ad Abbatis de La Trappe responsum, Epistolam encyclicam de morte Matris Jacobinæ Blem... Benedictinæ Monialis, Regulam S. Benedicti, & statuta Stephani Ponchet Parisiensis Episcopi, Eusebii Roma... ad Theophilum Gallum Epistolam de cultu ignotorum, unacum commonitoria epistola ad Claudium Estienn... Epis...

Epistolam ad Blessensem Episcopum de Vindocinensibus lacrimis, & discernendis reliquiis antiquis, mortem Christianam ad Angliæ Reginam, Annales Ordinis S. Benedicti, epistolam ad Angliæ Catholicos contra impostura eidem impactam, acsi a fide Catholica defeciisset; scripsit etiam plurimas dissertationes, præfationes, poemata, epistolas dedicatorias præcipue in novam editionem operum S. Augustini. Posthuma autem ejus opera vulgavit Anno 1724. P. Antonius Vincentius Thuillier ejusdem Ordinis II. Paulus Casatus Jesuita typis vulgavit Terram machinis motam, orationem funebrem in obitu Pauli Polienfis Ducis, Tubam loquentem & disputationes Theologicas de Angelis. III. Petrus Silvanus Regis, scripsit responsum ad librum cui titulus: *Petri Danielis Huetii censura Philosophiæ Cartesianæ*, responsionem ad reflexiones criticas Domini du Hamel, duo responsa ad P. Malebranchium, tertium responsum circa delectationes sensibiles, & usum rationis & fidei ceu utriusque harmoniam. IV. Ludovicus Cousin elucubravit Historiam Constantinopolitanam a Regno Justini usque ad finem Imperii, Historiam Ecclesiasticam Eusebii Cæsareensis, Historiam Romanam Xiphilini, Zonari

Sæc. XVII. A. C. 1707.

Sæc. XVII. A. C. 1707.

nari & Zosimi, Historiam Imperii Occidentalis, Discursus Eusebii Cæsareensis circa miracula Apollonii Thyanæi, & sermones Clementis Alexandrini, Principia & Regulas vitæ Christianæ, & Historiam plurium Sanctorum ex familia Tonneriana, & Claromontana. V. Eleonorus Languevin Parisinæ Facultatis Theologicæ Doctor scripsit elegans opus contra Masium Prædicantem. VI. Carolus Caffa ex Ord. S. Dominici prælo subjecit moralem disciplinam, tractatum de divinis attributis, & de primario Dei constitutivo, tractatum de legum natura, & discrepantia, diætam studiosi Nobilis præter versionem Italicam Pentateuchon & alia nonnulla. VII. Petrus Thomas Poglieſſe Carmelita publici juris fecit quæsita promptuaria, lapidem angularem ad confringendam perfidiam Judæorum, Historico-Theologum, tractatus de supremo Christi Sacerdotio, & de institutione ejus Vicarii, Historiam veteris Ausoniæ, Praxin civilem & Criminalem Canonicam, pluraque alia.

## §. XXXIII.

## *Opera & decessus Scriptorum Acatholicorum.*

Inclu-

Inclaruere ex Scriptoribus Eterodoxis hoc anno denatis. I. Guilielmus Erneſtus Tentzelius, qui elucubravit Comparationem Hiſtoricam inter Jacobum Epiſcopum Niſibenſem & Jacobum Tentzelium Prædicantem, tractatus de Proſeuchis Judæorum, & Samaritanorum, de Apophtegmate S. Ignatii: *Amor meus crucifixus eſt*, de diſciplina arcani, de Natalitiis Epiſcoporum, de Ephremo Syro, de Hymno: *Te Deum laudamus* &c. de Polycarpo Epiſcopo & Martyre Smyrenſi, de duplici Baptismo Conſtantini M. de Symbolo Apoſtolico, de Juſtino Martyre, Athenagora, Theophilo Antiocheno, Tatiano & Sozomeno, exercitationes ſelectas de medio præſcientiæ Divinæ, de ritu lectionum Sacrarum, animadverſionem in Oudini ſupplementum Scriptorum Eccleſiaſticorum, ſupplementa in Hiſtoriam Gothanam, & plurima alia. II. Chriſtophorus Cellarius edidit Zoſimi hiſtoriam græce cum Joannis Lenclavii latina verſione & apologia, hiſtoriam medii ævi a tempore Conſtantini M. ad Conſtantinopolin captam, Hiſtoriam XVI. & XVII. ſæculorum, Collectanea Hiſtoriæ Samaritanæ, Hiſtoriam gentis & Religionis Samaritanæ. Notitiam Orbis, Canones de linguæ ſanctæ idiotismis,

Sæc. XVII. A. C. 1707.

*Mém. des hom Illuſtr. t. 3 p. 185. Niceron l. c. pag. 370.*

Sæc. XVII. A. C. 1707.

tismis, Sciagraphiam Philologiæ sacræ, Mysterium Incarnationis Filii Dei, Messiam exinanitum & exaltatum, & nonnulla alia. III. Joannes Brunsman publici juris fecit Hendecas dissertationum, Apocalypticorum libros tres, Phosphorum Apocalypticum, & controversias contra Jacobum Bossuetum, Antonium Varillas, aliosque. IV. Humfredus Hody scripsit dissertationes contra Aristeæ Historiam de LXX. Interpretibus, & de Joanne Antiocheno, de Bibliorum textibus originalibus, versionibus Græcis & latinis & latina vulgata, & redargutionem Anglicani novi schismatis. V. Martinus Dieffenbach scripsit dissertationem de morte Henrici VII. Imp. Judæum convertendum & conversum, de officiis Christiani Scholarchæ, vindicias Bucceri &c. VI. Andreas Carolus edidit vindicatam Innocentiam Wittebergensem contra Arnoldi Historiam Hæreticorum, dissertationem de jure Dei in creaturas &c. VII. Joannes Müllerus prælo subjecit Disputationes Theologicas de Eliæ Ascensu, & scholiasma de Altenburgensis Ecclesiæ Præsulibus. VIII. Georgius Ursinus edidit disputationem de creatione mundi, Theses de summo bono, & de fortitudine vera. IX. Christophorus Reuch-

Reuchlinus publici juris fecit disputationes de scientia Dei, de æternitate essentiarum, de notitia Dei naturali, de omni præsentia Divina, de diluvio Mosaico, de Arianismo, de dubitatione Cartesiana, de nova creatione, de Evangelio, de Officio Christi Prophetico, & Dissertationem de Theologia. X. Ferdinandus Lichtscheid scripsit de jure vocationis Ministrorum Ecclesiæ per nuptiarum adjectionem, confinium veri & falsi circa amorem purum, interesse veritatis in caussa amoris puri, pluraque alia. Sæc. XVII. A. C. 1708.

## §. XXXIV.

### *Colonienſium Turbæ ob religionem.*

Postquam Lutherani in Silesia armatis Suecorum minis plurima Templa ac bona Catholicis interceperant, inde Calviniſtæ audaciores facti hoc anno sæculi currentis octavo per Angliæ, Hollandiæ & Prussiæ Oratores postulabant, ut & ipsi, utpote sub nomine asseclarum Augustanæ Confessionis comprehensi in Catholici spolii societatem, partemque admitterentur; insuper Sueciæ Orator adhuc plures Ecclesias, amplioremque sectæ libertatem Lutheranis concedi petebat, minitatus, Regem suum a Catholicis, quæ *Theatr. Europ. t. 18. pag. 67.*

Sæc. XVII. A. C. 1708. ultro cedere detrectarent, facile armis vindicaturum: Aſt Cæſarei Deputati ejusmodi minis haud territi, non modo hæc verba: *Utriusque Auguſtanæ Confeſſionis* deleri juſſerunt, ſed etiam importunas Proteſtantium ſollicitationes omnino rejecerunt: cum autem ad Societatis preces Cæſar Lignitienſe Jeſuitarum Collegium Templumque S. Joannis redimi peteret, ſex aliæ Eccleſiæ Lutheranis cedebantur, et tamen lege, ut ſex Urbes ingentem pecuniarum vim qua mutuo, qua dono numerarent:

Tentabant etiam hoc anno Calviniſtæ ſuam ſectam ſenſim Coloniæ invehere, ac præprimis Dieſtus Boruſſici Regis Agens ſine ulla Magiſtratus licentia, ſcitu vel conſenſu in ſuis ædibus privatum, occultumque ſuæ Religionis exercitium inducere attentabat; cum tamen ei haud incognitum eſſet, quod nulla alia religio præter Romano-Catholicam in hac urbe unquam tolerata fuiſſet, ac propterea jam anno prioris ſæculi ſeptuageſimo ſecundo Magiſtratus Baroni de Spanheim ejusdem Regis Agenti privatum ejusmodi Oratorium inhibuiſſet, necnon Bilderbeckius Belgii fœderati Agens Mulheimium ad unius leucæ diſtantiam pro ſectæ ſuæ uſu cum ſuis progredi

gredi coactus fuisset. Igitur Colonienſis Magiſtratus Brandeburgico etiam huic Agenti privatum ſectæ exercitium interdixit, quin tamen hic ejusmodi monitis morem gereret, cauſſatus, liberum Religionis uſum olim Calvinianis præſidiariis in Urbe conceſſum fuiſſe. Denuo Magiſtratus, ſollicitante vehementer Clero, Studioſis ac populo, Agentem rogabat, ut ab ejusmodi exercitio deſiſteret, donec Magiſtratus Cæſarem, ac Brouſſiæ Regem deſuper certiorem feciſſet, eisque totam rei ſeriem, imminensque gravis tumultus periculum expoſuiſſet. Verum Agens pro ſectæ ſuæ genio cedere neſcius, ſuos Prædicantes palam ad ædes ſuas accivit. Eapropter Magiſtratus, ante Palatii fores, ut Agens a furentis populi aſſultu tutus eſſet, validum militem appoſuit, ſimulque literas ad Boruſſiæ Regem dedit; huic vero, id ex jure gentium Legatis Berolini, Bruxellis & ubique permitti, in reſponſis danti, Magiſtratus expoſuit, jus gentium ad Reipublicæ exitium, præjudiciumque obtendi non poſſe, aliunde vero privati Oratorii privilegium ſolis *Legatis* repræſentativo Principum charactere inſignitis, non autem aliisque Reſidentibus ſeu Agentibus indulgeri: ipſe etiam Cæſar cunctis Circulorum Di-

Sæc. XVII. A. C. 1708.

Sæc. XVII. A. C. 1708.

rectoribus, ut Regem ad abolendam ejusmodi novitatem inducerent, injunxit, Ipsusque desuper literas ad Regem dedit: cum autem amica hac sollicitatione nil proficeretur, Colonienſis Academiæ Studioſi affixis per compita ſchedis mutuo ſeſe hortati ſunt, ut totis viribus præpedirent, quominus Regis Boruſſiæ Agens ſuæ ſectæ ritum, quem Ethnicorum orgia, & horrendum Diaboli, qui hujus doctrinæ Author eſſet, cultum appellitabant, nedum privatum perageret: Hi igitur die trigeſima Aprilis concurrente populo Agentis ædes impetunt, effractisque feneſtris inſignia abſtrahunt, tumultuariisque improperiis & minis inſultant: Tempeſtive autem a Magiſtratu milites immiſſi cunctos diſperſere, atque ab ulteriori vi cohibuerunt. Recomperta Boruſſiæ Rex vicem repenſorus, cuncta Colonienſium bona, atque Eccleſiaſticos reditus in ſua ditione arario ſuo addixit, quapropter Pontifex datis literis Lambergium & Saxo-Coburgenſem Cardinales, & Moguntinum & Trevirenſem Electores, necnon Caſaris Confeſſarium rogabat, ut Catholicos in ditione Brandeburgica graviter in odium hujus repulſæ vexatos ſibi commendatos habere, ſuæque authoritatis præſidium illis impendere velint. Interim

terim Agens ex Tuitiana civitate milites ad sui defensionem Borussicos in urbem induxit, quos tamen Magistratus jussu mox dimittere compulsus est; Hövelenus enim & Puteanus Catholici Consules Senatum prius solvi haud permisere, nisi prius hi milites domo & urbe abiissent: Circulorum quoque Directores Regi supplicarunt, ut propter gravissimorum tumultuum pericula privatum sectæ cultum intermitti præciperet, nec ob Colonienses Magistratus repulsam innoxios bonorum jactura plecteret. Magistratus quoque Prinzium intimum Regis Consiliarium, qui tum Coloniam venerat, rogarunt, ut a Cæsare aliisque Mediatoribus desuper decernenda, rata haberet; insuper Catholici Principum Oratores Ratisbonæ multis demonstrarunt, quod Borussus sine manifesta pacis Westphalicæ violatione Catholicorum reditus fisco addicere non potuerit, eoquod Magistratus Colonienses hunc tumultum præpediendo impar fuisset, aliunde vero se ad præstandam læsis satisfactionem paratum exhiberet: suadendum ergo ut de consensu partium Arbitri seligantur, qui constituant, quid hac in re maxime congruat. Tandem vero Rex declarabat, se nil aliud petere, nisi ut soli Agenti suo, ejusque familiæ privatus Religionis usus

Sæc. XVII. A. C. 1708.

Sæc. XVII. A. C. 1708

concederetur. Id vero constanter renuente Magistratu, Monasterienſis Episcopus & Elector Palatinus suas partes interposuere, eorumque opera anno sequenti die decima sexta Januarii conventum est, ut Regi jus suis Legatis competens reservatum maneat, simulque contentus sit, ut ejus Agens sectæ suæ sacris duntaxat tamdiu interesse posset, quamdiu Circulorum copiæ in urbe morarentur, Magistratus vero Colonienſis in hujus tumultus Auctores sedulo inquireret, eosque promerita pœna plecteret, & damna ædibus illata resarciret.

## §. XXXV.

### *Hæc transactio a Clemente summo Pontifice reprobata.*

Placuit summopere Clementi Papæ Joannis Guilielmi Palatini Electoris Zelum, quo sese Borussorum violentus oppoſuerat, quocirca die decima quarta Julii ad eundem has dedit literas: „Sine multa sollicitudine esse non pos„sumus de his, quæ in civitate Colo„nienſi pridem attentata fuerunt, & „adhuc vehementer urgentur ab Ca„tholico Principe, contendente obtinere, „ut damnata Calvinianæ sectæ exerci„tia haberi possint in domo adminiſtri „ejus

„ejus nomine in eadem civitate resi- Sæc. XVII.
„dentis, etsi autem confidere debea- A. C. 1708.
„mus constantiam, ac pietatem Magi-
„stratus illius Civitatis, quæ sane hac
„occasione magnopere enituit, nun-
„quam cessuram tam iniquis conatibus,
„nec passuram esse eripi sibi gloriam,
„quam firma, ac sincera Romanæ Ec-
„clesiæ, & Apostolicæ Sedi adhæsione
„perpetuo promeruit, plurimum tamen
„spei constituendum esse intelligimus
„in pietate, ac Zelo Nobilitatis tuæ,
„quam scimus opem, & authoritatem
„suam in hac ipsa caussa favore Ortho-
„doxæ fidei jam posuisse, ac solerter
„curasse, avertere turbinem impenden-
„tem capiti Catholicorum commoran-
„tium in ditione ejusdem Acatholici
„Principis, repulsam, quam a Magistratu
„passus est, his modis ulcisci parantis,
„quod periculum, cum nondum plane
„cessaverit, magnopere a te petimus,
„ut hanc caussam commendatissimam
„habeas.„

Eadem etiam die ad Senatum Colonienſem hæc perſcripſit: „Summo-
„pere delectati ſumus, ubi audivimus
„præclarum ejusdem veſtræ pietatis ac
„conſtantiæ ſpecimen a vobis editum
„fuiſſe, tum cum obſtitiſtis invicto ani-
„mo non tam petitionibus, quam mi-
„nis Acatholici Principis contendentis

Sæc. XVII. A C. 1708.

„per Delegatum ſuum a vobis obtine-
„re, ut fas eſſet Adminiſtro ſuo pro
„tempore iſtic reſidenti exercitia ſui ri-
„tus, hoc eſt, damnatæ ſectæ privatim
„ſaltem iſthic habere, quod nihil aliud
„ſane erat, quam obtinere, ut error
„inter vos quaſi in angulo deliteſceret,
„ſed vos plane oſtendiſtis vigere in ve-
„bis cum Divini honoris Zelo amorem
„Patriæ, & cum eximia pietate ſingu-
„larem prudentiam, ac conſcii in civi-
„tate probe conſtituta quemcunque re-
„ditum peſtiferæ labi eſſe occludendum,
„cum nequeat contagium finibus coer-
„ceri, ſed facile effundatur in pernu-
„ciem multorum, illud præſertim quod
„animas inficit, & de mente in mem-
„tem celeri, ac irreparabili excurſu fa-
„cillime gliſcit, nil tale apud vos hoſpi-
„tari voluiſtis, quamobrem eximiam
„in Domino laudem, quam propterea
„conſecuti, ex animo vobis grati-
„lamur.„

Cum autem Pontifici nuntiatum eſſet, quod Calviniſtæ in Colonienſem civitatem ſectæ ſuæ exercitium incu-cendi propoſitum rurſus omni ſtudio ur-gerent, hinc die vigeſima ſeptima Octo-bris denuo eundem Electorem Palati-num hortabatur, ut ſedulo curaret iniqua eorum conſilia ac molimina abrumpere, prout ipſemet Pontifici pollicitus ef-

fet:

set: Idem etiam commendabat Senatui & Capitulo Colonienſi, necnon Arnoldo Monaſterienſi Epiſcopo. Sæc. XVII. A. C. 1708.

Interim vero communis, mendax tamen, per urbem volitabat rumor, quod Colonienſis Magiſtratus privatum Calvinianæ ſectæ uſum Miniſtro Boruſſico permiſiſſet: mox igitur Joannes Baptiſta Comes de Buſſi Tarſenſis Archiepiſcopus, & Apoſtolicus Coloniæ Nuntius adverſus pacta cum Rege inita tanquam Romanæ Eccleſiæ oppido nociva reclamans, ea omnino irrita, nullaque declaravit: Hanc Nuntii ſententiam poſtea Clemens Papa confirmavit, die decima ſexta Februarii datis ad eundem hiſce literis: „Sperandum „nobis eſſe videbatur Magiſtratum iſtius „civitatis Colonienſis veteris pietatis „memorem, & noſtris etiam paternis „officiis, ac Fraternitatis tuæ vocibus „admonitum, ac confirmatum nihil „unquam remiſſurum eſſe de ea con„ſtantia, qua primum obſtiterat peti„tionibus Acatholici Principis magno „ſtudio contendentis novum, ac inau„ditum exemplum favore ſuæ ſectæ iſt„huc inducere. Verum non ſine multa „animi noſtri moleſtia audivimus eun„dem Magiſtratum, inito demum tra„ctatu, delectisque arbitris exiſtimaſſe, „ſatis conſultum eſſe incolumitati Or-

Sæc. XVII A.C. 1708.

„thodoxæ fidei, si damnata hæretico-
„rum exercitia ab ipsa civitate in præ-
„sens excluderentur. Cæterum con-
„sensisse in aliquam conditionem, per
„quam differri potius, quam adimi Ca-
„tholicæ Religionis periculum videa-
„tur. Quamobrem æquum omnino
„fuit, ut fraternitas tua demandato
„sibi a nobis munere statim insurgeret,
„ac palam declararet, non licuisse Magi-
„stratui seculari caussam fidei, cultum,
„& integritatem directe respicientem
„attingere, nec in concordia, quæ tu-
„citur inter partes inita, præservare
„asserta jura Acatholici Principis. Ut
„autem omnibus perspectum sit, ne-
„dum grata nobis exstitisse, sed rata a
„nobis haberi ea, quæ pro indemnitate
„Catholici cultus inhærendo facultati-
„bus tibi a nobis traditis, opportune,
„ac necessario hac occasione præstitisti,
„nos declarationem a te editam, in qua
„omnia, & singula obtentu ineundæ
„concordiæ in eo tractatu contenta cum
„omnibus inde secutis, ac secuturis,
„quatenus directe, vel indirecte Catho-
„licæ religioni præjudicium inferant,
„aut inferre aliquando possint, sub ame-
„plissima forma nulla ac irrita denun-
„tiasti, ac pro revocatis, cassatis, nul-
„lis, invalidis, abolitis, viribusque,
„executione, & effectu penitus, ac
„om-

„omnino vacuis haberi voluisti, per „omnia approbamus, & Apostolica no- „stra authoritate confirmamus, tibi in- „super injungentes, ut ejusmodi ap- „probationem, & confirmationem no- „stram notam omnibus reddi cures, & „facias. „

Sæc. XVII. A. C. 1708.

Has Pontificis literas Colonienſis Nuntius ubique per urbem divulgabat, Boruſſiæ autem Orator Ratisbonæ apud Imperii comitia ea de re vehementer queſtus, pro more hujus gentis contumelioſa verba in Pontificem, ejusque ſacra effutiit, aſſerens, quod Pontifex ſuum in Romano Imperio dominatum pro more exerens, Statum in Statu efformare intentus ſit, ejusque Nuntius contra Imperii leges Regem Brandeburgicum *Principem Acatholicum*, ejusque religionem *damnatam ſectam* nominare haud dubitaverit &c. proin jure merito ex Imperio proſcribendus, aut ſaltem ad revocandum injurioſum ſuum ſcriptum compellendus eſſet. Ita nempe injuria pro injuria, tenui fœnore rependi viſa eſt; nullum enim aliud lucrum expectare poteſt ſeſe luto opponens, quam lutum. Ceterum Colonienſis Senatus ſummi Pontificis indignationem veritus, inita pacta reſcindere parabat, poſtquam vero rurſus Colonienſium bona, & Catholicorum mona-

Sæc. XVII. A. C. 1708. monaſteria in ditione Brandeburgica intercipi cognoverat, tempori ac neceſſitati cedendum exiſtimabat: Nuntius vero non ſine ſumma animi indignatione Colonia exceſſit: Pontifex autem Cæſaris auctoritatem opemque implorans, die decima ſexta Februarii has ad eum dedit literas: „Quod Acatholicus Princeps ſua potentia freta „vehementer contendat, fas eſſe ſuo de„genti in ea civitate adminiſtro intra „privatas ſaltem ædes damnatos ſuæ „ſectæ ritus exercere, id cum ibi prop„ſus novum ſit, & hactenus inauditum, „nulla prorſus æquitate inniti poteſt, „& quamvis Magiſtratus illius civita„tis, qui Zelo ſervandæ puritatis flag„incenſus, noſtris paternis monitis, & „Nuntii noſtri vocibus confirmatus in„debitæ petitioni ea, qua par erat, „conſtantia ab initio obſtiterat, ſubinde „ad tractatum concordiæ deveniſſe de„catur, in quo ea ipſa aſſerta Acatho„lici Principis jura, quæ nullo modo „admittenda eſſe intellexerat, reſervavit, „conſenſit: quia tamen ei nullo modo „licuit in cauſſa ſtatum Religionis die„recte reſpiciente paciſci aditumque „relinquere, ut idem propoſitum ab ipſo „Acatholico Principe, ejusque Admi„niſtris vehementius aliquando urgea„tur, Nos præter improbationem, ac „irri-

„irritationem præfati actus concordiæ „in eo, in quo lædit religionem, a „Nuntio noſtro, uti ſui muneris erat, „palam factam, atque a Nobis aucto„ritate noſtra confirmatam, magnopere „a Te petimus, ut indemnitatem at„que integritatem fidei, quatenus nul„lum ex ipſo tractatu præjudicium, „aut detrimentum perſentiat, vehe„mentiſſime tuearis &c.„ Sæc. XVII. A. C. 1708.

Poſtquam vero Pontifex comperat, quod Monaſterienſis Epiſcopus Magiſtratum Colonienſem ad hanc controverſiam celerius dirimendam, ineundamque hanc pactionem datis literis ſtimularit, hinc cum præfato Epiſcopo expoſtulans, die decima ſexta Februarii hæc ad eum perſcripſit: „Ope„ram tuam omni ſtudio requiſivimus, „ubi ſcilicet nobis innotuit agi acriter, „ac vehementer in ea civitate de per„turbando pacifico Orthodoxæ Religio„nis ſtatu, eo quod Acatholicus Prin„ceps præſumeret, jus, ac fas eſſe ſuo „ibi reſidenti Adminiſtro damnatos hæ„reticorum ritus intra privatas ſaltem „ædes exercere, ac præterea conten„deret, quod ad removendos graviſſi„mos obices, quos offenderat, hæc „controverſia per arbitros utrinque de„ligendos dirimeretur. Et ſane ſpes „erat irritos demum fore hujusmodi „cona-

Sæc. XVII. A. C. 1708.

„conatus, cum Magiſtratus Colonien-
„ſis per ſe probe animatus, noſtrisque
„literis, ac viva voce venerabilis Fra-
„tris Joannis Baptiſtæ Archiepiſcopi
„Tarſenſis Nuntii noſtri ſerio, ac gra-
„viter præmonitus, indebitæ petitioni
„ab initio conſtanter obſtitiſſet, meri-
„tas propterea laudes a Nobis ſubinde
„conſecutus, quod retento Majorum
„ſuorum more, ac exemplo nihil ſibi
„attingendum eſſe intellexiſſet, quod
„ad Religionis ſtatum pertineret. Ve-
„rum dum propter alias multas hac
„occaſione excitatas difficultates, at-
„que querelas totum negotium in de-
„liberatione adhuc verſaretur, aut certe
„protraheretur, eo allatæ ſunt tuæ ad
„Magiſtratum literæ magnopere impro-
„bantes omnem moram, ac cunctatio-
„nem in ſedanda hac controverſia, ac
„vehementer urgentes neceſſitatem
„conciliandi civitati gratiam Acatho-
„lici illius Principis, ne forte deterio-
„ra, ut dicebatur, contingerent. Porro
„eventus ipſe docuit tui nominis ab-
„uſum, tuorumque officiorum authori-
„tatem ad rem celerius conficiendam
„momenti plurimum attuliſſe, qua in
„re illud valde nobis dolendum eſt,
„quod Magiſtratus ita properaverit ad
„exitum ejus tractatus, ut paſſus ſit
„in eo adjici conditionem, per quam
„præ-

„præservari dicuntur asserta ejusdem „Acatholici Principis jura, quæ tamen „nulla esse, ac nulla eidem competere „omnino scire debebat, ac per hoc reli- „querit quodammodo ipsi Principi, ejusve „Administro locum perturbandi perpe- „tuo illibatum hactenus Catholicæ Re- „ligionis statum in præfata civitate Co- „lonienſi. Et licet idem Nuntius noster „Tractatum & Actum hujusmodi con- „cordiæ in ea parte, in qua respicit, „ac lædit religionem pro suo munere „palam improbaverit, ac irritaverit, „Nosque hujusmodi declarationem, ut- „pote opportunam, ac necessariam „Apostolica nostra authoritate confir- „maverimus, & approbaverimus; ni- „hilominus facere non possumus, quin „Te iterum, iterumque hortemur, at- „que obtestemur, ut satagas iis reme- „diis, quæ tuæ authoritati, ac Zelo „deesse non possunt, tuoque honori ac „Conscientiæ summopere conveniunt, „consulere indemnitati ejus Ecclesiæ, „& occurrere periculo, quod facile ei „imminere posset, si ex vi adjectæ in „eo tractatu præservationis jurium illud „ipsum, quod nuper attentatum est de „invehendis illuc exercitiis hæreti- „corum, iterum, multoque vehemen- „tius, ut timere est, promoveretur.„

Sæc. XVII. A. C. 1708.

§. XXXVI.

Sæc. XVII. A. C. 1708.

## §. XXXVI.

## *Novum Quesnelli Teſtamentum a ſummo Pontifice proſcriptum.*

*Lafiteau Hiſt. Conſt. t. 1. p. 69.*

Interim morales Quesneli reflexiones, quas novi Teſtamenti editioni adjecerat, quorumdam æſtimationem, multorum dubitationem, plurimorum vero indignationem attraxerant: Non deerant ex Epiſcopis, Virisque doctrina longe præſtantiſſimis, qui hunc librum toties auctum, iteratoque prælo excuſum maturo examini ſubjicerent, ac luculenter deprehenderent, quod Quesnelus in eo Edmundi Richerii opiniones circa excommunicandi poteſtatem, necnon Janſenii propoſitiones innovaret, & Janſenii fautores velut oppreſſæ veritatis Martyres deprædicaret. Praeterea quamvis non pauci, qui hunc librum a cenſuris vindicare nitebantur, plures propoſitiones immutarent, asperiores temperarent, & nonnullas omnino delerent, illius tamen vitia ac doctrinæ adeo manifeſte damnatam haereſin ſapiebant, ut Pontifex hunc librum, qui jam ante tredecim annos denuntiatus erat, rurſus examini ſubjiceret: Igitur Cardinales & Theologi ad id ſelecti poſt longam maturamque diſcuſſionem declararunt, quod liber magis

magis pernicioſus nec in hæreticorum nec ſchismaticorum officina procudi potuiſſet. Eapropter Pontifex die decima tertia Julii has Quesnelli reflexiones publice proſcripſit, edita ſequenti Conſtitutione: „Cum in lucem prodierit „liber quidam Gallico idiomate impreſ„ſus & in plures tomos diſtributus ſub „titulo: *Novum Teſtamentum Gallice cum reflexionibus moralibus* &c. vel ſub hoc „titulo: *Synopſis doctrinæ moralis ex Evangelio, actis Apoſtolorum &c.* ac plu„ries typis recuſus fuerit, non ſine bo„norum offenſione, & ingenti anima„rum periculo propter ejus frequentem, „etiam in variis Provinciis lectionem „& uſum, quemadmodum pariter ad „Apoſtolatum noſtrum multorum que„relis delatum eſt: Nos librum hujus„modi nonnullis ex venerabilibus Fra„tribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, „aliisque in S. Theologia Magiſtris ma„ture, ut rei gravitas poſtulare vide„batur, examinandum commiſimus; „illi vero mandatis noſtris obſequentes „librum ipſum poſt accuratam ejus di„ſcuſſionem unanimi conſenſu prohi„bendum eſſe cenſuerunt, utpote qui „ſacrum ipſum N. T. textum exhibet „damnabiliter, nec ſine auſu temerario „vitiatum & alteri verſioni Gallicæ du„dum a Fel. rec. Clemente PP. IX.

Sæc. XVII. A. C. 1708.

Sæc. XVII. A. C. 1708. „Prædeceſſore noſtro per quasdam ſuas „in ſimili forma Brevis die 20. Aprilis „1668. expeditas literas damnatæ in „multis conformem, a vulgata vero e„ditione, quæ tot ſæculorum uſu in „Eccleſia probata eſt, atque ab Orthe„doxis omnibus pro authentica haberi „debet, multipliciter diſcrepantem & „aberrantem: Notas inſuper & obſer„vationes continet, habentes quidem „ſpeciem pietatis, ſed ad virtutem ejus „abnegandam ſubdole deducentes, in „quibus paſſim occurrunt doctrinæ, & „propoſitiones ſeditioſæ, temerariæ, „pernicioſæ, erroneæ, aliás damnatæ „& Janſenianam hæreſin manifeſte fo„vientes. Hinc eſt, quod Nos credi„tum nobis a Domino paſtoralis curæ, „atque vigilantiæ munus, quantum in „Nobis ex alto conceditur, ſalubriter „exequi cupientes, de eorumdem Car„dinalium conſilio, librum ſupradictum „ſive præmiſſis, ſive alio quovis titulo „inſcriptum ubicunque, & quocunque „alio idiomate, ſeu quavis editione aut „verſione hactenus impreſſum, aut in „poſterum imprimendum, auctoritate „Apoſtolica tenore præſentium damna„namus, & reprobamus, ipſiusque „libri impreſſionem, deſcriptionem, lec„tionem, retentionem & uſum omnibus „bus & ſingulis Chriſti fidelibus, etiam

„ſpecifica & individua mentione dignis Sæc. XVII.
„ſub pœna excommunicationis per con- A. C. 1708.
„trafacientes ipſo facto absque alia de-
„claratione incurrenda, a qua nemo
„a quoquam (præterquam a Nobis,
„ſeu Romano Pontifice pro tempore
„exiſtente) niſi in articulo mortis con-
„ſtitutus abſolutionis beneficium valeat
„obtinere, omnino interdicimus, &
„prohibemus. Volentes, & eadem
„auctoritate mandantes, ut quicunque
„librum hujusmodi penes ſe habuerit,
„vel in futurum quandocunque habe-
„bunt, illum ſtatim, atque præſentes
„literæ eis innotuerint, locorum Ordi-
„nariis, vel hæreticæ pravitatis Inqui-
„ſitoribus tradere, atque conſignari
„teneantur, hi vero exemplaria ſibi ſic
„tradita illico flammis aboleri curent.
„In contrarium facientibus non ob-
„ſtantibus quibuscunque &c.„

Quoniam vero Pontifex cuncta hujus libri exemplaria Ordinariis tradi, ac illico flammis aboleri præcepiſſet, id vero Gallorum conſuetudini contrarium eſſet, hinc illius Conſtitutio in hoc Regno recepta non fuit. Inde vero Quesnelli fautores audaciores effecti, Papæ decretum ore & calamo infectabantur, illudque velut *opus tenebrarum*, a Fabronio Cardinale Pontifici adu-

Sæc. XVII. A. C. 1708.

lante, & Jesuitis ancillante excoctum, & Ordinis Episcopalis pupillam offendens traducebant.

## §. XXXVII.

## *Turbæ Pontificios inter & Cæsareos.*

*Mem. Chron. & Hist. Lamberti t. 5. p. 88. Mem. de la Torre t. 5. pag. 129. Vitæ Card vit. Card. Grim. t. 1. pag. 151. Kettl. Decan. V. pag. 513.*

Dum Pontifex Romæ Jansenistarum factioni bellum denuntiabat; interim Italici belli flammæ usque ad Romanæ Urbis mœnia sensim grassari cæperant: Non una erat dissidii causa Papam inter & Josephum Imperatorem; nimia enim Pontificis erga Gallos propensio, haud dubia ipsius ab Austriacis aversio, & pertinax Carolum III. in Neapolis Regem agnoscendi tergiversatio, continuæ disceptationis somitem præbuit: haud levem quoque dissensionum scintillam subjecit Pontificis decretum, quo omnibus Regni Neapolitani, & Ducatus Mediolanensis Archiepiscopis, Episcopis, & Præsulibus die trigesima Junii sub anathematis pœna inhibuit, ne ex suis proventibus imperatas pecuniarum exactiones pro bello Italico penderent: ex hisce ergo dissensionum scintillis Mars; unde proxime debuit, exarsit. Equidem Cardinalis Grimanus, quem Imperator Neapolis Pro- Regem dicebat, Ro-

discedens, ac Pontifici valedicens eundem submisse rogabat, ut clementius, modestiusque cum Domo Austriaca ageret, & tandem Carolum Hispaniæ Regem agnosceret, ejusque Sponsam proxime adventuram honorifica Legatione exciperet: Ast Pontifex ad hæc monita surdus, adeo graves in Cæsarem æque ac Carolum necnon Sabaudiæ Ducem querelas effudit, ut Cardinalis ira commotior responderet: *Sanctitas vestra non uno titulo obstringitur, coronatos ejusmodi vertices majore in honore habere*, hac objurgatione offensus Pontifex, *multæ* inquit, *in arce S. Angeli sunt custodiæ ad coercendos refractarios ejusmodi Cardinales accommodæ: nec desunt*, reposuit Cardinalis *novæ mitræ pro novo Pontifice.* Crescebant autem Papam inter & Cæsarem simultates, ubi de Cæsareorum hybernis in ditione Ecclesiastica assignandis agebatur; præprimis enim Pontifici per suum Legatum hac de re scisciranti Daunius Neapolis Pro-Rex respondit, nullum quidem de hybernis in solo Pontificio figendis se habere Cæsaris imperium, exigere tamen transitum germani Equitatus, ultronee, aut vi tentandum: Ad hæc Pontifex die decima quarta Martii Daunio rescripsit, quod *necessitas quidem ad denegandam hanc petitionem* Sæc. XVII. A. C. 1708.

Sæc. XVII. A. C. 1708.

*cogeret, ne tamen, certa & perpetua de- esse videatur voluntas ejus erga Cæsarem, ita petitioni assentiatur, ut tamen non liceat Cæsareis copiis præter modum & normam, de qua in Aula Viennensi actum est, per Ecclesiasticam ditionem pertransire, sed milites per Asculi civitatem in Piceno iter expedite, nec alio divertentes instituant & prosequantur.* Senatus tamen Bononiensis militi Cæsareo alimenta cetera- que ad transitum necessaria gratis sub- ministrabat, id tam ægre ferente Legato Pontificio, ut Senatores custodiæ tradi juberet, & vim vi repellere nite- retur: attamen milites Cæsarei hostilem in modum haberi indignantes, urbem permolesta pecuniarum exactione mulctarunt: Postquam vero Papa ex Parmensi & Placentina ditione Pontificium militem annuente Francisco Farnesio Duce removerat, Cæsar militi suo in utroque hoc Ducatu hyberna assignavit, præmisso Marchione de Prie, qui pro resarciendis damnis inde oriturus cum Duce de solvendis tercenties sexaginta Imperialium millibus convenerat: Hunc vero contractum Pontifex velut Ecclesiasticæ immunitati contrarium edita Constitutione irritum declaravit, caussatus, sibi soli supremum utriusque Ducatus clientelare dominium a Julio II. & Paulo III. Fo-

nese

Sæc. XVII. A. C. 1708.

nesio hucusque continuatum competere, ac propterea ejus invasores, ibidemque hybernantes exemplo Leonis X. & Urbani VIII. Pontificum anathemate perculit, & in sui juris defensionem allegavit, quod Carolus M. Romanum Imperium ut clientelare a Leone III. Papa adhibito fidelitatis juramento acceperit, & Otto M. omni juri & ordinationi Urbis Romanæ cesserit, & quicquid de terra S. Petri possedit, se Joanni Papæ redditurum sponderit (*a*) imo Sigismundus Imperator (*b*) professus sit, quod Constantinus M. a S. Silvestro Romanum Imperium beneficiarium acceperit, seque Deo & Sedi Apostolicæ Fridericus Imperator subjecerit (*c*) omnesque donationes & privilegia ab Imperatoribus Sedi Apostolicæ concessa Rudolphus I. Imperator, omnesque Electores Anno 1279. die 12. Septembris confirmarint (*d*) ex horum autem confirma-



(*a*) Cap. Tibi Domino 83. dist. 63.

(*b*) In Reform. sua Basileæ c. 10, lib. 2. fol. 151.

(*c*) Const. unic. l. 2. feud. tit. 100.

(*d*) Baron. Tom. 10. Ann. 996. Num. 44. Leopoldus Imperator Anno 1691. in diplomate ad Innocentium XII. declaravit Parmæ Ducem

Sæc. XVII. A. C. 1708.

tione præſcriptio tot centum annorum valida & ubique admiſſa invaleſcat, etſi fors Imperatores ſibi ſupremam poteſtatem in Italiam reſervaſſent, relicto duntaxat Sedi Apoſtolicæ Dominio utili: Econtrario autem Joſephus Cæſar publico decreto vibratum a Pontifice anathema injuſtum, & nullum eſſe declaravit, ex antiquis diplomatibus, inveſtiturarum, actorumque monumentis demonſtrans, utrumque Ducatum ab immemorabili tempore Ducatui Mediolanenſi, Romanoque Imperio fuiſſe clientelarem, ejusque ſupremum dominium a nullo in Apoſtolicam Sedem fuiſſe translatum, nec ab ullo Principe ſine Romani Imperii conſenſu transferri aut alienari potuiſſe, proin jus & dominium a Papa uſurpatum, fuiſſe ſemper ab Aula Imperiali denegatum, & nonniſi ob potentiæ defectum permiſſum, nunc vero a Cæſare vindicandum. Conſtantinum quidem M. aliquot Urbis Romanæ & viciniæ census ac reditus S. Sylveſtro adjeciſſe, semper tamen ſibi reſervaſſe ſupremum Dominium, ipſamque Italiam, Romanque Conſtantino primogenito ſuo filio rel-

Ducem Sedis Apoſtolicæ Vaſallum, hæcque declaratio Anno 1697. Aulici Senatus decreto confirmata fuit.

reliquiſſe, & nonniſi Eccleſiaſticam Urbis & Orbis ſuperioritatem non autem temporalem S. Sylveſtro permiſiſſe: et ſi temporalem donaſſet, ejusmodi donationes fore invalidas, ipſo Honorio III. eas invalidante (*a*) & Ottone M. hanc adjiciente clauſulam: *Salva per eosdem Ducatus noſtra in omnibus dominatione & poteſtate* (*b*). Has rationes Cæſar adduxit in quodam publico edicto, quod in Ratisbonenſibus Imperii comitiis appro-

Sæc. XVII. A. C. 1708.



(*a*) Cap. 33. decret. de Jurejur.

(*b*) Baron. ad Anno 962. Ceterum Imperatoris jura in utrumque Ducatum defenderunt Gottfridus Rohlmannus, Wolfgangus Jægerus, Rinck, Simon Henricus Muſæus & alii, quibus etiam addendæ *animadverſiones ad declarationem nullitatis &c.* & diſſertatio præliminaris de jure Imperii in Ducatum Parmenſem & Placentinum, *necnon libellus ita inſcriptus, les Droits de l'Empire ſur l'Etat Eccleſ.* Pontificis jura propugnata habentur in libro, cui titulus: *Il dominio temporale dalla Sede Apoſtolica, ſopra la città di Commachio*, & in alio ita inſcripto: Declaratio nullitatis Chriſtianæ concordiæ in Sedis Apoſtolicæ & Eccleſiæ præjudicium initæ ſuper hybernis ſtationibus &c. Mota rurſus in Parmenſi Ducatu controverſia Anno 1768. plurium aliorum voluminum materiam eruditis ſubminiſtravit.

Sæc. XVII. A. C. 1708

approbatum Romam transmisit, illudque Comes Caunitsius Pontifici & Cardinalium Collegio tradidit: Alio autem decreto Imperator omnibus tam Germanis quam Italis subditis interminata capitis pœna, & bonorum proscriptione, ne Pontificis scriptum admitterent, interdixit, collectasque militares, quas antea Papa Gallis licet exteris, præter hyberna haud difficulter permisit, persolvi jussit & sub iisdem pœnis Parmensi Duci injunxit, ut intra quindecim dies homagium Cæsari præstaret.

## §. XXXVIII.

### *Pontificis querelæ contra Cæsarem.*

*Epist. Clem. XI. p. 471. Hist. du Princ. d'Orang. p. 2. fol. 135. La Clef. Oct. p. 289. Nov. p. 352. Lettr. Hist. Sept. p. 289, Oct. p. 426.*

Quamvis Josephi Imperatoris edictum, quo se non modo utrumque Ducatum, sed Imperii jura in totam Italiam, omnesque ditiones ab ejus Prædecessoribus sine Imperii consensu donatas vindicaturum declarabat, Venetis, Genuensibus, Etruscis, Mutinensibus & Sabaudis justi timoris argumentum esse potuisset, solus tamen Pontifex trepidare cæperat, ac extrema quæque, ut vim repelleret, adhibuit: primis igitur die secunda Julii ad Cæsarem literas dedit, quibus vehementer questus, quod Cæsaris copiæ post gravissima

vissima damna ditioni Pontificiæ illata de repente, nulla facta belli denuntiatione, hostiliter egerint, & loca quædam jurisdictionis Pontificiæ occuparint, ibidemque constituto præsidio, explicatisque signis tanquam in terris justo bello partis insederint, majora tentaturi, ubi novæ militum suppetiæ sint affuturæ: *Vides Cæsar*, prosequebatur Pontifex, *hæc contra omnem æquitatem, ac rationem contra debitam Nobis, & Apostolicæ sedi reverentiam, contra jura ac rationes Ecclesiæ, per abusum tui Nomínis admissa divinis, humanisque legibus repugnare, rectaque opponi titulo Defensoris Ecclesiæ, quo maxime gloriati sunt Imperatores, inclyti Majores tui. Non ignoras, quam graviter & districte S. Canones, & Apostolicæ Constitutiones decernant adversus eos, qui vim rebus, & juribus Ecclesiæ inferunt. Expende igitur, quousque Te abripuerint (si modo id Te jubente ac conscio admissum est, quod nefas esse videtur de tuo animo existimare) prava & iniqua eorum consilia, qui Te ad provocandam tam graviter ac manifeste Dei iram impulerunt, & pedem nulla mora inde refer, unde certa animæ tuæ pernicies, nedum perpetua tuo Nomini labes, consecutura est. Interim vero de Nobis sic existima: Nos de Divina ope, quam humiliter & enixe implorare non cessabimus, confisos ea animi firmi-*

Sæc. XVII. A. C. 1708.

Sæc. XVII. A. C. 1708.

*firmitate hanc caussam, eaque omnia, quæ tutelæ Nostræ commissa sunt, complexuros esse, ut nemo unquam Nobis jure succensere possit, Nos muneris nostri partibus defuisse, aut mediis sive spiritualibus, sive temporalibus pepercisse, etiamsi cujuscunque rei jactura, & vitæ nostræ dispendio faciendum sit; non enim animam nostram pretiosiorem facimus, quam Nos dummodo consumemus cursum nostrum, commissumque Nobis cælitus Ministerium usque ad mortem feliciter impleamus; memores siquidem sumus, quemadmodum Te etiam esse oportet, omnes homines, quacunque demum dignitate præstantes, constituendos esse aliquando ante tremendum illud tribunal, coram quo tum, qui fecerint opus suum negligenter, tum qui tradita sibi potestate abusi fuerint, justi Judicis iram non evadent:* declinantes enim in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. *Hæc cogitatio Nos, Deo juvante, impigros in obeundo munere nostro efficiet. Consulat & sibi Majestas tua: Noli Charissime Fili noster (nomine Domini nostri Jesu Christi, cujus vices indigni gerimus, postremo Te alloquimur) noli primitias florentis ætatis tuæ totius Christiani populi scandalo maculare, & ab Ecclesiæ, quæ Christi Sponsa est, Apostolorumque ejus injuria, Imperii tui primordia auspicari. Quod quidem, ut plane intelligas, & meliora, Deo favente,*

*vente, ſapias, Majeſtati tuæ Apoſtolicam benedictionem amantiſſime impertimur.* Sæc. XVII. A. C. 1708.

Ejusdem tenoris literas Pontifex eadem die dedit ad Amaliam Imperatricem, Eleonoram Viduam, Lambergium & Saxo-Citienſem Cardinales, Lotharium Moguntinum, Guilielmum Palatinum Electores, Carolum Lotharingium Osnabrugenſem Epiſcopum, ceterosque S. R. J. Electores & Germaniæ Epiſcopos, necnon ad Biſcoffium Jeſuitam Cæſaris Confeſſarium, quos rogabat, ut tantum efficiant, quatenus *Cæſar, quo non plane conſcio hæc contigiſſe credidit*, ſuos ab hujusmodi damnis retrahat.

## §. XXXIX.

### *Pontificis apparatus bellicus.*

Attamen Pontifex hiſce ſuis literis adeo nihil profecit, ut milites, eorumque Præfecti, a Papa Carolo Regium titulum adhuc denegari indignati ſolita militari licentia incolis Ferrarienſibus plurima damna inferrent, imo etiam Alexander Bonnevallus aciei Structor, cujus jam tum adeo execrandum nomen erat, ut ſi quem impium, ac Religionis contemptorem notare vellent, Bonnevallianæ Religionis hominem militari joco appellarent, eo pro- *Guarnac. vit. Clem. XI. p. 14.*

Sæc. XVII. A. C. 1708. progreſſus erat, ut circumjacentes agros, & Comaclum ipſum aliasque quatuor urbes capto ſimul præſidio occuparet, occupatumque operibus, belliqué tormentis Mantua advectis communiret, civibusque ad ſacramentum Cæſari dicendum compulſis a Mutinenſi Duce militum ſuppetias peteret: Eapropter Clemens Papa armata vi reſiſtere paratus, undique fœdera & auxilia conquirere intentus erat, ac præprimis ſeſe ad Franciæ, Luſitaniæ, Poloniæ Reges, Sabaudiæ Ducem, Venetorum & Helvetiorum Reſpublicas, & Equites Melitenſes convertit, qui tamen arma ſociare detrectarunt: Sedunenſi quoque Epiſcopo ſignificabat, quod ex hac Natione milites conſcribi delectumque haberi præcepent: militem etiam, quem contra Turcas Raymundo de Perellas Magno Melitenſium Magiſtro ſubmiſerat, revocabat, & a variis Principibus militum ſubſidia petens, obtinensque, publicum in Baſilica Vaticana exponebat vexillum imagine Chriſti e Cruce pendentis & hac inſcriptione: *Defende Domine cauſſam tuam*, inſignitum. Præterea ex ærario Sixti V. tercentum aureorum millia in hujus belli ſumptus deprompſit, conſcriptisque ex comitatu Avenionenſi tribus armatorum millibus, habitisque in

in Italiæ ſolo tumultuariis delectibus, exercitum viginti octo millibus validum contraxit, & Marſilium Comitem, quem Imperator ob præmaturam Briſacci deditionem exauctoraverat, ex Francia evocavit, eumque ſupremum Pontificii exercitus Imperatorem conſtituit, pluresque militares Præfectos ex Galliis ſubmiſſos excepit, denique die decima ſexta Julii epiſtolam ad Cæſarem dedit, in qua inter alia ſic ſcripſit: *Deſiſte, Fili, & ad reverentiam Eccleſiæ debitam etiamnum animam tuam revoca: obliviſcemur Nos injuriarum, ac Te tanquam primogenitum Filium diligemus; ſed ſi perſtabis in tanta intemperantia conſilii, abjiciemus Patris clementiam, & in Te, tanquam rebellem filium, excommunicatione & armis, ſi opus fuerit, animadvertemus &c.*

Sæc. XVII. A. C. 1708.

## §. XL.

## *Pontificii belli initia.*

Quamvis Prieus Marchio Cæſaris Legatus, ut hanc controverſiam amica tranſactione dirimeret, Romam veniſſet, atque Imperator novis, minacibusque mandatis præcepiſſet, ne quid usque Pontificiis hoſtile fieret, nihilominus Pontificii Comaclum tam arcte circumcluſerunt, ut fame periiſſet, niſi Ter-

Sæc. XVII. A. C. 1708. Tergeſtini navim annona onuſtam ſubmiſiſſent: inſuper Cæſareas quatuor naves frumentarias ſecundo Pado defluentes, hoſtiliter impetiere, atque ex illis unam non ſine mutua cæde ad Lagoſcurum captivam duxerunt: Paulopoſt ruſtici Argentiani exulum ficariorum manipulo aucti, unacum civibus æris campani ſonitu accitis in Cæſareos irruunt, conſoſſoque Centurione, ac triginta partim cæſis, partim ſauciis ceteros in fugam agunt, eadem clade equeſtrem ſtationem ad Oſtellatam oppreſſuri, niſi tempeſtive cavere juſſis auxilium veniſſet: Poſtea auſta animorum acerbitate omnis ferme populus Ferrariæ in armis erat, & Pontificius Legatus Cardinalis Caſonus, quamvis Urbem ſtrenue quidem defendere juſſus, Cæſareos tamen prior offendere vel aggredi, usque dum pro reſiſtendo foret, prohibitus eſſet, nihilominus, quiquid erat pabulorum, rerumque utilium in Urbem, clauſaque in oppida convehi juſſit, & Ravenatenſem Curſorum Magiſtrum ob proditam Cæſareis urbem Magnavaccam in vincula conjecit: ruſtici etiam ad inſidias inter dumenta latentes, non raro Equites Cæſareos aggreſſi Viſcontiæ Centurionem, publicæ licet ſecuritatis literis munitum, rebus omnibus ſpo-

spoliatum, ac tantum non interfecerunt, tresque Cataphractos immaniter trucidarunt, latiusque propagata furendi libidine integri pagi campano ære ad arma capienda exciti in pabulatores Cæsareos effusi sunt. Sæc. XVII. A. C. 1708.

## §. XLI.

## *Actum de pace inter Papam & Cæsarem.*

Ne vero Cæsarei a Pontificiorum armis inulti lacesserentur, Daunius ex Pedemontanis Alpibus redux, cum suo exercitu in Pontificiam ditionem sese latius diffundere, nil tamen hostiliter agere, sed rem ita moderari jussus est, ne hostem provocare videretur; ipse etiam Imperator Pontifici perscripsit, se a retrahendis a Ducatu Ferrariensi copiis suis paratum esse, dummodo viciſſim Papa polliceretur, se nulli noxæ futurum præsidio, quod Comaclio imposuisset, eoquod hunc comitatum jam a nongentis annis Juris Cæsarei esse, ex investituris per tot Sæcula traditis pateret: Sub idem tempus Cardinales Maresscottus, Carpegna & Pamphilus sese hujus simultatis mediatores offerebant, ac totius Collegii nomine literas ad Cæsarem dederunt, in quibus propensum Pontificis animum *Lambert. Tom. V. pag. 252.*

Sæc. XVII. A. C. 1708.

erga Cæsarem jactitantes, nunquam Clementem intendisse ajebant, jura Cæsaris, si quæ in utrumque Ducatum haberet, lædere, sed duntaxat supremum ejus Dominium per tria sæcula possessum tueri, præcipue, cum Farnesii usque in hanc diem annuum censum Cameræ Apostolicæ numerassent, & Leopoldus Imperator, Parmæ & Placentiæ Ducem Sedis Apostolicæ Vasallum esse declarasset. Postea, sicut antea Pontifex missis ad Lambergum & Saxo-Citiensem Cardinales omnesque Germaniæ Præsules, & Franciæ Regem literis questus erat, ita nunc Cardinales vehementer expostulabant contra Cæsaris edictum, quo sub gravissimis pœnis tam in Neapolis Regno, quam Mediolanensi Ducatu vetitum, ne pecuniæ Romam aliamque ditionis Pontificiæ Urbem ex quavis causa, a quocunque præcipue Mercatoribus & mensariis transmittendæ extraderentur, sed fructus, reditus ac pensiones Ecclesiasticis extra Statum Mediolanensem agentibus debitæ interciperentur, quæ tamen omnia per Cæsaris mandatum revocari petentes rogabant, ut Imperator Pontifici aures, animumque suum aperire, atque in concordiam cum Papa redire dignaretur. Ad hasce Cardinalium literas Cæsar Marchionem Prie-

Prieum rursus Romam ablegabat, quo adventante Pontifex bellicos tractatus cum Hispaniæ & Franciæ Legatis abrumpens, naves nuper interceptas restitui jussit; cumque Pontifex sese ad pacis consilia magis facilem præberet, Marchio præprimis Carolum III. Hispaniæ Regem agnosci petebat; Pontifex vero coacto sæpius desuper Purpuratorum Senatu declaravit, se ad Carolum ablegaturum Sedis Apostolicæ Nuntium unacum epistola, cujus inscriptio esset hæc: *Tibi Carolo Regi Catholico in Hispania*: postulante autem Marchione, ut scriberetur. *Tibi Carolo Regi Hispaniarum Catholico*, & adversus hunc titulum acriter reclamante Uceda Duce Philippi Andegavensis Legato, Pontifex tanquam conciliationis capita a Cæsare petiit. I. Ut is Comalcum cum omnibus ad hunc Comitatum pertinentibus restitueret, II. a Papa absolutionem a Censuris peteret. III. Diploma Pontificium exoraret, ut primarum precum privilegio uti posset. Attamen ad hæc respondit Imperator, se abs consensu Imperii non posse alienare feudum Imperii, prius ergo decidendum esse dubium, cujus hic Comitatus sit. IV. Se nullam censuram incurrisse, proin absolutione non indigere. V. Pleno jure sibi competere jus

Sæc. XVII. A. C. 1708.

Sæc. XVII. A. C. 1708

primarum precum. Igitur Papa Carolum pro Rege agnoscere, & Reginam per Apostolicum Legatum salutare pertinacius tergiversante, conciliationis negotium interruptum est, quocirca Cæsaris copiæ latius sese diffundebant, quas tamen Marsilius toto impetu aggressus, Argenta, Medelia, Ostellata vi ejecit, cæsisque aliquot, & quinquaginta captis ceteros Mutinam, & Comaclum repulit, & Ferrariam, Faventiam, vicinasque urbes communivit. Viciſſim vero Cæsarei pluribus ex Pedemontio, Mantua & Mediolano copiis aucti Lagoscurrum urbem auxigientibus præsidiariis, unacum ingenti commeatu, bellicoque apparatu intercepérunt, mox Bodenum captis mille octingentis præsidiariis occupant, Bononiam Cæsareo præsidio firmant, atque Æmiliam & Umbriam permolestis velitationibus divexantes, cuncta oppida urbesque obsident, totamque Regionem exactionibus exhaurient. Faventinis et am præsidiariis metu ad fugientibus, Ferrariam & Urbini arcem arcte cingentes, omni aditu commeatu interdicunt: cumque Cæsaris exercitus validis copiis e Neapolitano Regno evocatis auctus, jam paucis a Romana Urbe horis distaret, classis Anglo-Batava in Italiæ

consisteret, anxiis curis agitabatur Pontifex, indictisque publicis precibus ac supplicationibus, ne calamitates tempore Caroli V. perpessæ Romanæ urbi rursus impenderent, veritus, tot mala avertere nitebatur. Sæc. XVII. A. C. 1708.

## §. XLII.

## *Pontificis expostulatio cum Cardinale Grimano.*

Quamprimum Cardinalis Grimanus Neapolitani Pro-Regis honore insignis advenerat, rara moderandi prudentia Procerum populique animos sibi mire devinxit, pluraque edicta promulgari jussit, quibus quidem Cæsaris favorem sibi conciliavit, summam tamen Pontificis indignationem incurrit, qui etiam die prima Septembris acerbas hasce literas ad eum dedit: „Ubi „primum Circumspectionem tuam Nea„politani Regni gubernaculis admotam „fuisse inaudivimus, eo nobis potissi„mum nomine gaudendum esse putavi„mus, quod inde rationibus Ecclesiæ „non parum utilitatis accessurum fore „arbitrabamur. Quid enim, Te illius „Regni Administratore, nisi faustum „atque tranquillum polliceri sibi po„tuisset Apostolica Sedes, quæ ob Per„sonam S. R. E. Cardinalis, quam ge- *Epist. Clem. XI. p. 508.*

Sæc. XVII. A. C. 1708

„ris, maximaque etiam beneficia, qui-
„bus Te largissime cumulavit, omnibus
„a Te obsequentis, gratique animi si-
„gnificationibus lætificanda, ab omni
„certe, vel leviſſimæ injuriæ metu li-
„beranda merito videbatur. Verum
„cum post adventum isthuc tuum non
„modo, quæ confusa erant, non com-
„poni, & male usurpata non restitui,
„sed omnia magis indies perturbari non
„sine gravissimo animi nostri mærore
„cognovimus, illud vero inprimis du-
„rum & sane acerbissimum Nobis fuit,
„cum quasdam sæcularis Magistratus
„*Collaterales* nuncupati literas ad illius
„Regni Archiepiscopos & Episcopos
„datas perlegimus, quæ quantum Deo
„invisæ, quantum Ecclesiæ libertati
„injuriosæ, quantumque Catholicis au-
„ribus absonæ censeri debeant, ex eo
„facile deprehendi potest, quod licet
„ex præscripto S. Canonum, ipsiusque
„Tridentini Concilii aperta definitione
„nefas sit sæculari cuilibet Magistratui
„prohibere Ecclesiastico Judici, ne quem
„excommunicet, idipsum nihilominus
„palam, & inverecunde in iisdem lite-
„ris attentatur, prohibendo scilicet, ne
„non sine gravi commination inter-
„dicendo omnibus Ecclesiarum Præla-
„tis, ne per legitimam censurarum de-
„claration tradita sibi divinitus au-
„thori-

Sæc. XVII. A. C. 1708.

„thoritate utantur adversus eos, qui „in exequendo noto nimis edicto jam „pridem a laicali potestate nulliter, & „perperam promulgato, quomodocun„que se ingererent. Quo quidem e„dicto, dum legitimis Possessoribus „extra Regnum Neapolitanum degenti„bus beneficiorum fructus, aliique om„nes Ecclesiastici proventus interci„piuntur, quid aliud agitur, quam „quod ab eadem Tridentina Synodo, „atque Apostolicis in die Cænæ Domini „promulgatis consuetis literis sub ana„themate expresse vetatur, impediendo „nimirum, ne res, bona, jura, fructus „aliave emolumenta Ecclesiarum, seu „cujusvis sæcularis aut Regularis bene„ficii, quæ in Ministrorum, & paupe„rum necessitates converti debent, ab „iis, ad quos jure pertinent, percipian„tur. Iisdem poro literis cum Episco„pis, qui ejusdem Ecclesiasticis San„ctionibus parere, ut omnino debent, „parati forent, perinde agitur, ac si „legum infractores futuri essent, & quie„tis publicæ perturbatores, quodque „deterius est, ac minime tolerandum, „per summam temeritatem iterato asse„ritur violentam adeo, atque ab om„nibus Ecclesiæ legibus damnatam „fructuum Ecclesiasticorum occupatio„nem, veluti religiosam esse, atque in

Sæc. XVII. A. C. 1708.

„majus ipsius Dei servitium potissimum
„cedere, quasi vero Deus iniquitatem
„diligeret, aut aperta sanctissimarum
„legum violatione coleretur. Sane
„cum hujusmodi literas nomine tuo
„subscriptas conspeximus, incredibili
„plane admiratione, & subito quodam
„horrore, paternaque etiam erga Te
„ipsum commiseratione correpti fuimus:
„vidimus enim Te, veluti amplissimæ
„tuæ dignitatis oblitum, immemorem-
„que inter eos S. R. E. Cardinales Te
„specialiter cooptatum, qui Immuni-
„tati & libertati Ecclesiasticæ potis-
„mum custodiendæ advigilare debent,
„minime cogitasse, quam gravibus pœ-
„nis ex S. Canonum, atque Apostoli-
„carum Constitutionum lege obnoxii
„sunt ii, qui ea, quæ tu facis, ag-
„gredi non erubescunt: nec demum
„lacrimis temperare potuimus, cum
„Te, dilecte Fili noster, in eam ut-
„que calamitatem prolapsum esse co-
„gnovimus, ut publicum illud, actre-
„mendum jusjurandum negligere, ve
„potius frangere non trepidaveris, quo
„Te, tuamque fidem Deo O. M. Sacræ
„Romanæ & universali Ecclesiæ, atque
„Nobis, cum Cardinalitio Pileo dona-
„reris, arctis adeo vinculis obstrin-
„xisti. Cum itaque hæc omnia sine
„Pastoralis muneris nostri detrimento,
„ani-

„animæque etiam noſtræ periculo am- Sæc. XVII.
„plius diſſimulare non poſſimus, Te A. C. 1708.
„vehementer in Domino hortamur,
„tibique etiam auctoritate omnipoten-
„tis Dei, SS. Apoſtolorum Petri & Pauli
„ac noſtra, in virtute S. Obedientiæ,
„necnon ſub cenſuris & pœnis omni-
„bus per S. Canones, & Conſtitutiones
„Apoſtolicas, ac præſertim literas in
„die Cænæ legi ſolitas inflictis, aliis-
„que etiam privationis cujuscunque di-
„gnitatis, gradus, & honoris arbitrio
„noſtro infligendis ſeu declarandis ha-
„rum ſerie diſtricte præcipimus, &
„mandamus, ut omnino abſtineas tum
„a procuranda quomodolibet ſive per
„Te ſive per alios præfati edicti, quod
„ſuapte natura perpetuo ac manifeſte
„nullum, irritum, inane, ac nullius
„prorſus roboris & efficaciæ eſt, exe-
„cutione, tum ab impediendo directe
„vel indirecte Archiepiſcopos & Epi-
„ſcopos ſupradictos, quominus contra
„quos propter hujusmodi edictum pro-
„cedendum eſſe cognoverint, Paſtoralis
„ſui muneris partes libere exequantur,
„quemadmodum expreſſe illis, ac ite-
„rato mandavimus. Ceterum has no-
„ſtras literas volumus Tibi per Vene-
„rabilem Fratrem Alexandrum Archi-
„epiſcopum Rhodienſem Nuntium iſt-
„hic noſtrum reddi, eique hoc ſpecia-

Sæc. XVII. A. C. 1708.

„liter juſſimus, & plenam id faciendi „facultatem dedimus, eidem de illa„rum præſentatione Tibi per eum facta „plenam & indubiam fidem habituri, „prout ab Officialibus noſtris, & aliis „quibuscunque haberi volumus & man„damus, ut ad ulteriora, ſuadente ju„ſtitia, procedi valeat. Deum interim „omnipotentem rogamus, ut in tanti „momenti negotio ea Tibi conſilia in„gerat, quæ vero ipſius ſervitio con„gruere, adeoque veræ pariter popu„lorum iſtius Regni felicitati, veræque „Nominis etiam apud homines exiſti„mationi, & quod caput eſt, veræ de„mum, ac æternæ tuæ ſaluti conduce„cere valeant. Agnoſce, dilecte Fili „noſter, dignitatem tuam, & Purpu„ram iſtam, qua Te Apoſtolica Sedes „ornavit, noli probroſis adeo Sacra„rum ejus Conſtitutionum infractioni„bus dehoneſtare: Noli Sanctam Dei „Eccleſiam, quæ Te ad ampliſſimos „honores evexit, & ſedere Te fecit „cum Principibus Populi Dei, ſpretis, „ac temeratis illius juribus contriſtare. „Neque enim eſt, quod hujusmodi in „rebus Principum etiam maximorum „juſſa cauſeris. Tuum quippe eſt, cum „de violandis Eccleſiæ legibus ſpiritu „Dei conditis, & totius mundi reve„rentia conſecratis, adeoque de ipſius

„Dei

„Dei T. O. M. injuria certoque animæ „tuæ periculo agitur: tuum est oppo- „nere murum pro Domo Israel, & ipsis „religiosissimis Principibus, apud quos „pietas, justitia, & veritas aditu carere „non possunt, quæ tuo, quæ ipsorum „muneri congruant, Christiana quidem „humilitate, sed Apostolica simul li- „bertate declarare, Deique una ac eo- „rum causam viriliter agere more Ma- „jorum nostrorum, qui se, dum Ec- „clesiastico charactere insigniti fuerunt, „Dei Ministros effectos esse cognoscen- „tes, & pro Christo legatione se fungi, „ut Apostolus loquitur, quæcunque vera, „quæcunque justa, quæcunque sancta, „supremis etiam sæculi Potestatibus „constanter edicere non dubitarunt, „Deo fidenter ajentes: *loquebar de testi- moniis tuis in conspectu Regum, & non confundebar:* Principibus vero, si quan- „do minus recta præciperent, Sacer- „dotali constantia reponentes illud Apo- „stolicum. *Si justum est in conspectu Dei Vos potius audire, quam Deum, judicate.* „Age igitur, dilecte Fili noster, Pater- „nis hisce vocibus nostris, quibus Te „Dei nomine admonemus, meliora de „Te confidentes, libenter obsequere, „tantaque traditaque Tibi authoritate „non quidem in Ecclesiæ dedecus ac „detrimentum, sed in illius utilitatem „&

Sæc. XVII. A. C. 1708.

Sæc. XVII. A. C. 1708.

„& commodum consultius utere, nec„non strenuos istius Regni Antistites „Sacrificium justitiæ pro Officii sui de„bito sacrificare paratos, quibus sane „in tuendis fortiter ejusdem Ecclesiæ „juribus præire debueras, imitari sal„tem, & sequi non erubescas.„

## §. XLIII.

## *Pax cum Pontifice confecta.*

*Kettel Decad. V. pag. 528. Guarnac. l. c.*

Cum turbida admodum tempestas Romanæ urbi jamjam imminere videretur, admodum propinquæ serenitatis spes affulserat; Darmstadio enim cum peditatu, & Equitum turmis ad Gargilianum flumen sese ostentante, Marchio Prieus plena agendi facultate a Cæsare instructus Orator Romam venit, ac die decima Novembris a summo Pontifice perbenigne admissus, frequens cum eodem colloquium de dirimendis tandem controversiis habuit, pacemque obtineri posse spopondit his conditionibus, ut Pontifex exauctorato milite Cæsareos ad hyberna in Pontificiis admittat Provinciis, Carolum III. Hispaniæ Regem agnoscat, eique feudum Neapolitanum conferat, Cæsareis liberum transitum concedat, & Mutinensi Duci Ferrariæ Ducatum restituat. Cum autem Pontifici hæ conditiones nimis

nimis duræ viderentur, & Ferrariam amittere nollet, pax ſperata evanuit, Cæſareoque exercitu propius Romam recta tendente, & Prieo quintam decimam Januarii diem ſupremum tranſigendi terminum figente, non modo Pontifex, ſed omnes Italiæ Principes ſero nimis fortunam & Cæſaris potentiam metuentes, trepidare cæperunt; præprimis Papa Viennam ablegabat Archiepiſcopum Nazarenum, ut Cæſari rerum veritatem exponeret, ab eodemque graviſſimarum calamitatum ditionis Eccleſiaſticæ populis illatarum ceſſationem expeteret: datis poſtea literis Cæſarem, ejus conjugem, & Imperatricem Viduam die decima ſecunda Decembris rogabat, ut Cæſar hunc Legatum benigne audire, ejusque verbis plenam fidem habere velit. Diu multumque agitatæ fuerant propoſitæ conditiones, & quantumcunque Pontifex ad pacem inclinare videretur, adhuc tamen hærebat ob importunas ſuggeſtiones Tremolii Cardinalis, & Theſſei Mareſcalli a Gallorum Rege Romam ablegati, qui vires Gallicas & fœdus ad bellum proſequendum cum ceteris Italiæ Principibus ſpondebant. Prævaluit tamen majoris mali metus, quo adactus Pontifex die decima quinta Januarii abjecta omni armorum & defenſio-

Sæc. XVII. A. C. 1708.

Sæc. XVII. A. C. 1708. fenlionis ſpe obnitentibus etiam Gallis, in has potiſſimum convenit conditiones. I. Joſephus Imperator, & Carolus III. decreta ab ipſis Mediolani & Neapoli evulgata adverſus Romani Pontificis auctoritatem & Immunitatem Eccleſiaſticam revocarent, Cæſarei vero milites quantocius ex Eccleſiaſtica ditione abirent. II. Papa ſuos milites recens conſcriptos, unacum exteris Ductoribus, & Gallis & Hiſpanis ejus ſtipendia merentibus dimitteret, & nonniſi quinque armatorum millia haberet. III. Libera eſſet Padi navigatio. IV. Recens ſtructa munimenta diruerentur, & captivi necnon belli tormenta utrinque redderentur. V. Mutinenſis Ducis & Comacli controverſia in Imperiali Aulico Senatu dirimeretur, interea vero Urbs a Cæſareo præſidio, libero tamen terra marique commeatu, teneretur. VI. Sex Cæſareis legionibus Pontificia in ditione hyberna, & cibaria a Pontifice adminiſtrarentur. VII. Denique Papa Carolum Archiducem recognoſceret in Hiſpaniæ Regem: Id Pontificem duntaxat præſtitiſſe cenſet Guarnacius, ad normam Conſtitutionis Clementis V. cavens: *Si quem ſummus Pontifex ſub titulo cujuslibet dignitatis nominet, honoret, ſeu tractet, per hoc in dignitate illa ipſum approbare*

*bare non intelligatur.* An per ejusmodi subtilitates publici pacti gravitas, & summi Pontificis honor, integritas & decor salvetur, aliorum judicio relinquimus: Utut sit, id negari haud potest, quod Clemens sua pertinacia, qua potius belli calamitates sustinere, quam Carolo hunc honorem tribuere maluit, mirum sane ingenium ostenderit, dum una ex parte duos Reges de Hispanica successione contendentes ad amicam transactionem inclinandi studium singulare prætulerat, ex altera vero parte unum ex illis duntaxat ut legitimum agnovit, eique nimis addictus, alteri minus æquus exstitit, Patrisque officium relinquens, a cordatorum Pontificum, quibus nulli præ altero favere immota erat Regula, exemplo recessit. Ceterum firmatis utrinque hisce conditionibus tandem hæc dissidia neutri parti proficua, & Carolo Regi, Hispaniæque rebus noxia, nec fœderatis etiam Protestantibus probata, fuere composita.

Sæc. XVII. A. C. 1708.

## §. XLIV.

### *Hujus pacti successus.*

Fuere, qui Papam ob motum hoc bellum inconsiderantiæ, & propter præfestinam pacem intempestivæ timiditatis

*Guarn. vitæ & gest. Pontif.*

Sæc. XVII A. C. 1708

ditatis arguerent: querebantur etiam Angli, eoquod copiis aliorsum distractis Hispaniæ recuperatio pene desperata, totaque belli moles in Angliam devoluta esset. Acerbius adhuc præcipue ob Regios honores Carolo Archiduci decretos Philippus Hispaniæ Rex offensus erat, quocirca Antonium Zondadarium Archiepiscopum Damascenum, & hactenus Apostolicæ Sedis Nuntium e suis Regnis nulla mora expulit, & die trigesima prima Octobris promulgato in Hispaniis edicto suis subditis omnem amicitiæ & cujusvis commercii occasionem cum summo Pontifice Aulaque Romana interdixit, prout etiam jam antea die undecima ejusdem Mensis Molinus Rotæ Auditor & Hispani Regis Romæ Administer affixo in Urbe edicto Hispanis omnibus vetuit, ne ad Papam pro quocunque beneficio Ecclesiastico recurrerent, aut sub quovis obtentu pecunias Pontifici solverent; id vero Pontifex tam iniquo ferebat animo, ut hunc Auditorem suspensione ab omni dignitatis & officii exercitio plecteret, eique omnem actum ad Aulam Romanam occluderet. Insuper Philippus Rex Ucedam Ducem suum in Aula Pontificia Oratorem quamtocius revocavit, jussitque, ut insalutato Papa Roma discederet, Cardinalis quo-

quoque de Judice, qui Romæ Hiſpani Regis negotia procurabat, Genuam ſecedere coactus eſt. Totam vero Cæſareæ indignationis molem ſenſerat Ferdinandus Carolus Mantuæ Dux, qui non modo Clementis Papæ ſuaſu anno priori in Mantuanam civitatem Pontificium militare præſidium receperat, ſed etiam non ſine magno Cæſaris & Imperii Romani præjudicio Caſalin & Guaſtallam Franciæ Regi vendidit, eundemque in ſuum admiſit Ducatum, Cæſarisque ac Imperii partes deſerens, eorum hoſtibus fœdere ſeſe junxit. Eapropter Imperator hac agendi ratione graviter offenſus, vindictam parabat; non deerant etiam Viennæ, qui acerbius in hunc Ducem animadvertendum cenſerent, rati, pertinere ad aſſerendam Cæſarei nominis authoritatem, ut imperiali edicto ſupponatur, ſicque hoc exemplo ceteri a lædenda Majeſtate Cæſarea, quam in ſe gravem experiri poſſent, perpetuo abſterreantur. Equidem Dux ſibi vehementer metuens, omnique prope dignitate, cunctisque juribus exutus, perdemiſſis literis veniam a Cæſare petebat, & Patavium ſecedens per Comitem Vellum Oratorem ſuum Venetorum, Batavorum & Angliæ Reginæ patrocinium, incaſſum licet, implora- Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Sæc. XVIII. A. C. 1708

bat: ſolus Pontifex pro eo Lotharii Moguntini & Trevirenſis Archiepiſcoporum, necnon Palatini Electoris opem auctoritatemque, qua apud Cæſarem valerent, implorabat: verum inſuperhabitis horum precibus Imperator, reſciſſis Feudi a Leopoldo I. confirmati literis Ducem Ducatu ſuo exuit, eumque die trigeſima Junii Aulici Conſilii ſententia a Ratisbonenſibus comitiis approbata Viennæ ſolemni Imperii banno ſubjecit.

## §. XLV.

## *Conjuratio Melitæ per Turcas tentata.*

*Epiſt. Clem. XI. Briet. annal. cont. pag. 126.*

Interea Raymundus de Parellos Magnus Equitum Melitenſium Magiſter ſecretis, certisque literis compererat, Turcas claſſe jam inſtructa ad invadendam Inſulam proxime ſoluturos: Eapropter Raymundus nulla mora quatuor peditum millia conſcribi, munitiones reparari, & frumentum octodecim ex Græcia navibus advehi curavit. Pontifex quoque Franciſco Ferretto Archithalaſſo quatuor triremes probe inſtructas, quadringentos milites una cum quingentis ſclopis majoribus, & magna pulveris nitrati copia ſubmiſit, necnon Marcello Sachetto Melitenſium Oratori militares delectus in ditione Pon-

Pontificia habendi facultatem dedit: nec his contentus, insuper Cosmum Etruriæ Ducem & Genuenses sollicitavit, ut suas quoque triremes, & quicquid opis conferre possent, submittere velint: reipsa etiam Genuenses præter centum aureorum millia mutuo data duas bellicas naves egregie instructas submisere, ac Melitensium Magister, qui primo ex gravissimo morbo convalescere cæperat, exercitum viginti quatuor armatorum milibus validum contraxit: Jamjam ineunte Mense Aprili Turcica classis opinione validior in conspectu Melitæ eo majori audacia apparebat, quo majorem barbari conceperant fiduciam de conspirationis in Insula contextæ successu; quippe Turcæ ad transtra damnati secretis consiliis Melitæ cum Sultano convenerant, ut ad primum Turcicæ classis adventum mox Melitenses præsidiarios & postea Equites, cunctosque Christianos tumultuarie enecarent, hacque ratione Turcis aditum in Insulam patefacerent. Verum tempestive detecta erat horum conjuratio; unde proditoribus in vincula conjectis, adhibitaque omni in rebus curandis diligentia periculum evanuit, necnon Turcica classe retrocedere coacta, Melita, imo universa Italia a justo metu liberata est. Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

## §. XLVI.

## *Periculosa Neapolitanorum conjuratio.*

Cum Comes Daunius adhucdum Neapolis Pro-Rex totum hoc regnum ad Caroli fidem reducere, atque in perdemissa devotione populum conservare niteretur, detecta est conjuratio admodum periculosa; cujus Author præcipuus erat, Thomas Morini patria Genuensis, qui tamen se proditum intelligens, ad ædes Sacras confugit; cum vero Daunius quatuor ejusdem fratres absdubio sceleris conscios crederet, hinc eosdem clam comprehendi jussit, atque apud eos Ascalconii Ducis literas reperit, quibus tota conjurationis series contenta erat: In has igitur nefarii consilii leges coivere conjurati, ut Gallo-Hispani partim per Neapolis Regnum clam dispersi, partim Capuæ captivi nocte ad hoc facinus selecta Urbem invaderent, subjectisque ignibus diriperent, fugatisque Cæsareis militibus summa rerum potirentur. Inisper hæ literæ prodebant præcipuos conspirationis Auctores; quapropter Daunii jussu Ascalonius Dux in Bayana arce, & Bisaccia Dux in Castro-Ovo, ceteri vero eorum ministri Piscarie variis

variis in carceribus arctius includebantur: postea ambo Duces Neapoli Mediolanum abducti, & quidem Ascalonius Piceloni, & Cellamarius in turri arcis Mediolanensis & Bisaccia Dux in arce Fontana in custodiam traditi sunt; captivi vero Capuani, qui nuper Cajetæ in præsidiis collocati erant, Neapolin translati ibidem vinculis innodati fuere, promeritas criminis pœnas daturi: cum autem nuntiatum esset, quod Andegavensis Dux Valentianos & Arragonios, qui Carolo III. adhæserant, in Hispania durius haberet, & Cardinalium eidem addictorum reditus detineret, hinc idem Carolus Archidux præfatos Duces unacum Principe Castiglione Mediolanum transferri, severiorique custodiæ tradi, omniumque Gallis faventium bona ac proventus intercipi jussit, nec merces eorum, uti antea indulserat, Neapoli a vectigalibus immunes esse voluit. Equidem Ludovicus XIV. Franciæ Rex per suos Oratores & Cardinales Romæ apud summum Pontificem, ut interposita ejus auctoritate præfati Duces libertati donati, unacum Atrienſi Duce in Caroli III. gratiam reciperentur, sedulo laborabat, ac insuper per Neapolitanum Sedis Apostolicæ Nuntium deprecabatur, ut Daunius Pro-Rex ca-

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

ptos Proceres saltem mitius haberet, verum hic denuo Regi respondit, illos æquali ratione, qua Gallo-Hispanus Pro-Rex antehac Lopesium, Capacem, Sangrum (*), aliosque habuisset, esse habendos. Præterea Dannius plurium Ducum, Procerumque Gallis adhærentium bona proscripsit, & conspirationem Calabriæ conflatam emissis illuc aliquot legionibus, necnon aliam Neapoli a sutore quodam tempestive detectam feliciter dissipavit, Ducemque Matalonensem, eoquod captivos Gallos clam dimiserit, custodiæ dedit, Gallosque Urbe totoque Regno proscripsit, Papa id ægerrime ferente.

## §. XLVII.

## *Continuatio belli in Hispania.*

*Hode Hist. Lud. l. 58. pag. 31. Kettel. Dec. V. p. 498.*

Hoc item anno ex Germania superiore belli Sedes in Belgium fuit translata; Hannoverano enim Electore exercitus

(*) Carolum Sangrum & Josephum Capacem Philippus Andegavensis Anno 1702. die vigesima tertia Martii, eoquod Cæsareis addicti fuissent, capite plecti jussit, eorum vero cadavera Dannius effossa sub splendido utriusque Cleri, Nobilitatis & militiæ comitatu honorifica, & publica Sepultura jussit nobilitari, decusque & inclytæ hujus familiæ honor utrique restitutus.

citus imperium dimittente, Eugenius Princeps cum triginta armatorum millibus in Belgium contendit, atque ad Audenardam die undecima Julii progressus, post acerrimam duarum horarum dimicationem Gallos in effusam fugam dedit, cæsis eorum quatuor millibus, vulneratis longe pluribus, captisque præter octoginta vexilla septem millibus, quos inter quingenti majorum, minorumque Ordinum Ductores erant. Ex Cæsareis in arena periere mille quingenti, saucii duobus millibus amplius. Pridie Eugenius Bruxellas rediit, promotisque castris Bufflerium, ne quidem expectata summa oppugnatione die octava Septembri ad Insulensis Urbis & die vigesima tertia Octobris etiam ad arcis deditionem, necnon Electorem Bavarum ad solvendam Bruxellensis Urbis obsidionem compulit. Dum vero hæc fervebat obsidio, Galli Gandavum & Brugas die sexta Julii astu cepere, lineisque Isendicensibus transcensis hanc regionem exactionibus late exhausserunt, vicissim vero fœderati cæso Comite de la Motte ex Francia submisso, Gallorum lineas penetrarunt, easque solo æquarunt: Marleburgus quoque trajecta impune Scaldi Gallorum in castris sedem fixit, plurimosque in fuga trucidavit:

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

dávit: Denique Gandavo & Brugis aliisque Gallicis præsidiis feliciter recuperatis, Cæsarei Belgicam hujus anni expeditionem laureati terminarunt, milite in hiberna dimisso.

Nec magis prospero Marte pugnabant Galli in Sabaudia; quippe Victor Amadæus Dux Daunii copiis auctus, ducto per Sebusium in aciem exercitu Exillas, Fenestrellas aliasque Urbes qua deditione qua obsidionis vi Gallis eripuit: Postea fæderati Calaritanam Urbem in Sardinia per biduum globis ferreis verberarunt, eamque unacum integra Sardiniæ Insula, Pro-Rege Gallo in Corsicam fugiente, Caroli Regis imperio subdunt, pari etiam felicitate Stanhopius Anglici exercitus Ductor Minoricam Insulam unacum portu Magonis in ejusdem Regis fidem jurare compulit.

In Hispania vero Aurelianensis Dux die nona Julii Tortosam per integrum Mensem obsessam deditione cepit, quam tamen Urbem Starenbergius Cataloniæ Præfectus recuperare tentabat, ob virium tamen inæqualitatem sua spe & conatu frustratus. Ejusdem Mensis die vigesima quinta Elisabetha Christina Brunvicensis Carolo Regi Viennæ desponsata, postquam per plures hebdomadas classem, qua Genua Barcinonem

nem veheretur, expectaverat, classe Batavo - Anglica Barcinonem deducta, summis honoribus excipiebatur. Demum Atfeldius die decima septima Novembris urbem & arcem Dianiam captis mille præsidiariis, & die tertia Decembris Alonam Philippo Andegavensi subjecit, ita tamen, ut Cæsarei libere & integris belli honoribus exire permitterentur. Sæc. XVIII. A. C. 1708.

## §. XLVIII.

### *Ragotsiani rebelles iterata clade affecti.*

Interim Josephus Imperator de sedandis Hungarorum rebellium motibus semper sollicitus, ad diem vigesimam octavam Februarii Comitia Posonii habenda publicis literis indixit, spe facta, se eorum querelis benignam aurem præbiturum. Ragotsius vero non tantum ad confirmandam, sed etiam per novas injurias proferendam Hungarici Imperii usurpationem intentus, quicquid in propinquo, remotoque populorum erat, aggrediebatur, vulgatoque in publicum edicto omnibus indicta capitis pœna, bonorumque omnium vastatione vetuit, ne Posonium sese ad comitia conferrent; neve liber cuiquam ad ea transitus pateret, vias undique militibus obsedit, *Wagner Hist. Joseph. p. 239.*

Sæc. XVIII. A. C. 1708. sedit, quin etiam quosdam sibi suspectos, carceribus, alios vita mulctavit. Eo facto, plurimorum, quos violavit, odium, quos autem terruit, invidiam in se, curasque concitavit: Cæsarem vero, ut comitia ad decimam Martii diem differret compulit: Interim Viandus Cæsareus Chiliarcha quadringentis rebellium cæsis centum octodecim captos abstraxit, crebrisque velitariis pugnis eos acriter infectatus est: vicissim vero Ocskajus, & Ebeczkius cum valido rebellium agmine Beczkovium contendentes, inferum oppidum direptioni, flammisque dederunt, ab arce tamen necnon Glaviæ obsidio non sine magna suorum cæde repulsi. Majore autem tumultuantium numero se in Austriæ finibus conglomerante, ac Maximiliano Starenbergio Pro-Marescallo prope Tyrnaviam ex insidiis a rebellibus capto, Vienna, Austria & Moravia, nova trepidatione complere cæperant: quippe Ocskajus repulsis Moravani littoris custodibus, ferro in incolas, & ignibus in tecta pro more suo sæviit, vastatisque agris, perruptisque sylvarum concædibus opima spolia e media regione egessit. Hisce calamitatibus, ut obicem poneret Imperator, Guidone Starenbergio in Hispaniam traducto, Heistero Hungaricis bellis provin-

provinciam demandavit, qui promotis ad Brodam castris Uihelinum convolat, ac die tertia quarta Augusti Berecenium Comitem nil minus opinantem obruit, magnamque eidem prædam unacum conjuge aufert. Eadem die haud procul Trenschinio Ragotsium aggressus, fugato prius Equitatu tota mole in peditatum incubuit, turbatisque ordinibus sparsos, incompositosque ingenti cæde prostravit. Cecidere ex rebellibus sex millia, capti plusquam quadringenti unacum quinquaginta vexillis, belli tormentis quatuordecim, cunctisque impedimentis: Instat victor strenue fugienti Equitatui, unde non pauci aut Victoris iram veriti, aut internecini belli tædio impulsi rebellium castra deseruere, imo ipse Ocskajus, aliique Hungariæ Proceres cum nongentorum capitum legione clementiam Cæsaris implorarunt, impetraruntque: Chemnitzium quoque & Schemnizium, pluresque aliæ superioris Hungariæ Urbes ad Cæsaris imperium rediere, infelix vero Ragotsius cum quinque millibus non amplius ad Agriam trepide consistens, in Poloniam secedere simulabat, & Berecenius implorata Stanislai Poloni Regis aliorumque Principum ope pacem exorare videbatur: Heisterus vero Nitriam progressus, die vigesima

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

gesima quinta Augusti hanc urbem deditione ad Cæsaris obsequium revocavit, cunctisque præteritorum oblivionem spopondit, si ante Kalendas Novembres ad fidem redirent; ast rebelles partitis agminibus citimam præcipue Hungariam fæde devastati sunt, cæsisque Rascianis Bezeredium, qui cum sua legione ad Cæsarem transire meditabatur, unacum aliis Tribunis extremo supplicio affecerunt, dispulsisque ac potissimam partem cæsis stationarius Muræ fluvii Insulam, vicinaque loca sæva populatione, incendiis, & deprædationibus funditus exhausere. Interim Heisterus occupatis montanis urbibus Uivarinum tam acriter verberavit, ut Ragotsiani Ladislaum Tolvayum Proto-Notarium, quem olim captum ac nonnisi pane & frigida pastum in durissima custodia quadriennio tenebant, Viennam ablegarent, nuntiarum, quod Ragotsius a pace non abhorreret, dummodo æquæ proponerentur conditiones, nec idem, quod Bohemis, jugum imponeretur Hungaris; verum suspecta erat Ragotsii fides, unde Heisterus Rabavienſi Insula ab hostibus evacuata, copias in hyberna dimisit, & hunc Oratorem ad sua abire jussit.

§. XLIX.

Sæc. XVIII.
A. C. 1708.

## §. XLIX.

## *Infausta Gallorum expeditio pro Jacobo III. in Scotiam transvehendo susceptа.*

Postquam Catholicis potissimam partem ex Anglia, Scotia & Hibernia ejectis Anna Regina suis sollicitationibus & artificiis tantum effecerat, ut Regni successio nonnisi Protestantico Principi assereretur, sectæque libertas a Guilielmo ejus Marito invecta stabiliretur, habito Edini conventu Angliæ regnum cum Scotia unire constituit: Haud exiguæ molis erat hoc negotium, inveterata Scotorum cum Anglis simultate indies magis invalescente: nihilominus totum hujus rei conficiendæ ingenium dictabat improbissima cupiditas, contra quam nequidem patriæ libertatis amor, fideique integritas sat constans, firmaque esse solet. Igitur Anna non ferro, sed auro ad prodigalitatem profuso Scotorum animos expugnavit, & coemptis Procerum suffragiis diu optatam utriusque Regni unionem durissimis etsi legibus effecit: Exaudiebantut propterea acerbæ plurimorum querelæ & indignationes; dolebant cordatiores patriæ defensores, totius Nationis Regnique privi-

*Hode l. c. pag. 28 Theatr. Europ. t. 18. pag. 293. Salmon hist. d'Angl. pag. 594 Rapin cont. t. 12. p. 207.*

Sæc. XVIII. A. C. 1708. privilegia turpi pretio divendita, libertatem omnino everſam. Iſta clanculum principio, mox valentius & pene cum clamoſa rebellione in vulgus ſpargebantur: Accendebant acrius primas litigiorum ſcintillas ſcriptum quoddam a Lokartio Nobili vulgatum, in quo eorum, qui patriam vendiderunt, nomina, aurique ſumma cuilibet data ex ipſis ærarii Regii codicibus deſcripta legebantur: Inde novæ rixæ, clamores diſſoni, mentes averſæ, & tantum non bellum domeſticum, mali commercii peſſimum excrementum: mox ad Franciæ Aulam expediuntur Oratores, qui Jacobum III. hæreditarium Scotiæ Principem in ſuum Regem poſtulantes, ſuppliciter rogarunt, ut Franciæ Rex claſſem quinque ſaltem armatorum millibus, bellicoque apparatu probe inſtructam, quæ Regem ſuum in Scotiam deferret, ſubmittere velit; hunc enim a populo ſummis votis exoptari, ac plusquam trigeſies mille incolas in ejus favorem arma ſumere paratos eſſe, & fortunam, ſanguinemque offerre, alioquin vero nonniſi tria Anglorum millia Scotiæ finibus excubare dicebant, ceteris copiis tam in Belgium quam in Hiſpaniam & Luſitaniam abductis. Hæc temporum rerumque viciſſitudo Franciæ rebus adeo proficua videbatur, ut juſſu

jussu Regis octo majorum, & septuaginta onerariarum navium classis Dunckerkæ & Brestiæ instrueretur, & undecim militum legiones ductore Gace-Matignonio Comite exscensionem Edini in Scotiam tentare juberentur: Igitur Jacobus III. a Ludovico Rege gladio admodum pretioso (quem Gallicum esse meminisset) donatus, atque Regi, Matri, suæque Sorori valedicens die septima Martii ex oppido S. Germani discessit, & nona ejusdem Mensis die Dunckerkam venit. Vix pedem urbi intulerat, cum ex rumore de proximo classis Anglicæ adventu repentina ægritudine obrueretur: ast discessum urgente Ludovico Rege, Jacobus unacum Forbino Architalasso die decima septima præfati Mensis Dunkerka solvit, altoque mari decurrens, nonnisi per quatuor horas secundis usus est flatibus; immutata enim repente maris fide, ac disturbato procellis aere Jacobus propter pertinacem furentium Austrorum violentiam Neoportum rejectus est, ubi usque ad vigesimam Martii diem otiosus substitit: ejusdem vero diei media nocte revulsis anchoris, ventisque propitiis navigatio promovebat, atque Edinum extensis pleno sinu velis contendit: Verum Angli per has moras moniti primo omnes Catholicos Londino,

Sæc XVIII. A. C. 1708.

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

dino, munitisque urbibus ejecerunt, atque in Anglia & Scotia Jacobum, eique adhærentes tanquam publicos Regni hoſtes & patriæ proditores promulgato edicto declararunt, cunctosque ad repellendas Gallorum invaſiones paratos eſſe juſſerunt, Regina etiam naves diverſis in locis parari juſſit, contractoque valido exercitu claſſem quinquaginta navium in Scotiam deſtinavit, & Leveno Comite ad confirmandos Scotorum animos præmiſſo cuncta ad validam defenſionem diſpoſuit. Unde contigit, ut Jacobus Eſonum, uti convenerat, appulſus per ſexdecim horas Scotorum ſuppetias fruſtra præſtolaretur; quinimo eodem ferme temporis momento Archithalaſſus Bingſius cum longe validiore claſſe ſeſe oppoſuit, & Gallicam tam fortiter preſſit, ut non modo eam ab exſcenſione prohiberet, ſed etiam una navi, quam Forbinus anno priori Anglis eripuerat, capta, ceteras aut diſpergeret, aut in fugam ageret. In hac fortunæ malevolentia, & in alium Septentrionalem portum Cromatium rurſus exſcenſione incaſſum tentata, nil reliquum erat, niſi ut ad fallendum hoſtem navigatio verſus Deidonum dirigeretur, mox tamen reflexo curſu Dunkerkam repeteret, quo etiam Jacobus poſt ſuperatam horri-

horridæ tempestatis injuriam tandem die septima Aprilis advenit, non alio tam vasti moliminis emolumento, nisi quod Angli Jacobo faventes & præcipue Catholicos discruciandi novum obtentum exin nanciscerentur, & præterquam quod omnes Gallici Tribuni ac Centuriones nuper in Höchstättensi prælio ab Anglis capti, quibus hucusque libera exeundi potestas erat indulta, indicta gravi pœna Nothingamum reverti juberentur, insuper Catholici ubique armis exuebantur, omnesque milites, qui in capta navi erant, necnon plures Duces, Comites, Nobiles, aliique in carceres conjiciebantur, & Griffonius capite plectebatur: Regina etiam Westmonasterii declarabat, quod omni pœnarum severitate Catholicos, quibus Jacobi molimina imputabat, insectatura, hujusque expeditionis sumptus ex divenditis novorum rebellium ac Religionis Papisticæ defensorum bonis compensatura esset. Denique præcepit, ut pœnæ olim contra Catholicos decretæ in toto Regno executioni darentur. Sæc. XVIII. A. C. 1708.

## §. L.

## *Continuatæ Toggenburgensium turbæ.*

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

*Hotting. Hist. Helvet. lib 8. Kettel Decas V. p. 563.*

Quamvis ad componenda Toggenburgenſium diſſidia plures haberentur conventus, Calviniſtæ tamen excuſſo ſemel Domini ſui territorialis imperio unice eo intenti erant, ut juxta articulos a Bernenſibus præſcriptos ſectam ſuam per Catholicorum oppreſſionem latius extenderent; unde præprimis in inferiori, ut vocant Prætura, etſi numero pauciſſimi eſſent, reluctantibus Catholicis publicum ſuæ ſectæ exercitium invehere moliebantur, & conjuratione inter ſe habita cunctos Catholicos in Glaronenſi pago degentes, in Feſto Purificationis B. V. inopino obruere, ac trucidare decernebant, Præterea in præfata Prætura ſexaginta Glattenſes Calviniſtæ armis præcincti, atque in inſidiis latentes Sacerdotem Catholicum, qui Eccleſiæ fores eis aperire renuerat, lapidibus impetebant, Temploque vi aperto, & ceteris Calviniſtis æris campani ſonitu accitis Sacerdotem in ſuas ædes profugum inſectati, eum multis verberibus, & opprobriis affectum Liechtenſteigam abſtraxerunt, eumque in caupona militibus cuſtoditum: demum exilio mulctarunt, nec hac crudelitate contenti ædituum quoque in ſuo horreo latitantem pluribus plagis confoſſum trucidarunt. Quoniam vero internecini Calviniſta-

viniſtarum tumultus ubique magis & magis indies invaleſcerent, Leodegarius Burgiſſer San - Gallenſis Princeps Toggenburgenſes arces, & S. Joannis ac Magdenavenſe Monaſteria, pontemque Breibacenſem milite & operibus firmari juſſit, ac per ſuos Legatos apud Cantones Catholicos queſtus eſt, quod a Calvinianis & Toggenburgenſibus ſubditis ſuis ſuo Comitatu, jurisdictione, juribus & dominio contra Dei legem, præſtitum juramentum, fidemque vi ſpoliatus eſſet, hique contra legitimum ſuum Dominum arma ſumpſiſſent, tributa impoſuiſſent, Abbatis Miniſtros expuliſſent, ædituum Catholicum trucidaſſent, ac Monaſterium S. Joannis vi armata obſediſſent, ac propria authoritate Liechtenſteigæ conſtituto Senatu tres Catholicos ad mortem damnaſſent &c. Eapropter Princeps San-Gallenſis petiit, ut ſibi inique oppreſſo auxiliares manus præberentur, & rebellibus ejus ſubditis ad debitum obſequium revocatis, deinceps a violentis ejusmodi oppreſſionibus abſtineretur. Verum a Calviniſtis adeo nil æqui, nilque moderati ſperari poterat, ut potius Tigurini & Bernenſes ceterique Calviniſtarum Deputati primo Aravii, & poſtea Tiguri convenientes, miſſis literis Toggios incitarent, ut articulis

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

propositis præcipue illis de sectæ libertate firmiter insisterent. Tum vero Svitienses iniquo ferentes animo, quod Tigurini & Bernenses falcem in alienam messem mitterent, ac sub speciosa patriæ libertatis obtentu unice suam sectam armata vi intrudere quærerent, habito Lucernæ conventu mediationem primo offerebant, qua desperata cum Catholicis Cantonibus reliquis tam horrendæ violentiæ obsistere, ac Religionis in Toggio oppressæ tutelam assumere decrevere: Exactius etiam in tot tumultuum Auctores inquisitum, cumque manifestum esset, quod Josephus Antonius Stadler Senator, atque in hac caussa sæpius Svitiensis Cantonis Legatus, necuon Hellerus & Schorneus hactenus populum Svitiensem adversus Principem & Abbtem S. Galli incitassent, hinc Stadlerus die decima septima Septembris Svitiensium sententia publice carnificis manu capite plexus est, eoquod turbarum Toggenburgensium fuerit acerrimus incentor, contumaciam Toggiorum adversus Dominum suum tum alias, tum per literarum commercium cum Kellero, aliisque foverit, Svitienses plures ad fœdus jeramento firmandum pecunia Toggianâ inductos corruptosque in partes suas traxerit, sex articulos a Tigurinis Abbati

bati propositos, uti & Calvinismum a- Sæc. XVIII.
pud Toggios, hanc sectam Svitii quo- A. C. 1708.
que, si potuisset, absdubio inducturus promoverit, ac propriis denique literis & confessione convictus fuerit tanquam Turbarum Author, falsarius, proditor patriæ & veritatis, a qua libertas & religio dependisset. Eadem die Kellerus infamiæ nota ustus, & Schorneus pecuniaria mulcta castigatus suæ nequitiæ promeritas dederunt pœnas: alii vero Senatores aut officio moti, aut in exilium ejecti sunt.

Postmodum Badenam communis omnium Cantonum congressus indicebatur. Proponuntur ibidem utriusque partis querelæ: Princeps Gallensis Lucernam, Uraniam & Solodurnum: Toggenburgenses vero Tigurum, Bernam & Basileam tanquam Mediatores eligunt. Franciæ etiam Orator, necnon Tautmansdorffius Cæsaris Legatus Toggios Calvinistas serio admonent, ne Abbatem S. R. J. Principem, cui Imperator suum patrocinium obtulisset, læderent, memores, Toggenburgum esse feudum Imperii. Queruntur Abbatis Oratores, a Calvinistis Monasterium S. Mariæ & Magdenavense armata vi occupatum, Ecclesiæ reditus ereptos, Lüthisburgensem arcem violenter captam, totamque religionem

Sæc. XVIII. A. C. 1708. Catholicam ſus deque verſam &c. Exponebant etiam, Toggenburgum Anno 1468. unacum omnibus juribus &c. ad Abbatem tranſiiſſe, & ab eo per ducentos quinquaginta annos quiete poſſeſſum, religionem in eo Statu, quo antiquitus & tempore erecti fœderis provincialis erat, fuiſſe conſervatam. Viciſſim vero Calviniſtæ obtendebant, ſibi jus fœderis, jurisdictionem, ejusque adminiſtrationem, jus collectarum, & militiæ, necnon pœnale jus competere, nec Abbatem unquam in his juribus quiete permanſiſſe, ſed ſemper in eorum poſſeſſione turbatum, proin eum reſtitutionem in integrum petere non poſſe. Nec etiam Mediatores inter ſe convenire poterant, nec Cæſaris ratio a Calviniſtis habita. Equidem Catholici Mediatores Abbati ſupremum dominium atque jurisdictionem publicis literis ac ſigillis firmatam aſſerebant: Verum Calviniſtæ conſtanter privata pacta, fœdera & jura, quibus ſe propria auctoritate ſuo Domino ſubtraxere, opponebant, ac nequidem Mediatorum reſponſa expectantes, Ibergenſem arcem noctu interceperunt, Præfectum unacum ſuis captum abſtrahentes, ſuper Leutiſpurgum & Schwarbachium oppida armata vi occuparunt; & tantæ etiam violentiæ impunitate animati, cuncta

cuncta Monasteria, quæ Abbas ad se- Sæc. XVIII.
curitatem milite firmabat, suis copiis A. C. 1708.
insederunt, cunctosque transitus occluserunt. Die vigesima tertia Martii Imperator denuo Tigurinos & Bernenses admonuit, ut mediatorum sententiam expectantes, ab ejusmodi violentiis abstinerent, secus in Abbatis defensionem Cæsareæ potentiæ vim provocaturi. Verum ad hæc Calvinistæ responderunt, Toggenburgum Helveticæ ditionis, non autem Imperii feudum esse. Interrupto igitur mediationis negotio, primo scriptis & edictis utrinque vulgatis dimicatum est, postea die decima tertia Augusti Toggenburgenses Calvinistæ armis correptis bellum inchoarunt, atque Tigurini non modo Monasterium S. Joannis ejectis Monachis Sangallensibus, & Magdenavienſe Monialium vi armata invaserunt spoliaruntque, sed ipsum etiam Toggenburgum valido milite occuparunt: quapropter Svitienses ac Lucernenses vim opponere coacti, varias urbes interceperunt: Interim Catholici ubique publicis precibus & supplicationibus Dei opem adversus truculentos Religionis oppressores implorabant, & Jacobus Caracciolus Sedis Apostolicæ Nuntius ad confirmandos Orthodoxos nulli pepercit labori, ipsumque Pontificem,

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

ut pecuniarum subsidiis præsto esset, incitavit, Pontifex etiam die vigesima prima Junii datis ad Carolum Cæsarem literis ejus auctoritatem & opem implorans eidem Catholicorum tutelam & patrocinium enixe commendavit, Pagis veroCatholicis magna pecuniarum subsidia transmisit. Sub idem tempus Abbas Tigurinos & Bernenses ad pacis consilium inclinaturus, eis exposuit, se haud satis mirari posse, quod contra subditos, qui sui officii memores ad „pristinam fidem reversi sunt, bellum „movere, ac futiles obtentus quærere „auderent: illum, qui Toggenburgi in„juste opprimitur, testatum reddere, „quod neminem contra leges & statuta „opprimere intendat, non autem eum, „qui suum concivem non alia ex caussa, „nisi quia juratam fidem erga suum Do„minum violare renuit, sicariorum „more invadit„ Catholici quoque quinque Cantones Lucerna, Urania, Svitium, Sub-Sylvania, & Tugium, cum tam inauditas Tigurinorum violentias, usurpationes, hostilitates, iniquasque oppressiones cernerent, die vigesima quarta Aprilis publico scripto querebantur, Tigurinos, cum Mediatores de Toggenburgensium turbis tranquille sopiendis agerent, armata vi invasisse Toggenburgum Catholicum, Turgojam, &

& veterem San - Gallenſem Provinciam, ipſosque Catholicos quinque Cantones hoſtiliter infeſtaſſe, ac proin a Svitienſibus Protectoribus ſe invitatos, vim vi repellere, eſſe coactos: mala autem inde eventura eis minime imputari poſſe declararunt. Eadem adhuc die Tigurini Calviniſtæ quatuor millia peditum & tres turmas equitum cum duodecim belli tormentis Toggenburgo admovent, Toggiisque Calviniſtis junctı, Ductore Rabbolzio, omnia hoſtili graſſatione implent, atque a Zwinglii Proto - Parentis ſui feritate haud degeneres, obvias quasque Catholicorum terras ſtrage, ſanguine, vaſtatione flammaque miſcent. Paulopoſt alia quatuor Tigurinorum millia in Turgojam ſeſe infuderunt, quibus Bernenſes mille quingenti cum duodecim belli tormentis ſeſe jungentes, Catholicos relicto omni apparatu bellico in fugam egerunt. Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Aucto Calviniſtarum numero & furore Princeps San - Gallenſis urbem ſuam neutrarum partium eſſe voluit, eique Monaſterium ſuum in depoſitum commiſit, ipſe vero unacum ſuis Monachis & Officialibus trans Acronium profugit: mox igitur Tigurini hoc Monaſterium ſuis militibus occupant, illudque unacum Principis Palatio pre-

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

tiosis omnibus, ipsis adeo Templi campanis Tigurum avectis spoliant, & nil intactum nec integrum relinquentes pro hoste habent, quem vel Catholicum, vel Abbati propensum crediderant. Equidem Bernensibus altera ex parte imminentibus Catholici fœderati, ut horum cum Tigurinis conjunctionem præpedirent, Badenam, Melingam, Bremgartam, libere Provinciæ intermedias urbes occuparunt, Tiguriniautem Melinga, & Bremgarta recuperatis, Frauenfeldam, Rhenovienſem tractum, Sonnenbergam, Denickenum, Fischingam, & Willam expugnarunt. Tam prospero armorum successu elati, Badenam quoque Urbem admotis bellii machinis verberarunt, atque in Trautmansdorffii Cæsaris Legati, qui tum in urbe præsens aderat, ædes injectis duobus globis ignivomis urbem deditione ceperunt, postea Baumgartam post veritationem Catholicis adversam occuperunt: Quantas vero calamitates, exactiones, atque oppressiones, mala, & injurias tum perpessæ sint Religiosæ Domus, Einsidlæ, Muris, Wettingæ, Rhenavii, prorsus innoxiæ, nec lingua nec calamo exprimi potest. Quamplurima Templa Calviniano furore profanata spoliantur, sacras vestes lacerant milites ad se quisque partem trahentes,

evec-

evertunt Aras, Sanctorumque imagines, ac pretiosæ artis vasa dolabris, & bipennibus cædunt, urbes, & oppida vastant, cunctaque immani crudelitate communi deprædationi exponunt; Barbaram hanc non minus ac sacrilegam vastitatem excusabant Calviniani Magistratus, obtendentes, ea non tam suorum jussu, quam furentis militis rapacitate & insolentia fuisse patrata, perinde acsi Magistratuum jussu hoc bellum contra Catholicos non fuisset motum, aut eis vires ad reprimendam militis insolentiam defuissent, cum validissimas ad opprimendos Catholicos contrahere, eis tam facile fuerit. Interim vero Cantones, qui neutras partes sequebantur, de pace cum Tigurinis acturi convenerunt: quos Pontifex ob singulare eorum progugnandæ fidei studium ac Zelum merita laude prosecutus, hortabatur, ut in pio hoc proposito constantes essent, ac in tractatibus, quos de pace cum Pagis Acatholicis iniri contingeret, facto vel assensu nihil approbarent, quod religioni aut Ecclesiæ ullum etiam minimum damnum afferre posset, dein novis etiam collatis subsidiis, & rursus interpositis apud Catholicos Principes eorum favore enixis officiis, illorum constantiam roborare sategit, Cæsar quo-

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Sæc. XVIII. A. C. 1708

quoque non modo per ſuum apud Helvetos Legatum, ſed etiam propriis literis Poſonio datis ad Tigurinos & Bernenſes, prout etiam ad Comitia Ratisbonenſia & Circulum Suevicum graviter querebatur, Provincias Imperii Principis injuſte invaſas, & ſanguine innocentium ac Catholicorum inundatas, Monaſterium S. Galli, aliaque a militibus obſeſſa & contra omnem æquitatem expilata, antiquiſſimam Bibliothecam direptam, Templa fæde vaſtata, Gazophilacia & ciſtas, in quibus Sacra ſuppellex aſſervabatur, effractas atque direptas, S. Imagines, ipſius etiam Chriſti Domini aliasque ſtatuas ſacrilege confractas, Sacra polluta, Religioſos a Divino cultu prohibitos, eosque ac ipſum Cæſaris Legatum contra jus gentium indigne habitum, eidem ob Badenæ obſidionem abire parato naves ad diſceſſum denegatas, globos igni-vomos in ejus ædes emiſſos, & Subvaſallos Imperii ad homagium adactos, aliosque etiam Imperii Status & ſubditos ſuis juribus & dominiis ſpoliatos, Epiſcopo Conſtantienſi Klingnaviam & Kayſerſtullam urbes ereptas &c. Non commiſſurum ſe, addebat Imperator, ut Toggenburgum, Comitatus & antiquiſſimum Imperii feudum eripiatur Principi Imperii, illudque Cal-

Calviniſtæ, unacum Turgovia, uti in mente conſtitutum haberent, inter ſe dividant, præcipue, cum pactis & fœderibus Helveticis de Anno 1469. 1531, 1599. cautum fuiſſet, ne quis ſtatus cauſſis alterius ſubditorum ſe immiſceat, id tamen a Calviniſtis factum, licet ad eos res Toggenburgicæ nihil pertinerent. Petiit denique Cæſar, ut per arbitros turbæ & lites componerentur, & copiis hoſtilibus abductis Princeps in integrum reſtitueretur. Hæc Imperator, ut Imperii Principibus Ratisbonæ proponeret, Joanni Philippo Cardinali Lambergio ſuo in Comitiis Commiſſario Principali in mandatis dedit. Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Verum Tigurini & Bernenſes his tam parum moti erant, ut majori adhuc ardore bellum proſequerentur; nam ſub mendaci obtentu, quod oppreſſos Toggenburgicos liberare, & Principem San-Gallenſem ad officium redigere compellerentur, Badenam, Rapperſchwilam & Weſenam expugnarunt, in Svitienſium & Lucernenſium terras, etſi eis omnem indemnitatem promiſiſſent, irruperunt, dein per Mortagnium Hollandicum Viennæ Legatum proponere audebant, ad Helvetos pertinere, res Toggenburgicas ordinare, illud non eſſe feudum Imperii, Abbatem ad Imperium

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

perium quicquam contribuere, semper renuisse, solo titulo esse Principem Imperii, sicut alii plures in Helvetia, eum jam dudum Helvetorum opem imploraſſe, & nonnisi Cantones Tigurum, Lucernam, Svitium, & Glaronam tanquam Protectores suos agnovisse, atque per hoc ab omni externa etiam Cæsarea protectione se subtraxisse, redintegrationem bonorum in Helvetia sitorum in Capitulatione Cæsarea esse deletam, Abbatem perpetuo fœdere Gallis conjunctum esse, proin causſam communem passuram, si Bernates suos legiones stipendiis Hollandicis militantes in patriam, applaudentibus Cæsaris hostibus, revocare cogerentur. Verum Imperator hæc omnino vane jactari agnoscens, suo proposito institit, unde in comitiis Ratisbonensibus potiſſimorum suffragiis concluſum, ut Imperator rogaretur, quatenus hasce lites ac tumultus sedare, ac Imperii jura & feuda sarta servare, suasque vires impendere velit, ut bona Principi inique erepta restituerentur &c.

Demum accedentibus Gallici & Sabaudici Legatorum, necnon Cantonum neutrorum studiis tandem effectum, ut Aravii conventus pro ineunda pace instituereturr, ubi etiam in quosdam articulos conventum, quibus tamen ex

Ca-

Catholicis nonnisi Lucernenses & Ura- Sæc. XVIII.
nienses subscripsere, reliqui vero tres A. C. 1708.
Cantones rem nondum ad eam ventum esse necessitatem censebant, ut pacem illam acceptare cogerentur: unde rusticis etiam cujusdam Cantonis obstrepentibus bellum continuatum est, & die vigesima Julii Catholici prope Sinsium inopino impetu Bernensium agmen adorti captis ducentis ceteros non sine clade repulerunt: mox autem Bernenses vicem repensuri, in suis castris Catholicos ferro, flammaque exscindendos esse, proclamarunt, ac die vigesima quinta ejusdem Mensis prope Vilmergam cum Catholicis prælium inierunt: Equidem hi in colliculo positi horrendam globorum tempestatem in hostem detonabant, editaque ingenti strage hæreticos in fugam egerunt: ast cum incautius eos insectarentur, atque ex opportunis castris suis pollecti, in plana descenderent, ab iis inversa fronte strenue dimicantibus devicti, atque in fugam acti sunt.

## §. LI.

## *Pax Aravienſis.*

Tandem die nona & undecima Augusti Aravii anno hujus sæculi duodecimo pax concluſa est, Catholicis admo- *Kettel Dec. VI. p. 692.*

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

admodum pernicioſa, & triginta duobus articulis comprehenſa, quorum potiſſimi, magisque memorandi erant ſequentes. I. Badena, Bremgarta, Mellinga, Tigurinis & Bernatibus cedantur, prout etiam Rappersvilla, ſalvo tamen in his civitatibus jure Glaronenſium, ſalvisque priſtinis harum urbium juribus & privilegiis, necnon religione Catholica & libero illius exercitio. II. Bernain communionem gubernationis Turgojæ, Rhenivallis, & Sargantii aſſumatur, cauſſa vero Toggenburgica ad amicam compoſitionem remittatur. III. Ubi religio mixta eſt, pars utraque pari jure fruatur, & in ſuo exercitio permaneat, majora negotia etiam in religionum controverſiis ad diætas remittantur, per utriusque Religionis arbitros decidenda: cauſſæ Eccleſiaſticæ Catholicorum, uti matrimoniales, & ad cultum & Eccleſiæ diſciplinam, ſpectantes, coram Judice Eccleſiaſtico ſine cognitione Gubernatoris; & Proteſtantium coram Tigurino Judice pertractentur. IV. Neutra pars ad alterius cæremonias, proceſſiones, ritus, feſta &c. teneatur: nec ulli liceat ea impedire aut ludibrio habere. Gubernatores tamen & ſubditi jurent juxta ritum ſuæ Religionis. V. Ubi Templum utrique religioni eſt commune,

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

mune, illa altera in die Dominica in æstate ad horam usque octavam, in hyeme usque ad nonam utatur, altera postmodum: intra hebdomadam vero Ecclesia utrique parti libere pateat ad suas functiones, Baptisterium quoque & cæmeterium quælibet pars suum habeat. VI. Utrilibet fas sit novum Templum suis sumptibus pro se erigere, ita tamen, ut ad id Templum, quod utrique parti commune fuit, jus amittat: sique pars altera suo ære vellet Templum ampliare, id liceat, ita tamen, quin interim alterutra pars a suo exercitio, vel sacristiæ aut Altarium usu præpediatur: liceat quoque Protestantibus ad aliud vicinum suæ sectæ Templum pro majori commodo exire. VII. Ubi sola Protestantium religio exercetur, soli bona Ecclesiæ administrent, ubi vero mixta, & bona Templi nondum sunt divisa, dividantur, nullaque pars alteri postea quicquam contribuere teneatur. Collatores beneficiorum, quæ Tigurinæ Synodo sunt incorporata, ex tribus sibi præsentatis unum eligant, de bonis tamen, ab Ecclesiasticis, relictis, in communibus Præfecturis nihil detrahatur. VIII. Emendetur Rhenivallense Mandatum etiam circa Res ad religionem spectantes. IX. Abolita

Sæc. XVIII. A. C. 1708. Pace publica Anno 1531. erecta subrogetur hæc pax. In Turgovia, Rhenivalle, & Comitatu Sargantino officiales sint mixti, aut alternent. Pupillis Tutores suæ Religionis dentur. Justitia sine Religionis discrimine omnibus administretur. Exteri non assumantur in cives in Præfecturis communibus sine consensu omnium Cantonum ibi gubernantium. X. Si bellum oritur inter Cantones, communes Provinciæ neutras partes sequantur, nullaque munimenta in iis construantur sine consensu omnium, quorum interest; ad mortem condemnati nullo modo ad immutandam religionem compellantur. XI. Convitia in & extra Ecclesias, scripto vel oretenus cunctis Ecclesiasticis & laicis interdicta sint, & altera religio *Catholica*, altera vero *Evangelica* ubique appelletur. XII. Quoad justitiam, hæreditates, successiones, utriusque sit par & æqua conditio. XIII. In diætis, ubi tam profanæ, quam Religionis causæ pertractentur, duo sint Protocollistæ, alter Catholicus, alter ex Protestantibus.

Ex hoc pacisendi modo manifeste apparet genium Protestantium, qui exorto dissidio inter se & Catholicos in turbido piscantes, quamprimum viribus prævalent, non modo urbes & oppi-

oppida Catholicis deprædari, vaſtare & eripere, ſed ſuam quoque ſectam armata vi, aut extortis pactis invehere, cunctaque ad ingenium ſectæ ſuæ invertere moliuntur: econtra autem, quando Catholici vel pugillum terræ occupant, aut more priſtino in locis præſertim mixtis vivere volunt, tunc ſtatim altum clamant, gravamina accumulant, cælum & terram & acharonta movent, fœdera opemque potentiorum implorant, ſocios undique convocant, atque innumeros in ſacris & civilibus obices ponunt: Sic quoque Helveti Calviniſtæ, poſtquam in Vilmergano prælio per Catholicorum diſcordiam, & ruſticorum inſolentiam victores exſtiterunt, quatuor omnino urbes & diſtrictus plures, etſi octo antiquioribus Cantonibus fuerint communes, aut ad Catholicos ſpectaſſent, ſubtraxerunt, atque his in locis bona Eccleſiaſtica hactenus a ſolis Catholicis percepta diviſerunt, ſuæque ſectæ exercitium latius extenderunt: Ab ejusmodi violentis uſurpationibus abſtinuerunt Catholici Cantones, etſi Sæculo XVI. & XVII. inſignes de Proteſtantibus victorias retuliſſent, cuncta enim eis in integrum reſtituerunt, nihilque illis per pacem ademerunt. Econtrario Calviniſtæ hanc ipſam pacem

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

pro suo arbitrio interpretantes, in quamplurimis urbibus non modo in Senatum & officia majori etiam numero Protestantes intruserunt, sed etiam in Sacra grassati, Ecclesiasticos fructibus spoliarunt, eaque suis Prædicantibus attribuerunt, Episcopum Constantiensem jurisdictione sua tam sacra quam temporali privarunt, etsi ea antiquissimi juris ac quietæ possessionis titulo potitus esset.

## §. LII.

## *Summi Pontificis querelæ contra hanc pacem.*

*Epist. Clem. XI. p.* 1715.

Quamprimum summo Pontifici innotuerat, quod Lucernenses, invitis ac reluctantibus ceteris quatuor Cantonibus, iniquas hujus pacis conditiones suo assensu probarint, mox die decima quinta Julii acerbas hasce ad eos dedit literas: „Statim ac renuntiatæ „Nobis fuerunt iniquæ, indecoræ, ac „prorsus intolerandæ pacis conditiones, „quas vobis, cæterisque Catholicis „Pagis, Bernenses, & Tigurini præ„scribere meditantur, non intimo tan„tum, ac plane acerbo dolore, sed „summo etiam horrore perfusi sumus, „non modicum tamen afflicto cordi nos„tro solatium ex eo comparatum est, „quod

„quod quatuor ex eisdem Catholicis Sæc. XVIII.
„pagis, videlicet Urania, Sub-Silvania, A. C. 1708.
„Svitium, & Tugium, juſtiſſima incenſi
„indignatione, & quo par eſt, Ortho-
„doxæ Religionis conſervandæ Zelo
„ducti, prædictas conditiones omnino
„rejecerint, & niſi omnia priſtinum in
„ſtatum reſtituantur, pio, magnani-
„moque conſilio belli aleam tentare de-
„creverint, parati, quodcunque rerum
„ſuarum, libertatis etiam, ac vitæ di-
„ſcrimen ſubire potius, quam leges
„accipere, quibus ullum ſanctæ fidei
„detrimentum etiam minimum infera-
„tur. Mirati vehementer ſummus,
„quod vos, quos ea deliberatione cæ-
„teris exemplo præire maxime decuiſ-
„ſet, non modo, ut audivimus, frigide
„rem egeritis, ſed quod longe deterius
„eſt, falſo pacis nomine decepti ad
„prædictas conditiones accipiendas vos
„admodum propenſos oſtenderitis.
„Quamobrem pro Apoſtolicæ ſervitutis
„officio ab omnipotenti Deo nobis,
„quamvis indignis, commiſſo conſcien-
„tiæ noſtræ, ea, qua poſſumus, ra-
„tione ſatisfacere cupientes, præter-
„mittere nullo modo debemus, quin
„vos iterum his noſtris literis paterna
„charitate, &, quo majori poſſumus,
„animi ſtudio moneamus, ut in ejus-
„modi tractatibus quam diligentiſſime

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

„attendatis, quid agatur. Ubi enim de „pace in eas impias, ac plane duriſſi„mas conditiones conveniatur, quid „pagis Catholicis ipſa pace deterius, „aut periculoſius unquam accidere pot„eſt? qua confecta primum quidem „Orthodoxæ religioni, quod maximum „accipere poteſt, vulnus infligitur: de„inde Reipublicæ veſtræ dignitati & „exiſtimationi turpiſſima ignominiæ la„bes aſpergitur: poſtremo Catholicis „plurima, magnique momenti oppida „per ſummam injuriam ac injuſtitiam „eripiuntur, infeſtiſſimis hoſtibus ad „majora mala vobis inferenda aditus „aperitur, ac ipſa omnium veſtrum „libertas, & ſalus manifeſtum in diſcri„men adducitur. Quibus quidem au„dendis rebus, etiamſi illis voluntas „deeſſet, tamen Deus juſto providen„tiæ ſuæ judicio eam ipſis mentem im„mittet, ut hac maxime ratione neg„lectæ ſuæ Religionis pœnas ab his, „qui eam neglexerant, expoſcat. Quo„circa vos rurſus hortamur, ac per „Deum omnipotentem obteſtamur, ut „memores antiquæ pietatis, ac exi„miæ virtutis Majorum veſtrorum, qui „pro Religionis cauſſa toties glorioſum „ſanguinem effuderunt, divinaque opes „inſignes de hoſtibus victorias retule„runt: memores Charitatis, quam pa„triæ,

„triæ, liberis, & vobismetipsis præstare „tenemini: memores demum officii, „quod Deo, Ecclesiæ & Orthodoxæ fi- „dei debetis, ejusmodi de pace consi- „lia, & tractationes, nisi æquæ, ac „justæ conditiones proponantur, om- „nino disturbare, ac disjicere satagatis, „mutuaque cum reliquis pagis Catho- „licis voluntatum, ac studiorum con- „sensione, ea omnia diligenter patetis, „quæ retundendæ adversariorum au- „daciæ, ac iis, quæ temere hactenus „innovata sunt, in integrum restituen- „dis necessaria videbuntur, in primis „autem quam sedulo caveatis, ne facto, „vel assensu vestro præjudicium aliquod, „quamvis minimum, religioni, & Ec- „clesiæ inferatur, eorumque jura quo- „vis contempto periculo, constanti a- „lacrique animo defendatis, in eo fi- „duciam vestram reponentes, cujus „detera invenitur super omnes, qui il- „lum oderunt. Nos porro quibuscun- „que possumus, temporalibus, ac spi- „ritualibus auxiliis, novis etiam offi- „ciis apud Catholicos Principes, stre- „nue vobis adsumus, & adesse nun- „quam desinemus, quemadmodum a „venerabili Fratre Jacobo Archiepi- „scopo Ephesino nostro, & hujus sanctæ „Sedis Nuntio coram uberius intelli- „getis, dilecti filii, quibus interea Apo- „stoli-

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

„ſtolicam benedictionem peramanter „impertimur. Datum Romæ apud „ſanctam Mariam Majorem ſub annulo „piſcatoris, die 15. Julii 1712. Pontifi„catus noſtri Anno duodecimo.„

Verum Lucernenſes ad haſce Papæ literas reſponderunt, quod immerito ignaviæ, ac damni religioni Catholicæ illati accuſarentur, infauſtus autem primi prælii ſucceſſus immoderato militum ardori, alterius vero plebis indomitæ petulantiæ, ac prædandi libidini imputandus eſſet, aliunde vero ipſi pecuniarum inopia preſſi, a Nuntio Apoſtolico præter amplas promiſſiones nihil receperint, & quinque Catholici Pagi hoſtibus ſuis inferiores fuerint, proin amarum calicem hujus pacis licet inviti, bibere cogantur, teſtatam tamen univerſo orbi facerent obedientiam ſuam erga S. Sedem & amorem ſuum erga patriam, impenſe rogantes, ut Pontifex ex locupletioribus ſuæ ditionis Monaſteriis, & vacaturis beneficiis ad ſupplendum ærarii ſui defectum, & compenſandas expenſas & defendendam religionem Catholicam annuorum proventuum portionem ad ſexennium indulgere velit; dein totius mali culpam in Caracciolum Apoſtolicum Nuntium rejicientes, eum Romam revocari petierunt.

Inte-

Interim vero Pontifex rursus Caroli Imperatoris & Ludovici Galliarum Regis Zelum & pietatem vehementer incitabat, ut celerem opem Catholicis Pagis ferrent, ne hi iniquas pacis conditiones ab Acatholicis propositas accipere compellantur: Gallicis quoque Cardinalibus Estræo, Noallio, Forbino & Rohano sicut & Saxo-Citiensi & Episcopo Sedunensi hoc negotium impensius commendabat, denique ad Pagos Catholicos Friburgi, Soloduri & Abbatiscellæ hanc in rem ita perscripsit: „Magnum Helveticæ Catho„licæ dedecus, majus publicæ illius „libertati periculum, maximum vero „Orthodoxæ religioni, & Ecclesiæ de„trimentum allaturæ, profecto sunt „iniquæ pacis conditiones, quas Ber„nenses, & Tigurini, prosperis rerum „succesſibus in superbiam elati, pa„gis Catholicis secum contendentibus, „quemadmodum vobis satis perspectum „fore non ambigimus, nunc maxime „constituere moliuntur, quod probe „intelligentes pagi Uraniæ, Subsilva„niæ, Svitii, & Tugii easdem nefa„rias conditiones penitus respuerunt, „ac nisi omnia attentata pristinum in „statum reponantur, pio, magnanimo„que consilio belli aleam tentare de„creverunt, parati quodcunque rerum

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

„ſuarum, libertatis etiam, ac vitæ di-
„ſcrimen ſubire potius, quam leges ac-
„cipere, quibus ullum quantumvis mi-
„nimum ſanctæ fidei, & Eccleſiæ di-
„ſpendium, vel incommodum affera-
„tur. Quamobrem eosdem pagos, me-
„ritis in Domino proſequimur laudibus,
„ac ut ſuſceptum conſilium piis, Ca-
„tholicisque viris maxime dignum exe-
„qui ſtrenue poſſint, non modo illis
„ea omnia, quæ nobis permittuntur,
„temporalia, ac ſpiritualia ſubſidia li-
„benti prorſus animo ſuppeditamus,
„& ſuppeditaturi perpetuo ſumus, gra-
„viſſimisque præterea officiis Catholi-
„cos Principes ad validam ac celerem
„ipſis opem ferendam invitamus. Ve-
„rum etiam pagum Lucernæ, qui ad
„amplectendas memoratas duriſſi-
„mas conditiones propenſior videbatur,
„ab ea cogitatione revocare ſatagimus,
„ac ut prædictorum pagorum ſaluta-
„rem deliberationem ſequatur, inita-
„que cum ipſis tum animorum, tum
„etiam virium ſocietate commune pe-
„riculum communibus Studiis, atque
„conatibus propulſandum curet, quam
„enixe, ac vehementer hortamur, iis-
„dem porro rationibus modo a vobis
„petimus, ac etiam atque etiam peti-
„mus, dilecti Filii, ut ejusdem peri-
„culi gravitate, & magnitudine ſerio

„per-

„perpensa, studia, consilia, viresque „vestras cum ante dictis pagis quam „celerrime conjungatis, & mutua vo- „luntatum consensione, firmaque fidu- „cia in eo reposita, qui in se sperantes „confundi non patitur, justissimam hanc, „& necessariam caussam fortiter agatis, „usque quo ab adversariis vel omnia „pristinum in statum restituantur, vel „saltem æquiores conditiones, nullum- „que in primis Catholicæ fidei & Ec- „clesiæ detrimentum allaturæ propo- „nantur. Cæterum eam de perspecta „pietate ac prudentia vestra gerimus „opinionem, ut minime necessarium „existimemus, vos pluribus incendere, „ac urgere ad ea alacriter & strenue „præstanda, quæ nedum Dei honorem, „& Catholici cultus indemnitatem, sed „communem etiam omnium vestrum „existimationem, libertatem atque sa- „lutem respicere satis constat, & pater- „næ nostræ charitatis testem Apostoli- „cam benedictionem vobis, dilecti Filii „peramanter impertimur.„

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

## §. LIII.

## *Literæ ejusdem Pontificis ad Abbatem Principem S. Galli.*

Ubi vero Pontifici innotuit, Leodegarium Abbatem & Principem S. Galli

*Epist. Clem. XI. p. 1706.*

Sæc. XVIII A. C. 1708

Galli suo Monasterio omnibusque suis ditionibus ab Acatholicis per summum nefas fuisse spoliatum, die vigesima quinta Junii has ad eum dedit literas: „Ingentem profecto doloris atque cu„rarum materiem nobis præbuerant ea, „quæ antehac venerabilis Frater Jaco„bus Archiepiscopus Ephesinus noster, „& hujus sanctæ Sedis apud helvetios „Nuntius, tum de misera, ac deplo„randa pagorum Catholicorum condi„tione, tum etiam de periculis Ortho„doxæ religioni impendentibus fuse „nobis significaverat. Mærori tamen „sollicitudini nostræ cumulus prope„modum accessit, ubi ex tuis literis, „quas sine lacrymis perlegere nequivi„mus, a Tigurinis, & Bernensibus „copiis necnon a Toggiensis comitatus „rebellibus nuperrime ipsum etiam mo„nasterium sancti Galli cum universo „territorio, & locis ei subjectis repen„tino incursu, apertaque vi occupatum „fuisse percepimus, simulque Catholi„corum militum Duces per summam „perfidiam interemptos, Monachos om„nes in fugam & exilium compulsos, „expilatam Ecclesiam, direptum mo„nasterium, divina officia intermissa, & „Orthodoxam fidem ab illis partibus „pene exterminatam audivimus, eo „itaque, quo par est, incensi Zelo oc-

„cur-

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

„currendi tot, tantisque rei Catholicæ „detrimentis, quam ſummum in di„ſcrimen adductam conſpicimus, ne„dum eam pecuniæ vim, quam notæ „nimium Apoſtolici ærarii anguſtiæ per„miſerunt, per manus præfati Nuntii „noſtri memoratis Pagis Catholicis ſine „cunctatione ſuppeditavimus, ut ea in „præſentibus neceſſitatibus utantur: „Verum etiam eosdem Pagos Paſtora„libus monitis vehementer excitare „non prætermiſimus, ut forti, ſtrenuo„que animo propriæ libertatis, ſanctæ„que Religionis cauſſam agant, ac „mutuam inprimis, & in hoc rerum „ſtatu ſi unquam alias, maximo ne„ceſſariam animorum, conſiliorumque „concordiam foveant. Graviſſimis præ„terea officiis Chariſſimos in Chriſto „Filios noſtros Carolum in Imperato„rem Electum, ac Regem Chriſtianiſ„ſimum hortati ſumus, ut conjunctis „ſtudiis Eterodoxorum conatus & au„daciam coercere velint, ac vi & præ„ſtantia auctoritatis, qua pollent, om„nia in priſtinum ſtatum quamprimum „reſtitui curent, quemadmodum ex li„teris noſtris ea de re tum ad ipſos „Imperatorem, ac Regem Chriſtianiſ„ſimum, tum etiam ad Pagos Catho„licos datis, quarum exempla hiſce „adjuncta Tibi reddentur, uberius in„telli-

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

„telliges. Urgebimus hoc idem argumentum eodem charitatis, ac Zeli „fervore, quamdiu res expoſcet, ac „quemadmodum hactenus temporalibus ſubſidiis ſpiritualia adjicere non „negleximus, ita illa in poſterum non „intermittemus, quatenus Deus O. M. „mittat auxilium de Sancto, ac veræ „Religionis, ejusque Cultorum cauſſam tueri dignetur. Illud idcirco Tibi, „tuisque Monachis interea curandum „eſſe ducimus, ut aſſiduis, enixisque „precibus, Sacrificiis, aliisque Chriſtianæ pietatiso peribus, Divinam vobis „opem conciliare ſatagatis, quæ potens eſt ſuſcitare de lapidibus Filios „Abrahæ, ac eorum contumaciam & „ſuperbiam conterere, quorum impetu „Sancta ſua conculcata ſunt, & contaminata, & Sacerdotes ſui facti ſunt „in luctum, & humilitatem. Quod enim aliis temporibus factum eſſe novimus, idem noſtris quoque contingere poſſe non dubitamus, ut ſcilicet „Eccleſia, quæ hæreticorum invaleſcente perſecutione pene oppreſſa fuit, „Domino dein cum ea ſignum in bonum faciente, in antiquæ felicitatis „ſtatum ita redierit, ut in eo incrementum acceperit, in quo viſa fuerat „detrimentum pertuliſſe &c.„

Cete-

Ceterum hujus Principis, eoquod in pace Aravienſi non fuiſſet comprehenſus, Monaſterium & bona Calviniſtæ per quinque adhuc annos uſurparunt, & in verba ſua adegerunt, atque in exequenda pace Catholicis majora adhuc damna intulerunt, ut poſtea referremus. Interim tota hæc controverſia ſic usque ad annum hujus ſæculi decimum ſeptimum hæſit, ac digniſſimus hic Princeps quinquennale exilium, acerbiſſimasque vexationes ab Acatholicis ſuſtinere coactus eſt, non ſine maxima ſui nominis gloria, & æterna Calvinianæ ſectæ igponimia, & indelebili inhumanæ crudelitatis nota. Sæc. XVIII. A. C. 1708.

## §. LIV.

## *Clementis XI. Papæ Conſtitutiones & epiſtolæ ad diverſos.*

Cum hoc anno Eccleſiæ pax, & fidelium quies per crebros diſſidentium animorum conflictus, pernicioſa Acatholicorum molimina, & proximos armorum ſtrepitus plurimum turbaretur, hinc ſupremi Paſtoris vigilantia ad omnes caſus intenta erat, & ubi ob virium inpotentiam præſentaneis malis efficaciore remedio occurrere non poterat, ſaltem decreta, preces & monita oppo- *Bull. magn. part. 1. Conſt. Clem. 36. pag. 64.*

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

oppoſuit: præprimis ergo Pontifex exortam in Polonia controverſiam componere ſtatuit; cum enim Gnesnenſis Metropolitana Eccleſia vacaret, & Pontifex Stanislaum Szembeckium Epiſcopum Uladislavienſem ad hanc Eccleſiam transferret, Uladislavienſi autem Conſtantinum Szianiawskium præficeret, mox uterque Epiſcopus poſt captam harum Eccleſiarum poſſeſſionem ſuos in illis officiales conſtituit, nihilominus quidam ex Proceribus, cujus nomen tamen Papa reticet, armorum violentia fretus, literis ad Gnesnenſes Canonicos datis Szembeckium Archiepiſcopum Metropoliticæ Eccleſiæ uſurpatorem nominans, Adminiſtratorem bonorum præfatæ Eccleſiæ ex eorum gremio eligi petiit, eisque Regiam indignationem minitatus injunxit, ut omnes proventus Eccleſiæ Gnesnenſis tamquam vacantis cuidam Capitaneo a se nominato tradi curarent, pro auctoranda totius patriæ militia erogandos. Canonicis obtemperare recuſantibus & ipſo Jurio Sedis Apoſtolicæ Nuntio reclamante, militaribus copiis inſtructus, Gnesnam contendit, & miſſo Legato ad præfatam urbem, a Canonicis petiit, ut Officiali, quem Archiepiſcopus conſtituerat, amoto regimen dictæ Eccleſiæ, & bonorum adminiſtrationem ipſimet

ipſimet ſuſciperent, ſecus hanc Eccle- Sæc. XVIII.
ſiam & bona funditus evertenda fore. A. C. 1708.
His minis territi Canonici (declarata tamen obedientia erga S Sedem) reluctantibus nonnullis Adminiſtratorem die tertia Octobris elegerunt Joannem Cluzenscki Epiſopum Gratianopolitanum, cujus etiam electionem copiis adhuc urbem circumſidentibus die vigeſima prima ejusdem Menſis ratam habuere. Eadem quoque violentia Adelbertus Ignatius Bardzinski in Adminiſtratorem Eccleſiæ Uladislavienſis electus eſt: Verum Pontifex utriusque Electionem, tanquam Eccleſiaſticæ libertati contrariam cum omnibus inde ſecuturis die quarta Februarii reprobavit, prohibuitque, ne recens electi Adminiſtratores ſeſe in præfatarum Eccleſiarum regimen ingererent. Denique omnes fautores, vel auxilium conſiliumque præſtantes excommunicationis ſoli Pontifici reſervatæ pœna perſtrinxit. Inſuper die ſexta Decembris decrevit, ut feſtum Conceptionis B. V. M. Immaculatæ de præcepto ubique obſervetur.

Poſtquam vero Sueciæ Rex compoſitis cum Cæſare controverſiis in Poloniam rediit, primo Stanislaum Regem in ſuo ſolio firmare, & poſtea Moſcoviæ Ducem pariter Regno exuere

Sæc. XVIII. A. C. 1708. ſtatuit, utque primi conſilii ſucceſſum obtineret, Stanislaum ad indicenda Regni comitia induxit, ut minus plenæ ac legitimæ ſuæ electioni major vis & robur unanimi Nobilium ſuffragio accederet: poſt inutilem tamen aliquot hebdomadarum moram comitia in nihilum abiere, & Sueciæ Rex poſt anceps cum Moſcis prælium bina clade protritus eſt: nihilominus Pontifex, quamprimum de hiſce Regni comitiis notitiam habuit, veritus, ne in illis hæretici Eccleſiæ Romanæ jura aggredi, & Catholicos ſupplantare tentarent, Archiepiſcopos & Epiſcopos, necnon Senatores & Equites datis literis die decima quarta Januarii impenſe rogabat, ut in hiſce comitiis Acatholicorum dolis & conatibus obſiſtant, Sedisque Apoſtolicæ jura ſtrenue tueantur.

Nuntiatum quoque erat Pontifici, quod in ditione Bergenſi ac Juliacenſi, atque in aliis Electoris Palatini locis Conſilium Eccleſiaſticum, quod tamen potiſſimum ex laicis conſtabat, Düſſeldorpii aliquot abhinc annis creatum, non ſine libertatis Eccleſiaſticæ & Epiſcopalis Ordinis damno in Colonienſi & Leodienſi Diæceſibus, Eccleſiaſticos in jus coram Judicibus laicis ſub multis pecuniariis vocarit, illos etiam & eorum

rum bona oneribus impositis gravet, exactiones ab eis exigat, sibique potestatem arroget cognoscendi de caussis Ecclesiasticis etiam beneficialibus, & procedendi jus sibi vindicet contra quoscunque Regulares & exemptos interdicta illis appellatione, ac denique acriter in eos animadvertendi, si se hujusmodi judicii mandatis subtrahant. Insuper etiam sibi attribuat jus visitandi Ecclesias, corrigendi excessus, constituendi laicos ad inquirendas Ecclesiasticæ administrationis rationes, atque examinandi jam a Synodo approbatos animarum Pastores &c. Eapropter Pontifex ab eodem Electore enixe flagitabat, ut præfatum Consilium ab attingendis Ecclesiasticis ac spiritualibus rebus abstinere jubeat, & læsa Ecclesiæ jura resarciri curet: cum vero Calvinistæ Plurii & Clavennæ in Helvetia sub gravibus pœnis Syndicis injunxissent, ut quamprimum eis traderent omnia documenta ad Hospitale S. Casiani pertinentia, hinc Pontifex, veritus, ne Calvinistæ pia hæc loca pro suo more Catholicis & Ecclesiasticæ auctoritati subtrahant, die vigesima octava Januarii Curiensem Episcopum excitavit, ut ejusmodi conatibus Acatholicorum strenue obsisteret. Cum Armeni schismatici & hæretici præci-

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

pue Conſtantinopoli continuis inſidiis & calumniis apud impios Judices Ottomanicos extremam Catholicis perniciem & damna inferrent, & nonnulli metu mortis territi ad ſchismaticorum caſtra tranſiiſſent, re comperta Pontifex die decima octava Februarii Marchionem de Ferriol Gallici Regis in Urbe Conſtantinopolitana Oratorem dilaudato ejus pro Catholicis Zelo & ſtudiis, rogabat, quatenus in acta Cosmæ Sacerdotis Catholici Armeni, qui coram Turcis & hæreticis veritatis teſtimonium palam protulit, & in confeſſione veræ fidei martyrium ſubiit, diligenter inquirat, ut ejus conſtantia Armenis fidei deſertoribus opponi poſſet.

Communis quoque rumor ſerpebat, quod ditiones & proventus ad Hildeſienſem Epiſcopatum ſpectantes Duci Hannoverano in pignus ſint tradendi pro ingenti pecuniæ ſumma, quam ipſemet ad perferendos belli ſumptus Cæſari ſe mutuo daturum pollicebatur, id cum Pontifex intelligeret, grave ſcandalum, ſi Eccleſiæ bona Principi Acatholico in uſus profanos traderentur, oriri, Eccleſiam turpi ſervituti ſubjici, injuriam & contemptum Eccleſiaſticæ dignitati ac religioni inferri ratus, ab hoc pacto Cæſarem & Canonicos abſterrere nitebatur, hancque in

in rem die vigesima quinta Februarii ad Imperatricem Viduam, Cardinales Lambergium, & Saxo-Citiensem, & ad Electores Moguntinum, Trevirensem, & Palatinum, necnon ad Inghilbertum Biscoff Cæsaris Confessarium literas dedit, simulque Canonicos de implorata horum ope certiores reddidit. Jam anno priori die duodecima Aprilis Pontifex Ludovicum XIV. Franciæ Regem monuit, ut quæ tam in Parisiensi quam in aliis Gallicæ Provinciæ Conventibus Fratrum Eremitarum Discalceatorum Ordinis S. Augustini laica authoritate statuissent, & quosdam suis officiis neque admissa appellatione contra S. Canonum & Ordinis statuta amoveri præcepisset, abrogaret, non quod recto dicti Ordinis regimini non congruerent, sed *quia Laicis etsi Protectoribus de Ecclesiasticis caussis authoritate propria cognoscere non licet*, sed collapsa disciplina vel per Ordinis Superiores, vel authoritate Sedis Apostolicæ restauranda esset, idem quoque Pontifex hoc etiam anno die tertia Martii a Rege petebat. Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Sub idem tempus Sacerdos quidam Bruxellensis nomine Guilielmus Vandenesse Parochus Ecclesiæ ad S. Catharinam judicio ac sententiæ in caussa mere Ecclesiastica ab Humberto Mechlinienſi Archiepiscopo lata reluctari

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

audebat, & Conſtitutioni Pontificiæ nuper contra Janſenii errores ſubſcribere, palam & pertinaciter renuebat, hinc idem Archiepiſcopus poſt iterata monita huic contumaci Sacerdoti poteſtatem clavium interdixit. Hic vero ut has pœnas eluderet, Senatus Brabantini auxilium imploravit, a quo etiam decretum fuit promulgatum, ac publicis in locis affixum, vi cujus Archiepiſcopo, ut ſuas literas *monitoriales* irritaret, injunctum, ſimulque omnibus tam Eccleſiaſticis quam laicis ſub pœnis, quibus publicæ pacis perturbatores puniri ſolent, præceptum, ut cenſuris ibidem interminatis nullatenus obediant, easque nullius roboris eſſe reputent: Poſtquam vero id ad aures ſummi Pontificis pervenerat, ipſe datis die tertia Martii ad Archiepiſcopum literis eundem laudavit, quod præfatum Sacerdotem ad præſtandam debitam Eccleſiæ obedientiam ſalutaribus monitis adducere conatus ſit, quibus tamen incaſſum tentatis Archiepiſcopum excitavit, ut extrema adhibiturus remedia in contumacem *diſtricto ſpirituali mucrone* ſæviret, eumque Eccleſiaſticis cenſuris innodatum declararet. Hunc in finem Pontifex die vigeſima nona Martii S. Romanæ Inquiſitionis decretum, quo Brabantini Conſilii edictum

dictum damnatur, nullumque declaratur, typis excusum ad præfatum Archiepiscopum transmisit, illudque Romæ die decima Aprilis consuetis in locis affigi jussit, Cæsarisque patrocinium die septima ejusdem Mensis per literas imploravit, eo fine, ut præfati Consilii audacia cohiberi, & salva Archiepiscopi dignitate, immunitati Ecclesiasticæ illata damna resarciri juberet: idem a Cardinalibus Lambergio & Saxo-Citiensi, Moguntino Archiepiscopo & Episcopo Osnabrugensi, necnon Electore Palatino petebat. Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Sub idem tempus Augustus Poloniæ Rex Dresdæ prope suum Palatium in commodum Catholicorum Ecclesiam erexit, hocque anno ibidem P. Carolus Mauritius Vota Jesuita primum Sacrum celebravit, gaudium vero inde conceptum Papa die vigesima octava Aprilis Principi Egoni de Fürstenberg, qui pro eodem Rege Saxoniæ regimini præerat, datis literis testabatur, cui etiam enixe commendabat, ut præfati Regis Filium in Catholica religione institui curaret.

Perscripserat Romam die octava Julii Anno 1704. ex Calamba Thomas de Endaya in Insulis Philippinis supremus castrorum Præfectus, quod Cardinalem de Tournon ibidem exceperit, quo-

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

circa Pontifex hoc anno, quo ejus literas receperat, die trigesima Junii eundem promeritis laudibus prosequebatur, eoquod præfatum Cardinalem, & Apostolicos Missionarios omnibus humanitatis & amoris significationibus honorasset: paulopost a Maigroto Cononensi Episcopo Pontifex literas ex Civitate Gallois in Hibernia die *quarta* Maij anni prioris scriptas recepit, quibus idem suum ex Sinarum Imperio in Europam adventum significabat: gratulabatur quidem hunc Præsulem in Gallias incolumem esse reversum, moleste tamen ferebat, quod ea, quæ Sinicæ Missionis statum concernunt, parcius tetigisset, ea persuasione, quod Tournonius jam omnia fusius descripserit, cum tamen Papa ultra biennium nullas ab eo literas recepisset, aliunde autem plurimum vereretur, ne *remotissimi illius gregis tranquillitas interiisset, & Evangelicæ veritati dilatandæ via non parum fuisset obstructa.* Præterea Pontifex Colonienſis Diæcesis Visitatorem Apostolicum constituit Joannem Baptistam de Bussi Tarsensem Archiepiscopum Nuntium Apostolicum, & Lothario Archiepiscopo Moguntino ob senium & cumulatas quotidie curas Coadjutorem in administranda Bambergensi Ecclesia cum futura successione dare statuit,

ſtatuit, ſuumque propoſitum tam præ- Sæc. XVIII.
fato Archiepiſcopo, quam Bamber- A. C. 1708.
genſibus Canonicis aperuit; cum vero Imperator Ratisbonæ, Coloniæ & Leodii ſubmoto Vicario generali, quem Epiſcopi nominarunt, alium Canonicum, exquiſito tamen prius conſenſu Cæſarei Adminiſtri eligi poſtulaſſet, Pontifex jura Epiſcoporum & Sedis Apoſtolicæ priorem electionem confirmantis violari ratus, Ratisbonenſes Canonicos, eoquod huic petitioni obſtiterint, laudavit, ceteros vero hortabatur, ne cederent, cum omnes ejusmodi Vicarii actus forent nulli.

Non ſine lætitia Pontifex comperat, Eberhardum Ludovicum Wirtenbergicum Ducem de ejuranda hæreſi & amplectenda fide Catholica cogitare, eapropter die quarta Auguſti Moguntinum, Trevirenſem & Palatinum S. R. J. Electores, necnon Monaſterienſem, Herbipolenſem, Baſileenſem, & Conſtantienſem Epiſcopos, Abbatem Principem S. Galli & Cantones Helveticos urgebat, ut tam ſalutare conſilium ad exitum perduci, & impedimenta ſubmoveri adlaborarent. Denique die duodecima Martii Mauritium a S. Thereſia Carmelitam Excalceatum ob vitæ puritatem, probitatem & morum honeſtatem ac Catholicæ Religio-

Sæc XVIII A. C. 1708.

nis Zelum, & virtutum multiplicium dona celeberrimum Anastasiopolitanæ apud infideles Ecclesiæ Episcopum & Vicarium Apostolicum in Indiis Orientalibus constituit.

## §. LV.

## *Diversæ SS. Congregationum decisiones.*

*Bull. part. 2. pag. 254. Decis. SS. Congr. Rit. Concil. Episc. &c.*

Præter plurima decreta, quæ hoc anno a S. Congregationibus emanarunt, Cardinalis Carpegna summi Pontificis Vicarius Generalis die secunda Aprilis vetuit, ne Judæi famulis Christianis utantur, nec in Christianorum, minus Sacerdotum ædibus in diebus Dominicis & festis laborent, nec Christianis vendant aut donent suum panem Azymum: Idem quoque die duodecima Decembris statuit quod Moniales, quamvis non teneantur Confessariis extraordinariis confiteri, se tamen illis sistere obstringantur, ut *monita salutis recipiant, & actum subjectionis exerceant*, eisque S. Congregatio Regularium prohibuit, ne occasione officiorum, v. g. Sacristæ &c. ullas expensas proprio earum nomine faciant, suisque Parentibus propterea molestæ accidant. Censuit quoque S. Rituum Congregatio die decima quinta Martii, Vica-

Vicario Generali dandas esse Candelas, Cineres, & Palmas ante omnes dignitates: quando autem ad Parochos Cathedralium & Collegiatarum, qui sunt primæ dignitates vel membra earumdem, spectat per turnum Missam Conventualem canere diebus Dominicis & festis, teneri eos curare, ut alia Missa celebretur proprio suo ære pro Parochianis, singulis quoque diebus canendam esse Missam Conventualem in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis: Die autem decima nona Maij S. Concilii Congregatio declaravit, quod Carmelitæ non possint in diebus rogationum accedere ad Processiones sine cappis albis, nec in solo numero duorum Religiosorum, Cruce præcedente: nec etiam possint sine licentia Ordinarii pro suis Confraternitatibus exponere Sanctissimum occasione Novenæ SS. Natalis & quadraginta horarum in diebus sibi bene visis, aut pro privata eorum devotione: accedente tamen Parochi licentia possint benedicere Sponsos, mulieres post partum, febres cum reliquia S. Alberti, & petita licet non obtenta, Parochi licentia extra propria claustra processionem habere occasione festi B. V. M. de monte Carmelo. Oriebantur etiam dubia occasione cujusdam Testamenti, vi cujus testator dispoſuit,

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Sæc. XVIII. A. C 1708.

ſpoſuit, ut Confraternitas SS. Roſarii ſit omnium bonorum hæres, ea lege, ut in Eccleſia Parochiali Sacerdos ſæcularis pro Teſtatore, aliisque ſuæ familiæ defunctis intra hebdomadam tria Sacra celebret in perpetuum, & omnibus Divinis officiis ibidem peragendis aſſiſtat. Quærebatur igitur I. an hic Sacerdos per ſeipſum has Miſſas *celebrare* II. & an per ſubſtitutum *divinis functionibus* aſſiſtere valeat: ad hæc die decima ſexta Novembris S. Epiſcoporum Cougregatio reſpondit ad primum negando, ad ſecundum affirmando, addendo, quod electio Capellani pro celebrandis Miſſis in Sacello in Eccleſia Regularium erecto pertineat ad hæredes Teſtatoris, non autem ad Regulares.

## §. LVI.

## *Diæceſanæ Synodi Monaſterienſis decreta.*

*Concil. Germ. t.* 10. *pag.* 371.

Celebrabat rurſus hoc anno Franciſcus Arnoldus Metternichius Monaſterienſis Epiſcopus ſuam Synodum Diæceſanam, in qua die duodecima Martii inter alia prohibitum, ne Parochi levi ex cauſſa *poſt meridiem*, atque in *ædibus privatis* Baptizent, vel Matrimoniis aſſiſtant: præceptum quoque

que, ut denuntiationes ad minimum intra duorum dierum intervallum fierent. Pariter aliam idem Episcopus Synodum habuit die duodecima Octobris, ubi severe inhibuit, ne inposterum Matrimonia sine præmissis denuntiationibus in domibus privatis aut alibi extra Ecclesiam coram Parocho per dolum ad assistendum allecto aut etiam invito contrahantur. Sæc. XVIII. A. C. 1708.

## §. LVII.

## *Tournonius Cardinalis & Missionarii Sinensium ritibus adversantes diversimode vexati.*

Postquam omnes Viri Apostolici, qui prohibitos Sinensium ritus sequi sibi religioni ducebant, ex Macaonensi Urbe in exilium amandati fuerant, Turnonii Patriarchæ hostes eum, eique adhærentes omni molestiarum genere afficere certabant; cum autem hic per P. Joannem Astudiglionem Dominicanum, qui apud Patriarcham moratus, Interpretis munere fungebatur, cum Mandarinis & Sinensibus libere versandi occasionem haberet, ut eum ab hujus Patris consortio avellerent, nil intentatum inausumque reliquere, quod tamen nonnisi Mense Aprili per Vincentium Rosa Macaonensis Urbis Procura-

*Relat. Jes. Gall. ad P. Fouquet Relat. de la Chin. p.* 314.

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

curatorem effecerunt. Ut vero eundem Lusitano Regi magis offensum redderent, missis, iisque creberrimis literis eum juratum Regis, nationisque Lusitanæ hostem eo unice intentum esse spargebant, ut cunctis Lusitanis Macao, totoque Sinarum Imperio ejectis, Gallos, & fors etiam Anglos, Batavosque introduceret. Huic vero calumniæ, cum Regem minus faciles aures præbere intelligerent, aliunde autem probe scirent, illum pro sua erga Sedem Apostolicam observantia nunquam passurum, ut ejus subditi Cardinalem Patriarcham in vinculis captum custodirent, eapropter aut fingebant, aut ea, qua apud Imperatorem valebant auctoritate, edictum hoc anno die septima Januarii extorquebant, quo Imperator Patriarcham, ne fuga elaberetur, arctius custodiri, Cantonensi Præsidi ac Pro-Regi præcepit, simulque Missionariis, qui Regiis literis muniti essent, epistolas, aliasque res ad Jesuitas in Aula degentes transmittendi facultatem dedit: hoc edictum P. Provana Ulysiponam ad Regem detulit; ejus tamen falsitas satis luculenter patuit; nunquam enim Patriarcha fugam meditabatur, aliunde autem ex hoc Regno nunquam nisi Mensibus, Decembri, Januario & Februario

bruario navigandi occasio datur, cur ergo Patriarcha reliquo toto anni tempore, cur, per integrum semestre ante hoc edictum tam arcte fuit custoditus, cur Mandarini alias in exequendis Imperatorum mandatis promptissimi non per seipsos, sed per Lusitanos Patriarcham custodierunt? nempe ipsis haud incognitum erat, hoc edictum aut dolose extortum, aut omnino confictum esse: Utut sit, id certum est, quod Lusitaniæ Rex Patriarcham in libertatem asseri, teste Cardinale de Comitibus, Goano Pro-Regi in mandatis dederit, nil ergo Patriarchæ hostibus magis expeditum occurrerat, quam ejusmodi edictum opponere, ne Patriarcha libertati redditus, summo Pontifici & Regi de Sinicis rebus, & hostium suorum machinationibus referre posset, & Pontifex comperta Turnonii captivitate ab ipso Imperatore decreta ad permittendos ritus damnatos tandem adigeretur, ne, si eos tolerare detrectaret, majora adhuc mala, & fors ipsamet mors ejus Legato inferretur. Verum his nondum contenti erant, sed insuper aliud edictum a primogenito Imperatoris Filio die decima octava Februarii impetrarunt, quo omne commercium Mandarinis & Herveo Sacerdoti cum Patriarcha interdictum, injunctumque cunctis

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

cunctis Missionariis, ut si Regium diploma petituri Aulam accederent, a P. Ozorio Jesuita literas afferrent, quibus hic de eorum opinione circa Sinenses ritus testaretur, secus ab Aulæ accessu arcerentur. Præterea Macaonensis Urbis Procuratorem, ut omnes Sinenses a Patriarchæ ædibus abesse juberet, urgebant, simulque Imperatorem, quatenus decretum exeunte Anno 1706. circa ritus contra ceteros Missionarios editum in supremo rituum Tribunali confirmari, atque in toto Imperio promulgari juberet, flexis genibus, profusisque lacrimis rogabant, asserentes, se ab ejus clementia petere hanc gratiam, quæ cælo sublimior, terra amplior, & omnibus hucusque favoribus receptis major foret. Cessit eorum votis Imperator, confectoque ejusmodi edicto præcepit, ut omnes Missionarii, qui Regiis literis non essent muniti, ex Imperio ejicerentur, ceteri autem a nemine molestarentur. Igitur omnes Sacerdotes sæculares, necnon Patres Augustiniani unacum P. Visdelou Jesuita, qui ritus Sinenses acriter impugnabat, e Regno ejiciuntur. Burghesius Patriarchæ Medicus custodiæ datur, Appianus catenis onustus ad varia tribunalia raptatur, & coram innumera hominum omnis generis multi-

multitudine coram Imperatoris Filio genua flectere jussus, ab eo duris his verbis exceptus est: „Ut morti trada- „ris, ab Imperatore petii, & quidem „I. quia apud Patriarcham Turnonium „interpretem agere ausus es, II. quia „tu æque ac Cononensis Episcopus tur- „bas excitasti, III. quia de Sinensium „ritibus contumelioſe locutus es. Im- „perator tamen attento Religioso Statu, „quem profiteris, tibi vitæ gratiam „fecit.„ Nihilominus ad Jesuitarum Gallicæ Nationis Templum abduci jussus, inde in quadam Officina inclusus est, quin ei vel scribendi, vel alios de misera sua conditione certiores reddendi facultas data esset: Tres etiam PP. Franciscani, qui in Sinis adhuc morati sunt, carceribus, variisque ærumnis castigati, atque eorum Ecclesiis solo æquatis, duo illorum famuli publice loris flagrisque excruciati sunt. Sæc. XVIII. A. C. 1708.

## §. LVIII.

## *Principum atque Illustrium obitus.*

Hic quoque annus multorum Principum vitæ exitialis exstitit, quos inter Georgius Daniæ Regis Filius Annæ Stuartæ Anglorum Reginæ & Jacobi II. protrusi Regis Filiæ maritus

Sæc. XVIII. A. C. 1708

die octava Octobris anno ætatis quinquageſimo quinto deceſſit. Obiere etiam die vigeſima ſexta Martii Chriſtianus Henricus Brandeburgo-Culmbacenſis Marchio, & die decima tertia Maij etiam Fridericus Ludovicus Marchio Brandeburgicus Pruſſiæ Regis ex Filio Nepos, quem pari mortis neceſſitate ſequebatur Otto de la Bourde ex Monacho Benedictino Banthenſi in Franconia Epiſcopus Gurcenſis in Carinthia, Leopoldi Imperatoris Conſiliarius. Die autem vigeſima tertia Aprilis Fridericus Haſſo-Homburgenſis, qui Anno 1697. ejurato Lutheri commento ad Romanæ Eccleſiæ gremium reverſus eſt, & decima tertia Octobris Fridericus Haſſo-Darmſtadienſis Princeps mortalitatem exuere, & poſtremus quidem in Polonia in prælio Lævenhauptenſi trucidatus. Eandem æternitatis viam die vigeſima tertia Aprilis ingreſſi ſunt Chriſtianus Auguſtus Sulbacenſis Palatinus Comes, ac die duodecima Maij Adolphus Fridericus II. Megalopolitanus Dux, necnon die trigeſima Junii Chriſtianus Eberhardus Friſiæ Princeps, & die undecima Octobris Luodvicus Carolus Sleſvico-Holſatus Dux. Denique die quinta Julii Venetiis ſeu ut alii volunt, Patavii diem obiit extremum Ferdinan-

dinandus Carolus Mantuæ Dux, quem nonnulli immodico Cæsareæ proscriptionis terrore perculsum occubuisse, alii autem funesti hujus decreti adhuc ignarum decessisse scribunt. Ceterum Princeps erat, utpote improlis, rerum suarum toto vitæ suæ tempore incurius, qui sibi venditionis titulo Casalis arcem & urbem eripi passus, insuper se suasque ditiones Gallorum arbitrio permisit, ac propterea a Cæsare Marchionatu suo, quem Carolus V. Anno 1530. in Ducatum erexit, exutus est. Denique die tertia Novembris decessit Elias a S. Alberto Episcopus Haspahanensis ex Ord. FF. Carmelitarum Excalceatorum, corporis incorruptione, aliisque eximiæ Sanctitatis signis clarus. Sæc. XVIII. A. C. 1708.

## §. LIX.

## *Quorumdam Scriptorum Catholicorum decessus & opera.*

Ex Scriptoribus Ecclesiasticis hoc anno obiere. I. Franciscus de Maucroix Rhemensis Canonicus, qui ibidem die nona Aprilis defunctus posteris reliquit Homilias S. Chrysostomi ad populum Antiochenum, Historiam schismatis Anglici Gallice redditam, vitas Cardinalium Poli & Campeggii, La- *Histor. Lexic. Univ.*

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

ctantium de morte perſecutorum, Homilias Aſterii, præter opera poſthuma, exegetica & poetica. II. Claudius Le Vert Cluniacenſis Monachus ſcripſit Explicationes ſimplices, literales & Hiſtoricas cæremoniarum Eccleſiæ, Epiſtolam ad Jurieum Calviniſtam de ritibus Miſſæ & Regulam S. Benedicti Gallice verſam. III. Antonius Beaugendre Benedictinus ex Congr. S. Mauri edidit vitas Hildeberti Turonenſis Archipræſulis, Marbodi Epiſcopi Rhedonenſis, & Benigni Joli Sacerdotis præter Hildeberti epiſtolas in Gallicum idioma verſas. IV. Abraham Amelot de Houſſaye typis vulgavit Hiſtoriam de regimine Veneto, annotationes in Epiſtolas Oſſati Cardinalis, doctrinam moralem Taciti, Principem Machiavellum, tractatum de adulatione, collectionem tractatuum pacis, pluraque alia. V. Michael Gourdin Benedictinus ex præfata Congregatione edidit librum, cui titulus: *Principis Guilielmi Egonis Landgratii Fürſtenbergii Archiepiſcopi Electoris Colonienſis Legati violenta abductio, & injuſta detentio.*

§. LX.

Sæc. XVIII. A. C. 1708.

## §. LX.

## *Acatholicorum Scriptorum lucubrationes & fata.*

His subjungimus ex Scriptoribus Acatholicis nonnullos, ex quibus primo loco occurrit Conradus Samuel Schurzfleisch, qui varias Disputationes Historico-Civiles & Academicas, necnon epistolas arcanas, Historici & antiquarii argumenta, aliaque edidit. II. Isac Jaquelot scripsit dissertationem de existentia Dei, tractatum contra Bayleum sub titulo: Conformitas fidei cum ratione, præter alia. III. Antonius Dale prælo subjecit tractatus de oraculis, de idololatria, de Aristea, & dissertationes in antiquas inscriptiones. IV. Joannes Henricus Rahn posteris reliquit triginta tomos Manuscriptorum Historico-Politico-Helveticorum, tomos quatuor Historiæ Helveticæ usque ad Annum 1701. & Historicam Helvetiæ descriptionem. V. Christianus Weise edidit Nucleum Ethicæ, quæstiones ex Ethica & ex Theologia Morali, Bellaria juventutis, & nonnulla alia. VI. Joannes Mauritius Polzius elucubravit vitam Christi, Chronicon Hungariæ, Germaniam regnantem, opus creationis primæ diei,

*Mem. des Hom. Illust. pag. 349. Nouv. de la Rep. des Lettr.*

Sæc. XVIII. A. C. 1708

originem festorum, &c. VII. Hermanus Witsius publici juris fecit exercitationes in Symbolum Apostolicum, tractatus de efficacia Baptismi, de œconomia fœderum Dei & cum hominibus, Judæam Christianizantem circa principia fidei, diatriben de VII. epistolarum Apocalypticarum sensu historico & Prophetico, præter Miscellanea sacra. VIII. Joannes Nicolai vulgavit tractatus de ritu antiquo & hodierno Bachanaliorum, de triumphis Romanorum, de sepulcris Hebræorum, de luctu Græcorum, de juramentis, de substratione vestium, de usu & abusu calcarium, & chirothecarum, de nimbis Deorum capitibus adjectis, præter Antiquitates Ecclesiasticas.

*Epista-*

Ad Pag. 201.

# *Epistola Cæsaris ad Marleburgum.*

Nobilissime,

care *Cognate ac Princeps!*

Hos honorum titulos non sine magna animi lætitia literis nostris præfigimus; considerantes enim vetustissimam juxta ac illustrissimam, nobilissimamque prosapiam tuam, ac præprimis egregia prorsus obsequia Augustæ Domui nostræ, totique Imperio Romano præstita, Te nostrorum ac Imperii Principum Albo inferrere statuimus. Non minus æquitas, quam tua merita a nobis exegere, ut te ad maximam Imperii dignitatem elevaremus, simulque publico testimonio coram Universo orbe testaremur, quantum Nos, totumque Imperium non modo Illustrissimæ Reginæ Magnæ Britanniæ, sed & Tibi debeamus, eo potissimum nomine, quod nostris, Imperiique rebus ob propudiosam Bavari Electoris defectionem in pejora ruentibus, Majestas sua in Bavariam, atque in Sueviam usque Te Ductore validissimum exercitum submittere dignata sit, cujus fortitudine res non minus fortiter quam sapienter eo dirigebantur, ut non modo testes publici, sed præsertim omnes mei milites, qui præcipui erant mei fæderati, tuarumque victoriarum socii tuo imperio, tuo consi-

consilio, ac intrepido Anglici exercitus cunctorumque, qui Te Duce pugnabant, animo ac fortitudini attribuant. Victoriarum, & præcipue contra Gallos, Bavarosque Höchstadii reportatæ gloria adeo excellens, nullique æquiparanda est, ut jure dici valeat, quod pluribus retro sæculis Francia tam immanem non sit passa cladem, proin merito Nobis polliceri possimus, noxia hostium nostrorum consilia non modo eversa esse, sed & universam Germaniam excidio suo admodum vicinam & vix non totam Europam metu liberatam esse. Speramus insuper pretiosam Christianæ Reipublicæ libertatem contra Gallorum, qui cuncta suis pedibus subjicere moliuntur, violentiam ac Tyrannidem suo tempore in tuto collocandam, & quoniam nobis certo persuasum est, te sine cunctatione ad tam glorioſum opus omnes impensurum vires, nil aliud nobis supereſt, nisi ut ad hæc consilia prosperum auguraremur successum, palam profitentes, nullam nos prætermissuros occasionem, qua Tibi luculentiora adhuc sinceræ gratitudinis nostræ testimonia, quantum in nobis erit, exhibere poterimus.

INDEX

# INDEX
## TOMI LXVII.

### A.

*Abissini* Romanæ Ecclesiæ reconciliantur, 106.
*Alexander* Wormatiensis Episcopus Neuhusanam Præturam recuperat, 582.
*Alexandrinus* Patriarcha se ad reconciliationem propensum exhibet, 132.
*Anastasiis* de Philippus Surrentinus Archiepiscopus immunitatem Ecclesiasticam tuetur, 571. propterea vexatur & urbe expellitur, 572. 574.
*Andegavensis* Dux Philippus, dictus Hispaniæ Rex, in Hispania victor, 444. ob Regis titulum Carolo Archiduci assertum indignatur de Papa, 704.
*Anna* Angliæ Regina Cæsari opem fert, 196.
*Apamiensis* Ecclesia ob Regaliam desolatur, 57.
*Appellationes* ad Nuntios Pontificios reprobantur, 430. 649.

*Appiani* Ludovicus Turnonii Legati Interpres, quod prohibitos Sinenſium ritus reprobaret, male habetur, 483. 539. in exilium detruditur, 539.

*Aquaviva* Franciſcus a Clemente XI. Papa Cardinalium Collegio adſcribitur, 402.

*Araviensis* pax in cauſſa Toggenburgenſium, 735. ejus articuli, 736.

*Arco* Comes a Tyrolenſibus ruſticis glande trajicitur, 118.

*Arco* Comes Philippus ob Briſaccum nimis mature deditum Bragantiæ capite plectitur, 119.

*Arquien* Henricus Cardinalis, ejus fata & obitus, 619.

*Arvieux* Laurentius, ejus opera & obitus, 66.

*Aſylum* a Papa reſtringitur, 634.

*Auguſtinus* a Nativitate Goanus Archiepiſcopus Turnonio Legato Apoſtolico obſiſtit, 318. ejus jurisdictionem non agnoſcit, 319. a Papa propterea increpatur, 319. Miſſionarios contra eum incitat, 467. acriter a ſummo Pontifice redarguitur, 467. Turnonium pro Legato Apoſtolico haberi prohibet, 532. vehementer a Papa carpitur, 533.

*Auguſtus* Poloniæ Rex incaſſum diſſidia componere ſatagit, 125. a Suecorum Rege vnxatur, 126. ejus exauctoratio promovetur, 201. ipſe rebelles caſtigat, 202. defuncti Regis Filios captos detinet,

net, 203. eos libertati reddere, a Papa rogatur, 204. Varſaviam occupat, & Stanislao faventes propellit, 209. a Sueco cæditur, 210. Papæ auctoritatem libellis famoſis laceratam vindicat, 290. a Suecis profligatus Regnum abdicare cogitur, 462. Dresdæ Sacellum pro Catholicis erigit, 759.

B.

*Badenſis* Conventus in cauſſa Toggenburgenſi, 725.

*Badovaro* Joannes Albertus a Clemente XI. Papa Cardinalium Albo inſeritur, 401.

*Baillietus* Joannes Adrianus, ejus libri typis editi & obitus, 510.

*Barbarigo* Marcus Antonius Cardinalis, ejus vita & mors, 414.

*Barbarinus* Carolus, Cardinalis, ejus vita & mors atque elogium, 234.

*Baſileenſis* Epiſcopus cum Bernenſibus circa ſubjectionem litigat, 438.

*Batavi* Catholici contra Papæ ſententiam in Coddeum latam reclamant, 10. fæderatorum Ordinem opem implorant, 11.

*Bavaria* ab Anglis devaſtatur, 200. ruſtici contra Cæſareos inſurgunt, 280. propterea durius habentur, 281. 285.

*Bauldry* Paulus, ejus opera & mors, 514.

*Bayle* Petrus moritur, pernicioſi ejusdem libri, 513.

*Beaugendre* Antonius Benedictinus, ejus obitus & ſcripta, 772.

*Beyerus* Laurentius, moritur, quænam ſcripſerit, 363.
*Bernates* Calviniſtæ, vid. *Toggenburgenſes.*
*Birnbaum* Joannes, ejus obitus & opera, 243.
*Blanquaert* Nicolaus ob Janſenismum damnatur, 100. ſeſe ſubmittit, 102.
*Blaſius* a Conceptione Carmelita Excalc. ejus opera & deceſſus, 362.
*Bonnevallus* Cæſarei exercitus Tribunus in Papæ ditiones irrumpit, 685.
*Bonzius* Petrus Cardinalis, moritur, ejus elogium, 140.
*Borgia* Franciſcus Cardinalis ejus fata & elogium, 45.
*Boſſuetus* Benignus Meldenſis Epiſcopus moritur, 236. ejusdem laudes, fata & ſcripta, 237. 239.
*Bouhours* Dominicus Joſ. ejus opera & obitus, 65.
*Brabeck* Jodocus Hildesheimenſis Epiſcopus moritur, 63. turbæ ob Succeſſoris electionem, 63.
*Brasman* Joannes, ejus opera & deceſſus, 656.
*Brigodæus* Janſeniſta capitur, 68. errores revocare ſimulat, 75. libertati redditur, 79. ad vomitum revertitur, 81.
*Burgiſſer* Leodegarius Princeps & Abbas S. Galli, a Toggenburgenſibus Calviniſtis male habetur, 604. vid. *Toggenburgenſes.*

C.

*Caffa* Carolus Ord. FF. Præd. editis quibusdam libris moritur, 644.
*Camus* Le Stephanus Cardinalis, ejus virtutes, fata, & pretiosa mors, 620.
*Cantelmus* Jacobus Cardinalis, moritur, ejus elogium, 47.
*Caprara* Alexander a Clemente XI. Romana Purpura decoratur, 402.
*Carmelitæ* Excalceati a calumniis per hæreticos impactis a Papa vindicantur, 633.
*Caroli* Andreas ejus opera & obitus, 243. 656.
*Carolus III.* Archidux Hispaniæ Rex proclamatur, 120. & Neapolis Rex, 614. 701.
*Carolus* Ebrodunensis Archiepiscopus edicta contra Clericos approbat, 567. propterea a Papa redarguitur, 567.
*Carolus XII.* Sueciæ Rex Poloniam armis infestat, 125. Augustum Regem exauctorare nititur, 126. Polonos cædit, 127. novum Regem eligi jubet, 202. 207. iniquas conditiones a novo Rege extorquet, 290. Polonos profligat, 462. Poloniæ Regem ad abdicandum Regnum cogit, 463. Catholicis in Silesia Ecclesias eripit, 585.
*Cartesii* doctrinæ e scholis eliminantur, 139.
*Casatus* Paulus Jesuita, ejus mors & scripta, 653.

*Caso-*

*Caſonus* Laurentius a Papa Cardinalium Collegio adſcribitur, 402. Cæſareis parum propenſus, 688.
*Caſpari* David, ejus opera & obitus, 67.
*Cazal* Joannes Macaonenſis Epiſcopus a Turnonii Cardinalis ſententia appellat, 528. Religioſos, eoquod Turnonium honoraſſent, vexat, 546.
*Cebenenſes* Hugonotæ, vide *Hugonotæ*.
*Cellarius* Chriſtophorus ejus opera & obitus, 655.
*Chriſtiani* a Turcis & Armenis dire vexantur, 55.
*Chriſtianus* Auguſtus Saxo - Citienſis Jaurinenſis Epiſcopus a Gallis ex inſidiis impetitur, 210. creatur a Papa Cardinalis, 402.
*Chriſtianus* Brandeburgicus Marchio moritur, 770.
*Chriſtianus* Sulzbacenſis Princeps, ejus obitus, 770.
*Clemens XI.* ſummus Pontifex Coddei Sebaſteni Archiepiſcopi de Janſenismo ſuſpecti cauſſam diſcuti jubet, 4. eum a ſacris functionibus ſuſpendit, 8. ejus cavillationes diſſolvit, 13. fœderati Belgii Catholicos ad obedientiam Vicario a ſe nominato præſtandam excitat, 14. Codeum lenitate devincire ſatagit, 22. Cæſaris opem implorat, 23. Cockii patrocinium in ſe ſuſcipit, 31. Tournonium Viſitatorem Apoſtolicum Sinas mittit, 38.

38. Sinenſes ritus examinari jubet, 39. belligerantes Principes ad pacem inclinare nititur, 40. 55. Hiſpano Neapolis feudum dare urgetur, 50. Cæſaris Oratorem ad mortem damnat, 51. propterea cum Cæſare colliditur, 51 Principes, ut Proteſtantium conatibus obſiſtant, admonet, 53. varias Conſtitutiones & epiſtolas ſcribit, 54. 29. 129. 212. Abiſſinorum Regem ad fidei conſtantiam hortatur, 109. Radicowskium Primatem ad obſervantiam erga Auguſtum Poloniæ Regem admonet, 128. in primo affinitatis gradu non diſpenſat, 133. Eccleſiam Lateranenſem ſtatuis exornari curat, 134. reſponſa S. Congregationis circa Ritus Sinenſes confirmat, 156. Launoy librum de vera traditione damnat, 162. Lotharingiæ Ducis edictum contra Clericos abrogari petit, 165. appellationem factam reprobat, 168. Sabaudo Duci a Gallis preſſo opem promittit, 193. de colluſione cum Gallis ſuſpectus, 195. Polonicos tumultus ſedare nititur, 204. Quindennia perſolvi petit, 214. Bullam: *Vineam Domini* edit, 244. hanc ad Franciæ Regem mittit, 254. ea ab eodem & Clero & Sorbona atque in Belgio recipitur, 260. 262. deſuper a Clero Gallicano certior redditur, 266. etiam a Pariſina Facultate acceptatur, 269. hæc Bulla impeti-

petitur, 279. Poloniæ Primati cenſuras intentat, 289. Archiepiſcopum Goanum ob inobedientiam increpat, 319. Turnonii decretum approbat, 327. varias ſimultates cum Joſepho Cæſare habet, 337. Brandeburgici vexationibus ſe opponit, 343. varias edit Conſtitutiones; 347. 502. 628. 751. Colonienſem Archiepiſcopum ad ſuſcipiendos S. Ordines ſollicitat, 349. Perſarum Regem ob favorem Catholicis impenſum commendat, 350. contra Bullæ acceptationem a Clero Gallicano factam apud Regem queritur, 364. ſibi ſatisfieri, a Noallio petit, 377. eum commendat, 381. Juenini Inſtitutiones Theologicas proſcribit, 384. querelæ ejus contra Cleri Gallicani Præſules, 390. Filippucci renuutiationem Cardinalatus acceptat, 406. ejus ſententia in electione Monaſterienſis Epiſcopi, 419. mæſtam Bavariæ Electricem ſolatur, 449. contra Cæſarem & Principem Eugenium ob hoſtiles invaſiones queritur, 451. nevi primarum precum a Cæſare nominatos admitterent, hortatur Canonicos, 452. Goanum Archiepiſcopum ob ſuam contumaciam redarguit, 467. 532. literis Turnonium ſolatur, 329. contra edicta Sabaudi Ducis reclamat, 557. 563. Ebrodunenſem Archiepiſcopum ob violata Epiſcopi jura increpat, 567.

immu-

immunitatis Eccleſiaſticæ violatores caſtigat, 575. 577. ob pacta Catholicis noxia queritur, 589. 591. converſionem ad veram fidem Eliſabethæ Brunsvicenſi Duciſſæ gratulatur, 594. pactum in damnum Clericorum erectum irritat, 629. milites hæreticos in Italia coerceri petit, 633. Clericis exactiones ſine S. Sedis beneplacito imperari vetat, 635. contra Hannoverani electionem in nonum Electorem reclamat, 644. Colonienſes ob cultum privatum Agenti Boruſſico denegatum laudat, 662. eos in ditione Brandeburgica vexatos juvari curat, 660. privato ejusmodi exercitio obſiſtit, 662. Colonienſes ob initam transactionem redarguit, 663. illam irritam eſſe declarat, 665. 667. Monaſterienſem Epiſcopum propterea carpit, 665. Quesnelli Teſtamentum Novum damnat, 673. cur ejus Conſtitutio in Galliis non recipiatur, 675. ob Ducatum Parmenſem cum Cæſare contendit, 676. contra Cæſareorum irruptionem queritur, 682. bellum parat, 685. Grimanum Cardinalem vehementer exprobrat, 693. pacem cum Cæſare init, 700. ob hanc pacem ab aliis carpitur, 703. Principum opem implorat contra Calviniſtas Helvetios, 728. Catholicis Pagis pecuniarum ſubſidia erogat, 728. reclamat contra pacem cum hiſce Cal-

viniſtis initam, 740. San-Gallenſi Abbati opem offert contra Calviniſtas rebelles, 747. Catholicos Pagos ad reſpuendam pacem incitat, 745. immunitatem Eccleſiaſticam in Polonia læſam vindicat, 752. ne in comitiis Polonis hæretici Eccleſiæ noceant, providet, 753. Conſilium Eccleſiaſticum Düſſeldorpienſe ab uſurpando jure in ſacra prohibet, 754. Calviniſtarum conatus contra Catholicos eludere nititur, 755. Hildeſienſis Eccleſiæ bona Hannoverano Duci in pignus dari vetat, 756. Sacerdotem contumacem excommunicat, 758. dolet, quod Maigrotus de ſtatu Miſſionis Sinicæ pauciſſima perſcripſerit, 760. promovet converſionem Wirtenbergici Ducis, 761. Carmelitam Excalceatum Epiſcopum nominat, 761.

*Coaslin* Petrus Cardinalis, ejus elogium & obitus, 413.

*Cockius* Theodorus loco Coddæi in Pro-Vicarium Hollandiæ a Papa nominatur, 8. a Clero non recipitur, 11. in vincula conjicitur, 22. proſcribitur, 23. a Papa protegitur, 31.

*Coddeus* Petrus Archipræſul Sebaſtenus, & Vicarius Apoſtolicus in Hollandia creatur, 2. de Janſenii patrocinio ſuſpectus, 2. de Janſenismo accuſatur, 3. ejus cauſſa Romæ diſcutitur, 4. Romam venire jubetur, 5. a Vaucellio & Quesnello

nello protegitur, 5. a Sacris functionibus ſuſpenditur, 5. 8. ad accuſationum capita reſpondere jubetur, 7. ſimulate ſe ſubjicit, 9. a Quesnello in ſua pervicacia firmatur, 12. a Clero contra Papam protegitur, 20. ad ſubmiſſionem fruſtra admonetur, 27. quinam ei ſubrogantur, 105. libri in ejus favorem ſcripti damnantur, 184. 630. contra Inquiſitionis decretum alii libelli vulgantur, 186.

*Colona* Carolus a Papa Romana Purpura decoratur. 402.

*Colongue* Joſephus Aptenſis Epiſcopus Quesnelli reflexiones damnat, 97.

*Colonienſes* cultum hæreticum nec privatum tolerant, 617. hunc Agenti Pruſſico denegant, 658. ejus ædes impetunt, 660. hæc controverſia componitur, 662. ob initam transactionem a Papa carpuntur, 665.

*Colonitz* Leopoldus Cardinalis, laudibus commendatur & moritur, 615.

*Comachium* a Cæſareis intercipitur, 686.

*Comitibus* de Michael Angelus a Papa creatur Cardinalis, 410.

*Concilium* Monaſterienſe, 62. Albanenſe, 137. Biſuntinum, 627. Monaſterienſe, 764.

*Congregatio* S. Officii in cauſſa Coddei Sebaſteni Archiepiſcopi pronuntiat, 4. 7. variæ SS. Congregationum deciſiones, 61. 135. 219. 359 506. 640. 762. ad

Maigroti decretum circa Ritus Sinenſes reſpondet, 147. S. Inquiſitio damnat libellos in Coddei favorem ſcriptos, 184. alios libros proſcribit, 220. Sabaudi Ducis edicta contra Clericos irrita reddit, 557.

*Cor Jeſu* novum hunc cultum approbare tergiverſatur Pontifex, 656.

*Corſinus* Laurentius a Clemente XI. Romana Purpura decoratur, 402.

*Cortrejus* Adam relictis quibusdam ſcriptis moritur, 515.

*Coſtagutus* Joannes Baptiſta Cardinalis, ejus obitus & elogium, 229.

*Couſin* Ludovicus relictis quibusdam libris moritur, 653.

*Cramer* Joannes, ejus opera & obitus, 67.

D.

*Dale* Antonius ejus opera & obitus, 773.

*David* a S. Carolo Carmelita Excalceatus a Papa Conſtantinopolin pro tollenda Catholicorum oppreſſione mittitur, 56. 349.

*Daunius* Comes Cæſareus Bellidux cum copiis ſuis Neapolin contendit, 610. urbem occupat, 612. plures Neapolitanorum conjurationes ſedat, 708. ſeditioſos plectit, 709.

*Delphinus* Daniel Marcus Cardinalis, ejus elogium & deceſſus, 233.

*Dieſſen-*

*Dieffenbach* Martinus, quænam ſcripſerit, & quando obierit, 656.
*Dieſtus* Boruſſici Regis Agens Coloniæ privatum ſectæ exercitium invehere molitur. 658. a Colonienſibus prohibetur, 660.
*Dorotheus* a S. Renato Carmelita, ejus opera & obitus, 145.
*Duacenſis* Univerſitas proſcribit librum, cui titulus: *Confidentia Chriſtiana*, 160.
*Du - Hamel* Joannes Baptiſta, ejus libri typis editi & mors, 510.

E.

*Eberhardus* Ludovicus Wirtenbergæ Dux Catholicam fidem amplecti cogitat, 761.
*Elias* a S. Alberto Aſpahanenſis Epiſcopus ex Ord. FF. Carmelit. Diſcalceatorum in Perſidem a Papa mittitur, 350. plurimum Perſarum Regi commendatur, 351. in odore ſanctitatis moritur, 771.
*Eliſabetha* Chriſtina Brunsvicenſis Duciſſa ad fidem Catholicam revertitur, 592. Carolo Hiſpaniæ Regi deſponſatur, 593. ejus liberalitas erga pauperes, 594. Pontificiis literis honoratur, 594.
*Eugenius* Sabaudiæ Princeps Cæſarei exercitus Archiſtrategus Cremonam intercipit, 41. ob hoſtiles invaſiones a Papa redarguitur, 458. Neapolis Regnum occupat, 610. Gallos profligat, 711.

*Eyb* de Joannes Martinus Eichſtättenſis Epiſcopus moritur, 236.

F.

*Fabronius* Carolus Cardinalium Collegio adſcribitur, 403.

*Ferdinandus* Mantuæ Dux a Cæſare proſcribitur, 705. moritur, & qua ex cauſſa, 771.

*Fieſchi* Laurentius a Clemente XI. Papa Cardinalium Collegio cooptatur, 402.

*Filatre* Guilielmus Bened. ex Congregatio. S. Mauri, ejus obitus & opera, 512.

*Filippuccius* Gabriel a Papa Cardinalis creatur, ſed hanc dignitatem acceptare recuſat, 403. ſuam renuntiationem Pontifici ſignificat, 404. nullo pacto ad acceptandam Purpuram adigi poteſt, 405. moritur, ejus elogium, 410.

*Fürſtenbergius* Guilielmus Cardinalis, turbidum ejus ingenium & obitus, 235.

*Fürſtenbergius* Princeps Ego Posnanienſem Epiſcopum Pontifici tradi curat, 207.

*Franckius* Chriſtophorus, ejus obitus & opera, 243.

*Frenz* Chriſtophorus, ejus Theſes de gratia ab Univerſitatibus carpuntur, 190.

*Fridericus* Haſſo - Hamburgenſis Princeps moritur, 770. ſimul & Haſſo - Darmſtadienſis, *ibid.*

*Frid-*

*Fridericus* Lubecenſis Pſeudo - Epiſcopus moritur, 345. turbæ ob ſucceſſionem, 346.

*Fridericus* Pruſſiæ Rex Catholicorum oppreſſione Calviniſtas juvat, 340. ob privatum cultum ſuo Agenti denegatum Catholicos in ſua ditione divexat, 660. ab hac vexatione deſiſtere rogatur, 661. in Papam invehitur, 667.

G.

*Galli* pro aucupanda Monarchia Hiſpanica decertant, 40. 113. Gallicani Præſules Bullam Papæ contra Janſeniſtas acceptare, a Rege jubentur, 257. quænam in hac cauſſa egerint, 258. de unanimi eorum conſenſu Papam certiorem reddunt, 262. eorum acceptatio Pontifici minus probatur, 267. 268. 364. 390. de eorum acceptatione ad omnes Regni Epiſcopos reſcribunt, 266.

*Gerberonus* Gabriel de Janſenismo ſuſpectus, 67. cuſtodiæ datur, 69. condemnatur, 81. ad ſaniora redit, 82. ejus liber de confidentia Chriſtiana a Duacenſibus proſcribitur, 160.

*Georgius* Daniæ Regis Filius moritur, 769.

*Georgius* Ludovicus Hannoveranus Dux nonum Electoratum aquirit, reclamantibus Papa, aliisque Principibus, 644.

*Gobat* Georgius Jeſuita, ejus Theologia proſcribitur, 139.

*Gonzalez* Tyrſus Societatis Generalis, ejus fata, ſcripta & obitus, 361.
*Gourdin* Michael Benedictinus, ejus opera & deceſſus, 772.
*Grimaldi* Nicolaus a Pontifice Romana Purpura decoratur, 403.
*Grimanus* Vincentius Cardinalis Neapolis recuperationem Cæſari ſuadet, 610. propterea a Papa Romam evocatur, 610. cum Pontifice altercatur, 677. a Papa vehementer redarguitur, 693.
*Gryphius* Chriſtianus, ejus opera & deceſſus, 514.
*Gualterius* Philippus Antonius a Papa Cardinalium Albo inferitur, 402.
*Guilielmus* Auriacus Princeps, dictus Angliæ Rex moritur, 64.

H.

*Hannoveranus* Dux nominatur nonus Elector, 644. Eccleſia bona ſibi in crediti pignus cedi petit, 756.
*Harlemenſe* Capitulum adverſus Pro-Vicarium a Papa nominatum reclamat, 12. ſeſe Congregationis ſententiæ opponit, 104.
*Haſſo-Caſſelenſis* Princeps Carolus in prælio trucidatur, 64.
*Hedingerus* Joannes, ejus obitus & opera, 244.
*Heiſterus* Cæſareus Bellidux Hungaros rebelles profligat, 123.

*Helveti* Calviniſtæ, vid. *Toggenburgenſes*.
*Herveus* Petrus Sinenſis Miſſionarius ob prohibitos ritus vexatur, 522.
*Hildeſienſis* Eccleſiæ bona Hannoveranus Dux in pignus ſibi tradi petit, 756.
*Hody* Humfredus ejus opera & deceſſus, 656.
*Hohenzolleranus* Dux Fridericus in prælio occumbit, 64.
*Hollandiæ Ordines* ex Cleri inſtinctu Cockium in Pro-Virarium non recipiunt, 12.
*Homodeus* Ludovicus Cardinalis, ejus obitus & elogium, 417.
*Houſſaye* Amelot, ejus ſcripta & mors, 772.
*Hugonotæ* Cebenenſes, eorum rebellio, 32. ſuſceptam fidem deſerunt, 32. ſuſceptam fidem deſerunt, 32, rebellionis cauſſas obtendunt, 33. plectuntur, 34. in Catholicos furunt, 35.
*Hungari* rebelles, vide *Ragotſius*.
*Huſſanus* Hugo a Papa ſuſpenditur & a Clero Batavo in Vicarium recipitur, 12.

I.

*Jacobi* Joannes, quænam ſcripſerit, moritur, 146.
*Jacobus III.* Angliæ Rex incaſſum Scotiam occupare molitur, 717. ejus claſſis retrocedere compellitur, 718. In Franciam revertitur, 720.

*Jacquelot* Isaac, ejus scripta & obitus, 773.

*Jansseniani* Belgæ contra Vicarium a Papa nominatum vehementer reclamant, 20. Papæ Bullam proscindunt, 21. externa eorum obedientia damnatur, 244.

*Jena*, Godefridus, ejus opera & obitus, 146.

*Joannes* Christianus Holsatiæ Dux ad fidem Catholicam revertitur, 358. a Papa commendatur, 359.

*Joannes* Guilielmus Palatinus Elector a Protestantibus vexatur, 52. 340. Neuhusanam Præfecturam Wormatiensi Episcopo restituit, 582. ejus Consilium Ecclesiasticum jus in Sacra sibi arrogat, 754. hanc corruptelam tolere rogatur Elector a Papa, 755.

*Josephus* Clemens Colonienſis Elector & Archiepiscopus S. Ordines suscipere, a Papa monetur, 349. ab Imperatore proscribitur, 446. Sacris initiatur, 596.

*Josephus I.* Rom. Rex Landaviam occupat, 43. a Papa literis honoratur, 337. minori loco a Papa quam Galli habetur, 337. variæ intercedunt simultates cum Papa ob visitationem Ecclesiæ Nationalis, & primas preces, 338 339. Gallos profligat, 442. Colonienſem & Bavarum Electores proscribit, 446. ob indultum primarum precum cum Papa contendit, 451. Legatum *obedientiæ* Romam

mam misit, 456. pacta in Catholicorum damnum inire cogitur, 588. propterea a Pontifice carpitur, 589. Carolum Archiducem in Neapolis Regnum investiri, a Papa petit, 611. ob hibernas stationes cum Papa colliditur, 676. Parmensem Ducatum sui juris esse contendit, 678. in ditiones Pontificias irrumpit, 685. a Papa bello impetitur, 687. controversiam componere paratus est, 689. Oratorem suum hanc in rem Romam ablegat, 691. Pontificios profligat, 692. pacem cum Papa init, 700. Mantuæ Ducem proscribit, 705. Catholicos Pagos contra hæreticos tuetur, 731.

*Judæi* conversi, 134. quid de eorum bonis agendum, 212. nec possunt uti famulis Christianis, nec in eorum ædibus laborare &c. 762.

*Juenin* Caspar ejus Institutiones Theologicæ proscribuntur, 384.

K.

*Kühn* Andreas, ejus opera & obitus, 67.

L.

*Lainez* Franciscus Jesuita, ut contra Turnonii decretum reclamaret, Romam a suis ablegatur, 318. 327. hos ritus Romæ esse approbatos divulgat, 321. librum pro his ritibus elucubrat, 328. Turnoniani decreti executionem præpedire

pedire nititur, 466. ob ſuam inobedientiam a Papa redarguitur, 470.
*Languevin* Eleonorus, editis quibusdam libris moritur, 654.
*Launoyus* ejus liber de vera traditione a Papa proſcribitur, 162.
*Leopoldus I.* Imperator Colonienſis Electoris perfidiam plectit, 41. Gallo-Hiſpanis bellum denuntiat, 41. ejus victoriæ, 42. de Neapolis Regno inveſtiri petit, 50. aliis Principibus fœdere jungitur, 113. Gallo-Bavaros Schellenbergæ & Höchſtadii profligat, 196. 198. varias urbes, totamque Bavariam occupat, 200. moritur, promeritæ ejusdem laudes, 291. 292.
*Leopoldus* Joſephus Lotharingiæ Dux, ejus edictum circa Eccleſiaſticos, 165. a Papa rejicitur, 166. a Papæ ſententia appellatur, 168. ab aliis impugnatur edictum, 172. Dux illud immutari præcipit, 172. hæc mutatio Pontifici non ſatisfacit, 173. Dux cum Papa reconciliari nititur, 175. novam illius editionem procurat, 177. 182.
*Lesczinskius* Stanislaus Sueciæ Regis opera in Poloniæ Regem eligitur, 208. in Regem coronatur, 287. de eo exauctorando agitur, 601. Primatem a Papa nominatum reſpuit, 603.
*Liechtsheid* Ferdinandus moritur, quænam ſcripſerit, 657.

*Locke*

*Locke* Joannes, ejus obitus & opera, 243.
*Loeber* Chriſtophorus editis libris moritur, 363.
*Lucernenſes* Pontifex redarguit ob promotam pacem cum pagis Calvinianis, 740. Lucernenſium reſponſa, 744.
*Ludolph* Job, ejus obitus & opera, 243.
*Ludovicus* Badenſis Marchio Cæſareus Archiſtrategus moritur, ejus elogium, 642.
*Ludovicus XIV.* Franciæ Rex Hugonotas rebelles coercet, 34. 37. ejus bellum & victoriæ contra fœderatos, 41. fœdera quærit, 113. Bullam contra famoſum caſum in Galliis recipi petit, 129. apud Papam de Sabaudo Duce queritur, 193. Bullam Papæ contra Janſeniſtas examinari, & in Galliis acceptari poſtulat, 257. 260. de Cleri Gallicani acceptatione querelas audit, 364. Papæ ſatisfieri præcipit, 369. Jacobum III. Angliæ ſolio reddere, incaſſum laborat, 717. propria auctoritate Regularibus ſtatuta præſcribit, 757.

M.

*Mabillonius* Joannes Benedictinus Congreg. S. Mauri promeritum ejus elogium, & opera, 651.
*Maigrotus* Carolus Cononenſis Epiſcopus, ad ejus decretum S. Congregatio reſpondet, 147. coram Imperatore Ritus Sinenſes eſſe fidei Catholicæ oppoſitos docet,

cet, 477. fidei doctrinam Imperatoris judicio subjicere renuit, 478. 482. ejusdem doctrina ab alio impugnatur, 481. in vincula conjicitur, 432. a Turnonio literis honoratur, 484. in exilium detruditur, 484. suum reditum in Gallias, Pontifici significat, 760. de statu Sinicæ Missionis nonnisi pauca perscribit, 760.

*Mandarini* Sinenses erga Turnonium sunt humaniores quam Christiani, 547.

*Maran* Prudentius Benedictinus, ejus opera & obitus, 66.

*Maria* Ducissa Nemorsia moritur, controversia ob successionem in Principatu Neocastrensi, 643.

*Maria* Josepha Leopoldi I. Imp. Filia moritur, 142.

*Mariani* Sabinus ad Imperatoris Sinensis dona Pontifici transferenda seligitur, 322. ejus controversiæ desuper, 492.

*Marleburgus* Anglici exercitus Ductor, 196. Bavaros cædit, 197. Bavariam devastat, 198. Imperii Princeps creatur, 201.

*Marsilius* Cæsareus Bellidux ob ignavam Brisacci defensionem exauctoratur, 119. Pontificii exercitus Dux eligitur, 687. Cæsareos profligat, 692.

*Martellus* Franciscus a Clemente XI. Romana Purpura decoratur, 401.

*Massoulié* Ant. Ord. FF. Præd. moritur relictis egregiis operibus, 511.

*Mathoud* Claudius Benedictinus, ejus opera & decessus, 361.

*Ma-*

*Matrimonia* ficta converſorum, 503. & Catholici cum Acatholica, quid deſuper Pontifex ſtatuerit, 505. 638.
*Maucroix* Franciſcus, ejus opera & obitss, 771.
*Mauritius* a S. Thereſia Carmelita Excalceatus creatur Epiſcopus, 761.
*Maximilianus* Emanuel Bavariæ Elector Gallis adverſus Cæſarem jungitur, 113. Tyrolenſem Comitatum invadit, 115. varias urbes occupat, 115. a ruſticis fugatur, 116. ſtrenue ſe defendit, 117. a ruſticis acriter impetitur, 118. Auguſtæ recipi poſtulat, 119. ob obſeſſum Neoburgum a Papa redarguitur, 131. apud Schellenberg profligatur, 196. Höchſtadii ingentem cladem patitur, 198. Bavariam amittit, 200. ejus Conjux cum Cæſareis paciſcitur, 200. Hujum expugnat, 286. repellitur a Leodienſi arce, 286. ab Imperatore proſcribitur, 446.
*Mecezefale* Joannes Sinenſis Provinciæ Vicarius Apoſtolicus exulare jubetur, 483.
*Meneſirier* Claudius Jeſuita, ejus opera & deceſſus, 362.
*Metternich* Arnoldus eligitur poſt gravem contentionem in Monaſterienſem Epiſcopum, 419. a Papa redarguitur, quod controverſiam de cultu ſectæ privatæ componi ſuaſerit, 665.
*Müllerus* Joannes, ejus ſcripta & deceſſus, 656.

*Mona-*

*Monasterienſis* Epiſcopatus, gravis contentio circa Epiſcopi electionem, 418.
*Moniales* ſe Confeſſariis extraordinariis ſiſtere, non tamen eis confiteri tenentur, 762.
*Monteſpania* Franciſca, ejus obitus, 643.

N.

*Neapolitana* conjuratio in favorem Caroli Archiducis, 609. Urbs, regnumque occupatur a Cæſareis, 610. Neapolitani Proceres capiuntur, 614. contra Cæſareos ſeditionem movent, 708. capti durius habentur, 721.
*Nicaſius* Claudius Abbas, ejus opera & obitus, 65.
*Nicolai* Joannes, quænam ſcripſerit, & quando obierit, 774.
*Noaillius* Cardinalis Pariſienſis Archiepiſcopus circa Papæ Bullam contra Janſeniſtas cum ceteris deliberat, 258. acceptationem Bullæ emendare jubetur, 469. ejus correctio Pontifici non probatur, 370. deſuper ad Papam ſcribit, 374. plene eidem ſatisfacit, 377. propterea commendatut, 381. Juenini Inſtitutiones damnat, 384. Portu-Regienſes Moniales diſſipat, 433.
*Noriſius* Henricus Cardinalis, ejus fata & elogium, 223. Ejusdem ſcripta, 227.
*Normannus* Laurentius, moritur, quænam ediderit, 146.

P.

*Paglio* Balthaſar Franciſcanus, ejus opera & deceſſus, 361.

*Pallavicinus* Raymundus a Papa Cardinalium Albo inſeritur, 403.

*Palluccius* Cardinalis Coddæum ſuſpenſum declarat, 105.

*Paraciani* Joannes Dominicus a Papa Romana Purpura decoratur, 403.

*Parellos* Raymundus Melitenſium Magiſter Pontificias copias reddere rogatur, 686. Melitam contra conjuratos Turcas defendit, 706.

*Pariſienſis* Facultas Papæ Bullam contra Janſeniſtas recipit, 269.

*Paterman* Andreas, quænam ſcripſerit, moritur, 146.

*Petrus* Luſitaniæ Rex moritur, 508.

*Petrus* Moſcoviæ Dux Auguſto Poloniæ Regi opem fert, 203. Catholicis favet, & rebelles Hungaros repellit, 599. Polonos Stanislao adhærentes profligat, 603.

*Pezron* Paulus relictis quibusdam libris moritur, 512.

*Philippus* Hiſpaniæ Rex vid. *Andegavenſis.*

*Piazza* Colonienſis Papæ Nuntius, ejus jurisdictio reſtringitur, 430.

*Pica* Carolus Joſ. ejus opera & obitus, 145.

*Pignatellus* Franciſcus a Pontifice Romana Purpura decoratur, 103.

*Platelius* Jacobus Jeſuita, ejus Synopſis proſcribitur, 193.

*Plettenberg* Fridericus Monaſterienſis Epiſcopus moritur, 418. gravis contentio de eligendo ſucceſſore, 418.

*Polcius* Joannes, ejus opera & obitus, 773.

*Poloniæ* tumultus, 125. Poloni Auguſto Regi obluctantur, 125. Suecorum Regis opem implorant, 126. Regem ſuum exauctorare moliuntur, 202. Stanislaum in Regem eligunt, 207. novum Regem eligere meditantur, 601. circa electiones Adminiſtratorum in Eccleſia Uladislavienſi tumultus oriuntur, 752. comitia indicit Stanislaus Rex, 754.

*Portu-Regienſes* Moniales, eorum Aſceterium deſtruitur, 432.

*Præcipiano* Humbertus Mechlinienſis Archiepiſcopus præcipuos Janſeniſtarum Anteſignanos cuſtodiæ dari jubet, 68. 90. Blancquartum de Janſenismo ſuſpectum damnat, 100. Bullam *Vineam Domini* &c. in Belgio recipi curat, 276. Sacerdotem contumacem excommunicat, 757.

*Prædicantes* in fide Catholica quemvis ſalvari poſſe declarant, 593.

*Preces* primariæ, usum hujus Privilegii Papa Cæsari denegat, nisi ab eo indultum receperit, 338. 339, 639.

*Prieus* Marchio Cæsaris Orator pacem inter Papam & Imperatorem conciliare nititur, 687. 689. pacis conditiones proponit, 691.

*Priviterra* Franciscus, ejus opera & obitus, 66.

*Priuli* Petrus a Papa Cardinalium Collegio adscribitur, 403.

*Prophetæ* falsi in Anglia ignominiæ supplicio afficiuntur, 614.

*Protestantes* se a Palatino Electore opprimi queruntur, 52. quartum Riswicensis pacis articulum abrogari petunt, 53. suam sectam dilatare nituntur, 340. Prussiæ Regis operam contra suum Principem implorant, 340. 585. Lutherani contra Calvinistas queruntur, 435. Catholicis injurii sunt, 585. in Silesia ope Sueci Regis Catholicis Ecclesias in Riswicensi pace eis assertas eripiunt, 585. ampliora petunt, 657. Catholicorum bonis inhiant, 755.

*Puglieſe* Petrus Thomas Carmelita editis quibusdam libris moritur, 654.

Q.

*Quesnellus* Coddeum Sebaſtenum Archiepiſcopum protegit, 5. 9. 12. capitur, 68. e cuſtodia a ſuis eripitur, 71. varia ejus ſcripta intercipiuntur, 78. comparere jubetur, 82. Archiepiſcopi ſententia damnatur, 90. ejus reflexiones morales proſcribuntur, 97. rurſus a Papa damnantur, 672.

*Quindennia* Pontifex ſolvi petit, 214. quid ſint, 215.

R.

*Radiowskius* Cardinalis Poloniæ Primas Auguſto Regi minus affectus, 126. patriæ proditor habetur, 127. ad reddendam pacem a Papa admonetur, 128. ſolium vacare declarat, 202. a Papa redarguitur, 204. Romam venire recuſat, 207. interminatis cenſuris a Papa terretur, 287. a Sueco vexatur, 288. Stanislai electionem promulgat, 288. moritur, 296. ejus vitæ hiſtoria, 297.

*Ragotſius* Franciſcus rebellium Anteſignanus, 121. Cæſareos fugat, 125. in Tranſylvaniam penetrat, 124. ejus copiæ funduntur, 464. ſe Tranſylvaniæ Principem dicit, 598. Cæſari omne obſequium denegari jubet, 599. profligatur, 600. edictum contra Eccleſiaſticos promulgat, 635. ad internecionem deletur, 713. qui-

quidam rebelles ad Cæsaris fidem redeunt, 714. pacem simulate exorant, 716.

*Rahn* Joannes, ejus scripta & obitus, 773.

*Rhemans* Fridemanus, ejus opera & obitus, 146.

*Regis* Petrus, ejus scripta & decessus, 653.

*Reichard* Jacob relictis quibusdam scriptis moritur, 514.

*Reuchlinus* Christophorus moritur, quænam scripserit, 656.

*Ritus* Sinenses examinantur, 39. circa eos & Maigroti decretum respondet S. Congregatio, 147. ejus judicium eludunt Rituum Assertores, 159. eos damnat Turnonius suo decreto, 302. hi ritus a Jesuitis aliisque defenduntur, 318. 321. a Papa Turnonii decretum approbatur, 327. Imperator se Pontifici propensum testatur, 334. dona pro eo destinat, 334. duo Jesuitæ pro revocando Turnonii decreto Romam ablegantur, 492. Imperator Maigrotum & ceteros Turnonii Ministros exilio aliisque pœnis plectit, 494. Missionarii, qui damnatos ritus non amplectuntur, dire vexantur, 522. prohibitorum rituum Patroni edictum contra ceteros Missionarios ab Imperatore extorquent, 766. hi e Regno ejiciuntur, 768.

*Rodoscowskius* Nicolaus Cardinalis moritur, ejus elogium, 46.

*Rubinus* Joannes Baptiſta Cardinalis moritur, ejus elogium, 618.

*Ruffus* Thomas a Papa Cardinalium numero accenſetur, 403.

S.

*Sacchetus* Urbanus Cardinalis, ejus elogium & obitus, 295.

*Saint-Evermond* Carolus, ejus opera & obitus, 145.

*Salazar* Petrus Cardinalis, ejus vita & mors, 416.

*Sarden* Bernardus, quænam ſcripſerit, moritur, 146.

*Sciach* Perſarum Rex Catholicis propenſus, 350. Chriſtianos mitius habere rogatur, 394.

*Schilterus* Joannes, ejus opera & obitus, 364.

*Schismatici* Græci ad ritum Latinum tranſire non permittuntur,

*Schurzfleiſch* Conradus ejus ſcripta & obitus, 773.

*Sebaſtianus* a S. Paulo Carmelita Excalc. ejus mors & ſcripta, 512.

*Sinenſes* Ritus, vid. *Ritus*.

*Sierhinskius* Archiepiscopus Poloni Regni Primas a Stanislao Rege proclamatus a Moscovitis capitur, 602.

*Sortinus* Jacobus, ejusque & obitus, 66.

*Sousa* Ludovicus Cardinalis, ejus elogium & obitus, 44.

*Spada* Horatius Philippus a Clemente XI. Purpuratorum Collegio accensetur, 402.

*Spinola* Joannes Baptista Cardinalis, ejus fata & elogium, 221.

*Stadler* Josephus Senator Helvetus ob rebellionem capite plectitur, 726.

*Stanislaus* Rex vid. *Lescinskius.*

*Stubnerus* Joannes moritur, ejus opera, 363.

*Szembeckius* a Papa in Primatem Poloniæ nominatus a Stanislao Rege repudiatur, 603. a Papa ad Gnesnensem Metropolitanam Ecclesiam ab Uladislaviensi transfert, 752. tumultus propterea a quodam laico exoritur, 752.

*Szianiawskius* a Pontifice in Uladislaviensem Episcopum nominatur, 752. ejus Officialis a quodam Laico detruditur, 752.

## T.

*Tallardus* Franciæ Mareſcallus, 113. Briſaccum expugnat, 119. capitur cum duodecim Gallorum millibus, 199.

*Tantzelius* Guilielmus, editis quibusdam libris moritur, 655.

*Thiers* Joannes Baptiſta ejus opera & obitus, 143.

*Tigurini* Calviniſtæ, vid. *Toggenburgenſes.*

*Toggenburgenſes* Tumultus, 604. ſunt Abbatis ſancti Galli ſubditi, 604. ſeſe ab ejus obſequio per pacta retrahunt, 605. reclamante Principe Abbate, 606. Calviniſtarum opem implorant, 606. hi ſex articulos proponere audent, 606. ad exequendos hos articulos a Calviniſtis animantur, 608. in Catholicos conſpirant, 722. cruentas hoſtilitates adverſus eos exercent, 722. Principis Abbatis querelæ contra eos, 722. pagi Catholici contra eos inſurgunt, 724. 728. aliqui eorum puniuntur, 724. agitur de transactione, 725. reſpuunt Mediatorum opem, & Cæſaris minas, 726. 732. bellum in Catholicos movent, 729. Catholicos fugant, 729.

Mona-

Monaſteria ſpoliant, 729. & urbes eripiunt, 730. 733. de quibusdam pacis articulis conveniunt, 734. Catholicos prælio ſuperant, 735. iniquam pacem obtrudunt, 735.

*Toinard* Nicolaus, ejus ſcripta & deceſſus, 511.

*Tournonius* Carolus tanquam Viſitator Apoſtolicus Sinas a Papa mittitur, 38. de ejus fatis variæ Hiſtoricorum relationes, 299. decretum edit contra ritus Sinenſes, 302. ob hoc decretum multum exagitatur, 317. ab Archiepiſcopo Goanno contemnitur, 318. ritus hos Romæ damnatos eſſe docet, reclamantibus Jeſuitis, 321. ab Imperatore Sinenſi perbenigne excipitur, 322. ad Imperatorem literas dat, 323. ejus decretum a Papa approbatur, 327. pro Miſſionariis domum ab Imperatore petit, 335. prohibetur ab æmulis, 336. ejus induſtria in eradicandis ſuperſtitioſis ritibus, 474. Maigrotum literis ſolatur, 484. ejus Miniſtri Imperatoris edicto variis ſuppliciis addicuntur, 494. novo decreto ritus prohibet, 516. a rituum defenſoribus apud Imperatorem accuſatur, 521. quorumdam Epiſcoporum appellatio contra Turnonii decre-

tum, 527. 533. consolatorias literas a Papa recipit, 529. 536. in exilium relegatur, 539. a Lusitanis arcte includitur, 542. nonnulli ejus jurisdictionem agnoscere detrectant, 544. arcte captum includere cogitant, 545. variis injuriis premitur, 546. Romana Purpura decoratur, 553. in Insulis Philippinis perbenigne excipitur, 759. omni calamitatum genere vexatur, 765.

*Tremouille* Josephus a Pontifice Romana Purpura honoratur, 403. Germanis infensus, 611.

*Triglandius* Jacobus, editis quibusdam libris moritur, 363.

*Turcæ* conjuratorum ope Melitam intercipere parant, 706.

*Tyrollis* a Bavaro milite invaditur, 115.

U.

*Vallemanus* Josephus a Pontifice Romana Purpura decoratur, 409. 553.

*Valentius* a Matre Dei Carmelita Excalc. ejus opera & decessus, 512.

*Vasto* Marchio Cæsaris negotia strenue procurat, 50. a Papa ad mortem damnatur, 51.

*Vert*

*Vert* Claudius, ejus ſcripta & obitus, 772.

*Victor* Amadæus Sabaudiæ Dux a Gallis premitur, 193. varia edicta contra Clericos edit, 555. tumultus inde oriuntur, 557.

*Viſinus* Angelus Judæus ad fidem Catholicam convertitur, 134.

*Viſitatio* Epiſcoporum in Eccleſiis exemptis interdicitur, 131. exceptis iis, quæ ad curam animarum & Sacramenta pertinent, 355.

*Ultrajectenſe* Capitulum contra Vicarium a Papa nominatum reclamat, 13. ſeſe S. Congregationis ſententiæ opponit, 104.

*Urſinus* Georgius, ejus opera & obitus, 656.

## W.

*Wagenſeil* Joannes, quænam ſcripſerit, & quando obierit, 363.

*Wæchtlerus* Jacobus, ejus opera & obitus, 66.

*Weiſe* Chriſtianus moritur, ejus ſcripta, 773.

*Werne-*

*Wernerus* Hermanus Paderbornenſis Epiſcopus decedit, 235.

*Wernfelſius* Petrus, moritur, quænam ediderit, 145.

*Witſius* Hermanus, ejus opera & deceſſus, 774.

*Wolfius* Conſtantinus relictis quibusdam ſcriptis moritur, 515.

*Wormatienſis* Eccleſia quamdam Præfecturam recuperat, 582.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ERRATA *sic corrige*:

| | | |
|---|---|---|
| Pag. 99. | proſcripſi | proſcripti |
| 103 | conſiliaturus | conciliaturus |
| 173 | iſta | iſtam |
| 200 | ceſſere | ceſſit |
| 261 | conſtituti | conſtituto |
| 282 | Urbibum | Urbibus |
| 442 | bellici | belli |
| 444 | perſtiferos | peſtiferos |
| 499 | mori | morari |

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FLEURII
HISTORIA
ECCLESIASTICA.
TOM. LXVII.

Th
5178